


27a.3-2

7 400 40  MADE IN SPAIN



A
C
24

3
22-42


Ed. M. de la Torre *MS de Granada*
P. 5145

THESAURI
LINGVAE LA-
TINAE,


N. de Retoria

L. M.

TOMVS II.



BASILEAE, M D. LXXVI.





LITTEA, secunda uocalis, quinta in ordine alphabeti, quae loco i aliquando fuit. Quint. lib. 5. cap. 6. Quid non e quoq; i loco fuit? ut Mentrua, & Leber, & Magestr, & Deione, & Veiove, pro Dijoui, Veiovi? Haftenus Quint. Pierius in suis

is in Virgilium Castigationibus idem admonet, in marmoribus antiquis sepius e pro i legi: ut Vergilius, Verginia, Deana, & loue Opt. Max. pro Ioui.

E. Est. E. Ennius, uel Edilis. E. B. Eius bona. E. D. Eius domus. E. B. Eius etas. E. F. uel E. FIL. Eius filius. E. F. Eius scit. E. H. Eius heres. E. L. Edita lex. E. N. Eitam nunc.

E & Ex Praepositiones sunt, quae & separantur, & componuntur. Separate modo temporales sunt, ut, Ex illo celebratus honos, hoc est, post illud tempus: modo locales, ut, E caelo. Compositae quandoq; priuationem indicant, ut Elinguis, Exanguis: quandoq; uehementiam uel perfectionem, ut, Euludo, Exoro: quandoq; extra, ut Educo, Excludo. Componitur autem E cum B. ut Ebibo, D. ut Educo, G. ut Egreior, I. ut Eijcio, L. ut Eludo, M. ut Emitto, N. ut Enitor, R. ut Erigo, V. ut Eueho. Ex uero componitur cum A. ut Exaudio, C. ut Excurro, E. ut Exeo, F. ut Efficio, O. ut Exoleo, P. ut Expello, Q. ut Exquiro, S. ut Exsequor, T. ut Exiēdo, V. ut Exuro. Verum quando post Ex sequitur F. mutatur X. in F. ut Esfundo: quum uero sequitur S. abijciuntur S. ut Exequor & Exicco: in alijs integra manet.

E praeposiuo (eu uel es) ablatiuo casui seruit: ut, E seruo liberus. Terentius And. 1. 1. 10.

Abijt ē Terent. Phorm. 5. 9. 30. Ea mortem obiijt, ē medio abijt.

Afpicere ē Plin. epist. 10. 2. f. Placuit egredi in litus, & ē proximo aspiciere, ecquid iam mare admitteret.

Audiui ē praedonibus Terent. Eun. 1. 2. 34.

Candicans ē rufo Plin. lib. 12. cap. 13. 4.

Dedit ē Plaut. Trinum. 1. 3. 54. — ē manibus Dedit mihi ipse in manus.

Fabrefactum ē seruo Plaut. Rud. 30. 13.

Fugere ē conspectu Terent. Hecyr. 1. 2. 107.

Grauida ē Pamphilo est Terent. And. 1. 3. 17.

E fontibus abditijs & conditijs hauriri artium studia. Cic. 1. de Orat. 7.

Languere ē uita Cic. 1. Philipp. 8.

Laborare ē dolore Terent. And. 1. 5. 33.

Laborat ē renibus Cic. 2. Tusc. 101.

E meo animo, id est, mea sententia, ut mihi uidetur. Plaut. Aulul. 16. 3.

Peperit ē Pamphilo Terent. And. 3. 2. 17.

Petere ē Terent. Eun. 3. 2. 38. E flamma te petere cibum posse arbitror.

Scire ē Plaut. Mostel. 9. 48. — ē me, ne quidem Metuas, nihil sciet.

E contraria parte Cic. 4. Acad. 220. Vide E regione.

E contrario Plin. lib. 10. cap. 38. 3. Multae aues ē contrario sensu per in uolatu silent. Cic. Antequam iret in exilium, 16.

E diuerso Plin. lib. 12. cap. 21. 3. diuerso Arabica glans uiridis ac tenuior.

E diuerso, pro E contrario Plinius lib. 4. cap. 4. 1. E diuerso

irrupentia.

E facili, pro Facile Plin. lib. 30. cap. 3. 4. E facili cadere eos cogit. Alia exemplaria habent, Ex facili.

E longinquo Plin. lib. 12. cap. 22. 3. Vide in Longus.

E natura, Secundum naturam. Cic. de Finib.

E re nata Terent. Adel. 3. 1. 8. E re nata melius fieri haud potuit quam factum est, hera.

E regione, Ex aduerso Cic. 4. Acad. 220. Nonne etiam dicitis, esse ē regione nobis ē contraria parte terra, qui aduersis uestigijs stent contra nostra uestigia? Idem 1. de Finib. 28. Si omnia deorsum ē regione ferrentur, & ut dixi ad lineam, nunquam fore ut atomus altera, alteram posset attingere. Budaeus.

E regione & in conspectu, apud Hirtium lib. 6. bel. Hispaniensis, 59.

E regione, cum genitiuo Cic. 2. de Diuinat. 25. Vident ē cōstari tisiimo motu Lunae, quando illa ē regione solis facta incurrat in umbram terrae, quae est meta noctis, ut eam obscurari necesse est. Budaeus.

E Repub. id est, pro Reipub. utilitate, uel in commodum Reip. Plin. epist. 109. b. Prolata lege de Senatu habendo, iurare coegit ē Repub. esse quod censuisset. salust. in Catil. Certē scio quae studio dixerit, ē Repub. dixisse. Liu. Facere quod ē Repub. fideq; sua duceret. Cic. 3. Phil. 14. 5. Duobus aut tribus Senatufconsulis ē Repub. bene factis, reliquas res ad licrum praedamq; reuocarit. Idem 10. Phil. 287. Id Qu. Cepionem, Brutum Proconsulem bene & ē Repub. & ex sua maiorumq; suorum dignitate consuetudineq; Reipub. bene gerende fecisse.

E sublimi iacere Plin. lib. 10. cap. 3. 2.

Tollere ē uita amicitiam. Cic. de Amic. 43.

Surrexit ē lecto Terent. Adelph. 4. 1. 4.

E uestigio, pro Consistim, properanter Plinius epist. 90. lib. 6. Aut profectum ē uestigio subsequi. Caesar 4. bel. Gal. 481.

Seruius. Cic. lib. 4. 12. 5.

Repente ē uestigio Cic. 1. Verr. 31. Sed repente ē uestigio ex homine, &c.

Vicinus ē proximo Plaut. Aulul. 9. 11.

Ea] uel Eadem, Ea re. Vide Is, ca. id.

Eale] Pera est in Aethiopia nascens, magnitudine equi flumidatilis, cauda elephanti, colore nigra & fulua, maxillas habet apri, & maiora cubitalib. cornua, mobilia, quae alterna in pugna sistit, uariatq; infesta aut obliqua, utrunq; ratio inonstrauit. Hec Plin. lib. 8. cap. 21.

Eamus] Vide Eo, is, ex Graeco uenit, quod est iouido, teste Festo.

Eanes] iouido, Viri proprium, quem Patroclum interemisse ferunt, ob idq; domo profugum ad Peleum in Thessalia uenit, ut a quo & sacellum Eanium, & Eanidem fontem ostendunt nominatum. Strab. lib. 9.

Eanon] Vestimenti genus, quod quidam idem putant cum peplo. Sunt qui dispescant ita, ut nullis distinctis uarietatibus eanos intelligant, peplos uero accipiant uarietos. Caelius lib. 16. cap. 10.

Eantes] Nomen proprium historici Cyziceni, qui fuit eadem aetate qua Pygmalion in Oriente regnabat.

Eantis] iouis (eantis) Vna ex Athenarum tribubus, quae quum fortiter contra Mardonium & Persas pugnaisset, hoc proprium ab Atheniensibus iulit, ut soli illius tribules spargiticis nymphis sacrum uictoriae facerent quotannis impensa publica. Hec Alex. Genial. dier. lib. 1. cap. 17.

Eanus] A. ueteribus dictus est, qui postea Ianus, qui in exitu anno credebatur praesidere. Saepe enim antiqui secundam uocalem pro tertia usurpauerunt, ut dictum est supra.

lege & affiniurationem potestatem demadari graui do cumento sancit. Meminit legis huius Alex. ab Alex. libro 3. capite 17.

Ebutius] Nobilis Romanus, de quo sic Cic. in orat. pro Plac co, M. Ebutius constantissimus & prudentissimus homo. Hinc Ebutia lex, Vide Ebutia.

E C

Ecamedia] fuit magnanimi Arfinoi filia, forma deabus equa da, quam a ceteris Graecis electam, Nestor quod consilio re liquos antecelleret, sibi donatam e Tenedo ad Graecorum castra deportauit, cui illa decorē & iucundē ministrabat, teste Homero Iliad. 11.

Ecardia] sive Ecardiste, Gemma est, que nigri cordis specie ostendit: quanquam aliud genus eius uiridis colore similitudinem cordis prae se ferat. Sipont.

Ecastor] τριτοιοιδ. Aduerbum iurandi. Donatus, Ecastor, per Castorem & Pollucem ornati sunt iurandi, apta sceminis. Plaut. Amph. 6. 10. Ecastor te experior quanti facias uxorem tuam. Terent. And. 3. 2. 6. Per ecastor scitus puer natus est Pamphilo.

Ecatonphoneuma] εκατονφωνα, Sacrum appellabatur, apud Athenas Marti sacrificari solitum. Si quis enim ceterum hostes interfecisset, Marti de homine sacrificabat apud insulam Lemnum, quod sacrificatum est a duobus. Cretensibus, & uno Looro, sicut Sofrates scribit. Sed postea hoc Atheniensibus displicuit, coeperuntque porcum asserre castratum, quem nefandem uocabant, quasi sine rebus. Hec Fulgentius ad Chalcedium.

Ecbalis] pen. corr. huius ecbaleos (εχβαλις) Figura est, quae Latine excursus dicitur, teste Seruio. Virg. lib. 10. Aeneid. Fortē ratis celsi contuncta crepidine taxi Expositis stabat scalis, &c. Vbi Seruius, Descriptio per ecbalin facta, non enim a superioribus pendet, sed antedictis adiungitur: ut insula Sicaniū iuxta latus. Has autem descriptiones esse raras & aptas conuenit: sicut etiam Horat. docet in Arte poetica, dicens, Purpureus late qui splendet unus & alter Assuitur pannus.

Ecbatana] numero plurali, pen. corr. (εχβαταναι) Metropolis est Mediae: us, ut quidam existimant, regionis magnae nomen. Strabo lib. 11. Media in duas partes diuisa, quarum alteram, maiorem uocant: cuius metropolis fuit Ecbatana ciuitas, & Medici imperij caput: nunc etiam Parthi regia utuntur.

Ecbolas] adis, pen. corr. (εχβολας) Vnae genus in Aegypto proliens, eijciendo foetui idoneum, ταραχά τὸ ἐχβολάει, quod expellere & eijcere significat. Plin. lib. 14. cap. 18. Aegyptius & ecbolada habet, abortus facientem: de uuis loquens.

Ecbolia] ecbolorum, sive Ecbolina, mae, aut Ecbolas, dis (εχβολια) medicamenta quibus medici utuntur abigendis infantibus in utero enectis, quae & Phithoria dicuntur. Verba sunt crebra apud Dioscoridem. Latine eiectoria & electrices medicinae dici possunt. Plin. lib. 14. cap. 18. 2. Aegyptius & ecbolimam habet abortus facientem. Vbi in quibusdam libris Ecbolada legitur utrobique recte. Budeus.

Ecce] Aduerbum demonstrandi (ἐξέειπε) repentinum aliquid, insperatumque significans: & fere sequitur Autem. Cic. de de Finib. 154. Ecce miserum hominem. Terentius Adelph. 4. 7. 4.

— sero alia flagitia ad te ingentia Boni illius adolescentis. m. ecce autem. Vbi Donatus, Ecce te dicitur, quum repente triste aliquid rebus interuenit laetis, aut certe quum aliud agitur, aliud emergit nouum: ut

Virgilius 2. Aeneid. 81, Ecce trahatur passis Priameia uirgo Crinibus. Terent. Phor. 2. 1. 34. Ecce autem similia omnia, omnes congruunt. Vbi Donatus, Ecce autem, uox est apta his quae noua & improuisa animo accidunt.

Ecce autem noua turba atq; trixa, &c. Cic. 6. Verr. 130. Ecce autem repente ebrio Cleomene, & surientibus ceteris, nuntiatu piratarum naues esse in portu Edisse. Cicero 7. Verr. 69.

Ecce dicitur & de re non repentina neq; noua. Plinius lib. 36. capit. 27. 3. Adeo in rebus damnatis quoque ac iam nullis, sunt aliqua remedia, ut in carbone ecce & cinere. Id est, ut uides in carbone.

Ecce, nunc nominatiuo, nunc datiuo uulgatur: aliis etiam accu satio, quanquam refragetur Valla lib. 2. cap. 15.

Ecce Antonius. Cic. ad Atticum lib. 14. 383. 1. Veruntamen ecce autem Antonius accepta grandi pecunia, &c. Eadem lib. 7. 14. 2. 1. Ecce post ridie ad Castium literae Capua a Lucretio familiari eius.

Ecce tibi, frequentissimum apud Ciceronem: ut in Oratione pro Cluētio, 60. Ecce tibi eiusmodi fortitio, ut in primis Bulbo, &c. Idem ad Attic. lib. 2. 30. 3. Quum haec maxime scriberet, ecce tibi Sebosus. Idem 4. Acad. 216.

Ecce alterum, ecce me. Terentius Eunuch. 2. 3. 6. — ecce autem alterum Nescio quid de amore loquitur. Sed Valla contendit legendum hic esse, alter, non alterum. Terent. Adelph. 5. 9. 38. Ecce me qui id faciam uobis. Sic apud Plautum in Menech. 9. 4. 4. Prandi in nauitide huc sum egressus: te conueni, ecce rem.

Eccebi (ἐξέειπε) per duplex cc. & pen. corr. componitur ex Ec ce & ubi, idemque significat Nuncubi. Calepinus.

Ecceum, ecceam, eccos, eccas, Eccum, id est, ecce hic, subintelligitur uirum de quo agebamus. Ecceam, Ecce hic, subintelligitur foemnam de qua mentio erat. Valla lib. 2. cap. 15.

Eccum ipsum. Plaut. Amph. 10. 16. Et ecceum ipsum uideo, &c. Terent. Eunuch. 5. 3. 9.

— uirum bonum ecceum Parmenonē incedere Video, Eccum Iupiter. Plaut. Amph. 3. 12 0.

Eccum adest. Terent. Eunuch. 4. 7. 6. Atq; ecceum. Plaut. Stich. 9. 71. Atq; ecceum tibi lupum in sermone. Terent. And. 5. 5. 1.

Sed ecceum. Terent. Eunuch. 2. 3. 12. Sed ecceum Parmenonem, sal ue. Ibidem 4. 5. 12. Sed ecceum ipsam.

Eccam, locum signat ubi ea excidit. Plaut. Cistell. 10. 29.

Eccos. Plaut. Menech. 6. 1. Terent. Heaut. 2. 3. 15. Sed uideo, eccos quos uolebam. Pro, Ecce hic quos uolebam.

Ecceillum, antiquum uerbum contractum, pro Ecce illi. Plaut. Persa. 6. 67. Ecceillum domi, & hanc, &c.

Ecceistam, Plaut. Curcul. 14. 16. Certē ecceistam uideo. Pro, Ecce istam. Antiquē.

Eccere] Aduerbum (ἐξέειπε) iurantis, ac si dicatur per Cererem. Plautus Amphit. 7. 3. Eccere, iam tu autem facis, ut tuis nulla apud te sit fides. Alijs placet duas esse dictiones, quasi dicas Ecce re, id est, re uera. Terentius Phorm. 2. 2. 5.

Echymosis] ἐχχυμωσις, Affectus est, qui plurimum una cum contusione, ruptioneque incidit, ut uult Galenus libro 4. Meth. medendi. Idem quoque libro 6. in Aphorism. Hippocrat. echymosin eandem ferē esse cum inflammatione inuuit, differentiam tamen quaedam assignat, ut per te uideri poteris.

Ecclesia] Latine dicitur coetus, & congregatio, ἑκκλησία.

Ecclēsiastes, ecclēsiastes, Concionator, ἐκκλησιαστικὸς. Eccepe]

Eccepe] ἐκκώπει, Diuisio est calua, qua os offensum refractum est, teste Galen. finit. medic.

Ecceum] Vide Ecce.

Eccyclema] αἰς (ἐκκύκλιμα) pegmatis erat species in scena, subiectis rotis, quo circumactio, quae intus acta fuisse, spectatoribus ostendebantur. Ex Cael. Rhod. libro 8. capite 8.

Ecdici] ἐκδικτοί, sunt quos iuriconsulti defensores appellat, qui in municipijs Tribunalium plebis instar erant, & plebem ab iniuria optimatū tuebantur. Vnde tractatus est apud Iustinianum lib. 1. Cod. De defensoribus ciuitatum, & in nouellis constitutionibus x. v. Cic. ad Thermum, libro 13. 57. 3. Dixerat mihi Euthydemus, quum Ephesi essem, se curatorem ut ecdici Mlasijs Romam mitterentur. Id factum non est. Legatos audio missos esse: sed malo ecdicos, ut aliquid confici possit. Quare peto a te, ut eos & Albandenses iubeas Ecdicos Romam mittere. Ecdicorum autem munus erat, iudicio experiri contra eos, qui aurum uel argentum & pecuniam Reip. deberent.

Ecdippa] Oppidum in Phoenice, iuxta Ptolemaidem Claudij Caesaris coloniam, quae quondam Ace uocata est. Author Plin. lib. 5. cap. 19.

Ecebolius] ἐκβολιός, Constantino politanus quidam fuit sophista, qui quib; ethnicus esset, metu tamē imperatoris Constantij simulauit se Christianū: deinde Iuliani tempore, trucidatus gentilis apparuit. Rufus uerō Iouiniano imperante, qui se Christianum profitebatur, ad Ecclesiam reuersus est, atq; ante fores templi prostratus magna uoce clamauit, Calcate me Ialem inspidum. Ad hunc modum leuis & mobilis Ecebolius & ante & post Iulianum fuit. Vide Socrat. hist. Eccles. lib. 3. cap. 13.

Eceiteses] Siciliae populi, inter stipendiarios a Plinio commemorati lib. 3. cap. 8.

Echea] ἐχαια, Ciuitas in Graecia, cuius meminit Strab. lib. 8. illamque Telectum inhabitasse scribit.

Echebecum] ἐχέβειον, Lorum illud latum dicitur, quo ligrum quod inter bouem utrunq; ad iugum usq; protensum est, iugo adnectitur. Cael. Rhod. lib. 2. 6. cap. 5.

Echecrates] ἐχέκρατης, Vir Thessalus, qui quum Phaeacis amore obreuitus, illam supraisset, in causa fuit, ut quum primo uirguncula uaticinandi apud Delphos pontificum gereret, sanctum postea fuerit, ut quin quagenaria mulier, uirginco tamen cultu, futura de tripode panderet. Author Cael. Rhod. lib. 8. cap. 16.

Echemon] ἐχέμων, Priami filius a Diomede occisus. Homerus Iliad. 5.

Echemythia] ἐχέμυθια, Latine taciturnitas dicitur & auscultatio. Vnde echemythos a Graecis dictos putat Budeus auscultatores, & censendi immunitatem habentes in Senatu. Idem alio loco interpretatur echemythos cunctatores, et sermonis homines parcissimos, qui aures duas habere se, uincam linguam in causis etiam publicis meminerint. Vide Gellium lib. 1. cap. 9.

Echeneis] huius echeneis, pen. prod. f. gen. (ἐχένηϊς) Latine remora dicitur. Plinius libro 9. capite 25. 1. Est paruis admodum piscis, affectus petris, echeneis appellatus. Hoc carinis adherente, nauis tardus ire creduntur: inde nomine inposito: quam ob causam amatorijs quoque ueneficis insans est, & iudiciorum ac litium mora, &c. Lucan. lib. 6. 135.

Non puppim retinens Euro tendente rudentes In medijs echeneis aquis. Echeneis, quidam scribunt Echonis. Nomen habet ab ἐχέ τενος, & τὰς ναυίς.

Echemus] Tegeates quidam fuit, qui primus palestram in Olympicis certaminibus uicisse dicitur, ut scribit Cael. Rhod. lib. 13. cap. 17.

Echeneus] per quatuor syllabas, & pen. prod. (ἐχένηϊς) omnium Phaeacum generosissimus, teste Homero libro 7. Odyss.

Echephron] ονίς (ἐχέφρων) unus ex filijs Nestoris, quos septem habuisse fertur, Antiochum, Pissistratum, Tefimenem, Echephronem, Stratum, Perseum, Antham. Vide Homer. & eius interpretes.

Echetle] ἐχέτλη. Rectum illud lignum est, quod inter arandum manu coninet arator, totumque aratrum permoet, ubi uerō infigitur, dicitur Acha. Ex Cael. Rhod. lib. 2. 6. capite 5.

Echetlion] In nauigio locus est, in quo pisces colligunt piscatores: dicitur & uinariū potest, quod ωχέτιον nuncupatur Graecis. Author Cael. lect. antiq. lib. 2. 6. cap. 5.

Echetus] ἐχέτος, Regis cuiusdam nomen apud Homerum in Odyss. mortalibus infestissimi. Meminit Cael. Rhodig. lib. 22. & cap. 22.

Echidna] ἐχίδνα. Latine hydra, ea potissimum quae ab Hercule interfecta est. Ouid. 3. Fasti.

Sanguine Centauri Lerneae sanguis echidnae Miltus ad auxilium tempora nulla dabat.

Tumide echidnae. Ouid. 10. Metam. 63.

Echidna] Nympha, dimidia sui parte puella speciosa, in quascunq; partes oculos flectens: reliqua uerō dimidia, quae serpens immanis erat, in caeuerna diuersans, & cruda mandens. Hec cum Typhone mixta peperit Orthum canem, Cerberum, & Hydram. Author Hesiodus in Theogon.

Echinades] penultima correpta (ἐχίνας) insulae sunt in Epiro, contra Ambracium sinum natae Acheloi impetu, arenae iue limo coniectis, sicut pars Aegypti Nili caeno. Lege Plinium libro 2. quibus locis maria caesserint. & Thucydidem libro 2. ubi de Acheloo. Ouidius libro Metamorph. 3. in uolucro fabulae uerum occultat, & ex Natiadibus factas insulas tradidit, quoniam haec terra fluuio aggeste fuerunt.

Echinometra] ἐχίνομέτρα, Echimorum genus, quorumum spinae longissime, caryes inuicem, nec omnibus idem, rufus & utreus color. Plin. lib. 9. cap. 31.

Echinon] Thraciae urbs est ad Pegasum sinum. Pomp. Mea la lib. 2. in descriptione Thraciae.

Echinophora] Genus conchae. Plin. lib. 32. cap. 11.

Echinopus] podis, Herba quaedam aculeata Dioscoridi, quod sciam, non memorata. Plinius libro 11. Ceras ex omnium arborum satorumque floribus confingunt: excepta rumice & echinopode. In editis Chenopode scriptum est, sed corrupte. Echmopodis mentio est in ueteri disticho, ἄς αὐτὸ ἐχίνοπε δὲ τὰς ἀπὸ τῆς ἐχίνας ὄνους φέρει μακρὰ ἄβητα ἰσομήνη. Turnebus.

Echinus] in bobus uenter proprie dicitur, quamuis & de ceruo item pronuciari nonnulli putent. Ceterum triplicem haberi uentrem tradunt, quorum primus, qui et superius, dicitur Cecryphalus, quia cibum occultit: sequens echinus est, διὰ τὸ ἐχέειν ἐλατὸν ποσὶν, uel ob asperitatem tertium appellant Apocriticum. Ex Cael. Rhodig. Antiq. lib. 4. cap. 5.

Echimi (ἐχίμοι) ornamenta circa carpum manus, ex Polluce libro 5. capite 16. ita ut non admodum dissimilia intelligat brachialibus & armillis, de quibus etiam supra diximus.

Echimus, huius echimi, penultima producta (ἐχίμος) tegmen spmosum, quo seruantur castanea. Echinos enim diris

am significat. Vnde castaneae echinatae. Plinius libro 15. capite 23. 1. Noces uocamus & castaneas, quamquam ac-
 comminatiores glandium generi: armatum his echinato
 calyce u. illum est.
 Ab huius tegminis similitudine, echinus dicitur est piscis quidam
 ex cancrorum genere, teste Sipontino. Plin. lib. 9. cap. 31. 3.
 Ex eodem genere sunt echini, quibus spinae pro pedibus in-
 gredi est his in orbem uolui. itaq; detritis sepe aculeis in-
 ueniuntur. Mart. lib. 13. 86.
 Iste licet digitos testudine pungat acuta,
 Cortice deposito mollis echinus erit.
 Marinus echinus. Horat. Epod. 5. 6.
 Echinus apud Graecos terrestre animal, cui apud nos hericio
 nomen, ab haerendo deductum: & aequae hirsutus est atque
 marinus echinus.
 Echinus parturiens cunctatur, uel echinus partum procrasti-
 nat. Pro uerbum in eos qui in perniciem suam morari cau-
 sas innectunt: cuiusmodi sunt illi uersuram facientes, &c.
 Echini enim terrestres, id est, erinacei, existimantur aculeos,
 catulorum suorum partum morari solere, ac deinde aculea
 tuoribus factis catulos egerunt eniti. Hec Budeus.
 Echinus, genus uisus enei est. in quo calices lauuntur: alij ama-
 pullam dicunt esse uitream. Hor. 1. Serm. Satyr. 6. 2. 4.
 Pocula cum cyatho dum sustinet, astat echinus
 Vilis, cum patera guttus, campana supellex.
 Athenis etiam Echini nomine intelligebatur scrinium forense,
 in quod dicta testium & totius litis acta coniciebantur:
 unde in Echinum conicere dicebant, pro eo quod est, acta
 in iudicio proferre. Echinus, quoque inter placentas recen-
 setur apud Athenenses, ut refert Cel. lib. 9. cap. 16.
 Echinus, Aedificium (ἐπιπόλιον) ut, Echinata casta-
 nea. Plinius libro 27. cap. 9. 13. in cacumine capitula sunt e-
 chinata spinis.
 Echinus] oppidum in ora Phibiotidis, ad Maliacum sinum,
 circa quod Sperchius in mare influit. De hoc Cic. in Arato,
 Dicitur ex celsis errant in collibus amens,
 Quos tenet Aegeo defixa in gurgite Echinus. Recen-
 setur etiam a Ptolemaeo lib. 3. cap. 13.
 Est item Echinus Stephano oppidum Acarnaniae, non procul
 ab ostio Acheloi, quod Echimadibus insulis nomen fecisse pu-
 tatur. Meminit huius oppidi Plin. lib. 4. cap. 1.
 Echinus, Herba, de qua sic Galenus lib. 6. Simpl. Echini herbae
 fructus acerbus est, ac proinde repellentis & exicatoriae
 facultatis. Vtuntur eo ad oculos fluxiones & aurium.
 Echinosia] Insula Euboeae uicina, quae postea Cimolus dicta
 est, referente Plin. lib. 4. cap. 12.
 Echion] ἐχίων, Pictor insignis. Plinius libro 35. capite 7,
 Quatuor coloribus Solis immortalia illa opera ficere, ex
 albis Melino, ex silaceis Attico, ex rubris sinopide Pon-
 tica, ex nigris atramento, Apelles, Echion, Melanthius,
 Nicomachus clarissimi pictores, cum tabula eorum singulae
 oppidorum ueniret opibus. Fuit et alter Echion statuarius,
 qui centesima septima Olympiade floruit, teste eodem Plin-
 io, lib. 34. cap. 8.
 Echion] ἐχίων, Alij Doriada, nonnulli Alcibiadion uo-
 cant. Spinosa herba est, quae non modo a serpente com-
 morsis cum uino pota auxiliatur, sed praesumentes quoque
 exictu nihil molestum pati sinit. Hec Paulus lib. 7. Vide &
 Dioscorid. lib. 4. cap. 25.
 Echion, siue Echium Plinius lib. 29. cap. 6. 13. Viperam ui-
 uam in fictili nouo comburere, addito foeniculi succo ad
 cyathum unum, & thuris manna una, atq; ita suffusiones
 oculorum, & caligines inungere, utilissimum est. medica-

mentum id Echion uocatur.
 Echion] penult. product. (ἐχίων) unus fuit è socijs Cadmi,
 primi regis Thebarum, & pater Penthei regis: qui ab eo
 dicitur Echionides & Echionius, id est, Thebanus, ut notat
 Seruius. Virg. Aen. 12,
 Nomen Echionium, matrisq; genus Peridiae.
 Inuidius cursu Echion. Ouid. 8. Metam. 62.
 Arces Echioniae. Ouid. 5. Trist. eleg. 6. 11.
 Plebs Echionia. Stat. 1. Theb. 34.
 Thebae Echioniae. Horat. 4. Carm. ode 4. 13.
 Echite] es (ἐχίτη) Herba est similis scammonio, de cuius na-
 tura consule Plin. lib. 24. cap. 15.
 Echites] ἐχίτης, Gemma est, colore uiridi subobscura,
 quandam uiperæ similitudinem referens. Plinius libro 37.
 capite 11.
 Echo] echus, scem. gen. Est uocis uel soni repercussio. Grae-
 ce ἠχώ, sonus, & ἠχέω, resono. Plinius lib. 36. cap. 15. 2,
 Eadem in urbe, iuxta portam quae Thracia uocatur, uires
 v. 11. acceptas uoces numerosiore repercussu multiplicat:
 nomenq; huic miraculo, Echo est à Graecis datum. idem lib.
 2. cap. 4. 4. Montium uero flexus, crebriq; uertices, & con-
 flexa cubito, aut confracta in humeros iuga, concavi ual-
 lium sinus, scindunt in aequaliter inde resultantem aera, quae
 causa etiam uoces multis in locis reciprocas facit. Ouid. lib.
 3. Metamorph.
 Planxerunt Dryades, plangentibus a sonat echo. Mar-
 tialis lib. 2. 85,
 Nusquam Graecula quod recantat echo.
 Resonabilis echo. Ouid. 3. Metam. 72. de Narcisso.
 Reparabilis echo. Persius Satyr. 1. 11.
 Echo] item porticus Olympiae fuit, quam Hetaphonon ap-
 pellabant, quoniam septies eadem uox ibi reddebatur. In
 hanc sententiam ait Lucretius,
 Sex etiam ac septem loca uidi reddere uoces
 Vnam quum faceres, ita colles collibus ipsi
 Verba repulantes iterabant uerba referre. Echo ue-
 rò à Latinis dicitur imago. Valerius Flac. libro 3. Argo-
 nauticam,
 Rursus Hylan, & rursus Hylan per longa reclamat
 Auiā, responsa solum. & uaga certat imago. Horatius,
 Quem deum, cuius recinit iocosa
 Nomen imago. Vbi Porphy. imaginem interpretatur
 uocis reflexionem: itaq; dictam uult, quasi imitacionem.
 Eclatimata] ἐκλαττωματς, Mulieres erant saltationes, de
 quibus uide Cel. Rhod. lib. 5. cap. 4.
 Eclecta] orum, neut. gen. auctore Budeo libro 3. de Affe-
 sunt adnotata, & ἐκλογαί adnotaciones, & ἐκλογαί ad-
 ea quae legendo adnotamus. Plinius minor libro 3. epistola
 5. de Plinio auunculo, Perire omne tempus arbitrabatur
 quod studij: non impartiretur. Hac intentione tot ista uo-
 lumina peregit, electorumq; commentarios c. x. mihi re-
 liquit, episthographos quidem, & minutissime scriptos.
 Quo in loco non electorum, quae Latina dictio est, sed ec-
 lectorum legendum esse contendit Budeus. Idem in com-
 mentarijs linguae Graecae, Eclectici sunt Philosophi quidam
 sui arbitrij, & flosculos legentes Philosophiae sectarum.
 Eclegomena sunt, quae adnotantur & reueruntur, unde ec-
 lecta apud Plinium iuniorē, in epistola in qua de auun-
 culo suo loquitur. Eclectorum enim legi debet, non e-
 lectorum.
 Ecligma] ecligmatis, siue eclegma (ἐκλεγμα) uulgus medi-
 corum electuarium uocat. Plinius lib. 20. cap. 22. 14. Ad
 phthysim utilissimè semine sunt ecligmata. idem libro 21. 3.
 de iby.

de thymo. Ab eo nomen habet, quod linctu, non uoratu
 absumatur.
 Eclipsis] ἐκλειψις, Latine defectio. est enim defectus quidam
 necessariae distionis, quam desiderat praecisa sententia: ut,
 Haec secum. Deest, loquebatur. Terent. Adelph. 2. 1. 4. Ego
 istam omnibus inuulis. Idem Andria, Verbum unum caue de
 nuptijs. Deest, dicas.
 Eclipsis lunae: Hoc est, defectus lunae, nempe dum sol per inter-
 positionem terrae ita luna opponitur, ut luna ipsa lumine
 suo proprio carere uideatur. Plin. lib. 2. cap. 12. 1.
 Eclipses in plurali. Auctor ad Herennium, lib. 3. 131. Solis ex-
 ortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quod
 quotidie sunt: at eclipses solis mirantur, quia raro accidunt:
 & solis eclipses magis mirantur quam lunae, propterea quod
 haec crebriores sunt.
 Eclipticus, pen. corr. Adiectiuum (ἐκλειπτικός) Plin. lib. 2.
 cap. 16. 6. Conuenit stellis in occasu uespertino proximas
 esse terrae & latitudine & altitudine, exortusq; matutinos
 in initio cuiusq; fieri: stationes in medijs latitudinum arti-
 culis, quae uocant ecliptica.
 Ecloga] pen. corrept. (ἐκλογία) Latine dicitur electio, electus,
 explanatio, annotatio. Dicitur & sermocinatio seu collo-
 quium. Vnde Ecloga Virgilij Et eclogarj apud Ciceronem
 ad Atticum, lib. 16. 32. 7. id est, sermocinatiores, uel audi-
 tores sermonum.
 Elygmata] ἐκλογματα, dicuntur, quum aliquid in ore te-
 nentes paulatim distillando sorbentur. Plin. 8. femine lini
 sunt elygmata.
 Enepephas] ἐνεπεφασ, Procella genus est, teste Plinio lib. 2.
 cap. 48. quae ex se ipsa nubis distensione erumpit, hinc est,
 sine pluuijs. Nam quae cum imbris nubes frangit, ex
 hydrae uocantur.
 Eton] Vide Icon.
 Etonia] ciuitas in Graecia, ad sinum Maliacum: de qua
 sic Plin. lib. 4. capite 7. Postea Maliacus sinus ab incolis di-
 ctus, in quo oppida Halcyone, Eoona, Phalarum. Haec ille
 in descriptione Graeciae & Atticae.
 Econtrario] ἐναντίας. Vide b' prepositioem m.
 Epphantus] ἐπιφανής, Syracusius Philosophian professus
 fuit, qui Deum mentem, & animum esse existimauit, ut Ori-
 genes scribit.
 Epphrasis] ἐπιφρασις, Est mera puraq; enarratio, & τὸ
 ἐπιφρασις, quod est exprimere, clarè & euidenter explicare
 Hesihius λόγος ἐπιφρασις, hoc est, sermonem euidentem
 interpretatur.
 Epphrasis autem, ut Celio placet, à narratione differt, q
 haec nudam habeat rerum expositionem, illa tantum non
 etiam oculis audientium subiiciat. Praeterea Narratio u-
 niuersum inquirat: sicuti, in Athenienses à Lacedaemonijs
 esse bellatum. Epphrasis autem per Partes: uti, quo genere
 belli, quibusq; machinarum tormentis. Haec ille Antiq. lect.
 lib. 13. cap. 19.
 Epphyades] ἐπιφραδές, dicuntur intestinorum appendices.
 Vide supra in Apophyades.
 Epietma] atis, penultima producta (ἐπιετμα) Medicis est
 calus in multas partes diffractio, simul ubi intruse osis
 partes in unum decubuerint, ac membranà innixu suo pre-
 mant. Galen lib. finit. medic.
 Eplexis] ἐπιπληξις, Latine consternatio. Est emotio mentis,
 quae ex repentina aliqua perturbatione extrinsecus adue-
 nit. Vide Gal. lib. finit. medic.
 Ecquanam] Vide Ecquis.
 Ecquando] ἐκ ποτὶ, id est, Et quando. Cic. pro lege Agrar.

31. Quero à populari Tribuno plebis, ecquando nisi per
 xxx v. tribus creati sint. Idem 7. Verr. 53.
 Ecquis] ecqua, ecquod, & ecquid (ἐκτί) pro Et quis, & in-
 c mutato, ut expeditior esset pronuntiatio. Significat au-
 tem Num aliquis. Terentius Eunuch. 5. 9. 1. O popularis
 ecquis uiuit me hodie fortunatio? Cic. 4. Verr. 7. Ec-
 quam existimatis unquam illa in prouincia, &c. Calius Cia-
 ceroni, lib. 9. 15. 1. Ecquem autem, &c.
 Ecquo de homine. Cic. 4. Verr. 113.
 Ecqua. Cicero in Verrem, ut uideant & inuestigent ecqua uir-
 go sit, an mulier, &c. Idem Attico, libro 7. 128. 3. Quod
 queris ecquae spes pacificationis sit, &c. Idem pro lege Ma-
 nilia, Ecquam putatis ciuitatem pacatam fuisse quae locu-
 plas sit?
 Ecquod. Cic. 5. Verr. 112. Ecquod iudicium Romae tam dissolu-
 tum. Sic Liu. 1. ab Urbe, 36. A' pleriq; rogitantibus dimissi,
 ecquod feminis quoq; asylum aperuissent.
 Ecquid. Terentius Heaut. 3. 3. 4. Quid tu, ecquid de illo quod
 dudum tecum egit?
 Ecquid te pudeat? Terent. And. 5. 2. 30. Cic. ad Attic. lib. 2. 23.
 1. Voco, quero, ecquid literarum? negant. Idem 1. in Catil.
 15. Quid est Catilinae? ecquid attendis? ecquid animaduertis
 horum silentium? patiuntur tacent.
 Ecquid pro Aliquantum. Terent. Eunuch. 1. 2. 3,
 — ecquid nos amas De fiduciam istae?
 Ecquid sit, pro eo quod dicunt, Quicquid sit. Plaut. Casin. 8. 52.
 Ecquisnam, ecquenam, ecquodnam, & ecquidnam (ἐκτίς)
 Cicero in Topicis, 4. 4. Ecquidnam honestum sit, ecquid na-
 quam re uera, an haec tantum opinione sint. Idem in Vati-
 nium, 29. Ecquisnam tibi dixerit? Idem 10. Philip. 283. Eca-
 quodnam principium putatis libertatis capessende? Idem
 4. de Fin. 110. Ecquanam fieri possit accessio? Catul. ad Ve-
 ranium & Fabullum, 25. 2,
 Ecquidnam in tabulis patet lucelli Expensum?
 Ecreteice] ἐκρετικῆ, Regio est non procul à Suanibus po-
 pulis in Themiscyrena regione, ut refert Plin. lib. 6. cap. 4.
 Ectylis] ἐκτύλις, Effluxio. Quo nomine Aristoteles libro 7.
 de Nat. animalium, eas conepius corruptiones uocari scri-
 bit, quae intra septimum diem sunt: abortiones, usq; ad qua-
 dragessimam uocantur. Ex Bud. in Annot. in Pand.
 Ectylis] huius estylis, penult. corrept. (ἐκτύλις) Est affe-
 ctus eorum qui mente sunt emota, ut inquit Lactantius:
 quos Plinius mente commotos appellat, lib. 23. cap. 1. 12. id
 est, suuaticos.
 Ectylis] ἐκτύλις, Graecis dicuntur milites, uelut extra or-
 dinem adiecti, ut cornicines sunt, ac signiferi, fabri, & id
 genus alij. Meminit in collectaneis Suidas.
 Ectylis] huius estylis, f. ge. (ἐκτύλις) Latine dici potest pro-
 ductio. Figura est qua syllaba naturaliter correpta produ-
 citur: ut, Italiam scio profugus: quum Italiam prima corre-
 pta dicere debeamus. Donatus.
 Ecthyptis] scemim. gener. (ἐκθύπτις) est consonantium cum
 uocalibus asperè concurrentibus difficilis ac dura colla-
 tio: ut,
 Littora multum ille & terris iactatus & alto.
 Ectini] Populi, inter Alpinas gentes à Plinio commemorati,
 lib. 3. cap. 20.
 Ectrapelos] penult. corrept. (ἐκτραπέλος) quasi horrens,
 & auersans communem & usitatum naturae modum. Plin.
 lib. 7. cap. 16. 9.
 Ectropium] siue Ectropia, ectropia (ἐκτροπίον, ἢ ἐκτρο-
 πία) diuisio palpebrarum, quum silicet inferior
 palpebra non satis sursum attollitur, sed pendens hiat.
 nec

usc cum superiore committitur. Lagophthalmos uero, quum superior palpebra non descendit. Caelius libro 16. capite 1.

Edypa] penult. corrept. edyporum (ἐδύπων) dicuntur opera quae ex ipsis typis formata sunt. Plin. lib. 37. cap. 10. 33. Haec sunt geminae quae ad edypas sculpturas aptantur. Idem lib. 35. cap. 12. 3.

Eculcus] Vide Equuleus.

E **D**

Edacitas, Edax] Vide Edo, es.

Eddana] Ἐδδανα, Vrbs est ad Euphratem, à Phoenicibus habitata: ita dicta ab Eddano duce. Stephanus.

Edcaire] Qui praesint regijs epulis: dictis ἀπὸ τῶν ἐδῶν ἀέτρων. Festus.

Edcumata] electa. Festus.

Edenates] Alpini populi, quos cum pluribus alijs à Romanis denictos scribit Plin. lib. 3. cap. 20.

Edentare] Id est, dētes excutere, & rumpere (ἀποδονδῶν) Plaut. Rud. 16. 4. 6.

Nimis uelim homini improbisimo malas edentauerint.

Edentatus, penultima producta, Participium, Macrobi. lib. 7. Saturn. capite 3. Sunt alia scommata minus aspera, quasi edentatae belluae morsus.

Edentulus, penult. corrept. (ἐδῶν, ἀδῶν) Qui sine dentibus est. Plautus Casina, 12. 20. Propter operam illius improbi edentuli.

Edera] Vide Hedera.

Edepus] Ἐδῦς, Cuius Straboni, in qua terra motu illo uniuersa Graeciae, aquae calidae triduo retentae rursus effluerunt. Vide eum lib. Geograph. 1.

Edeffa] Arabiae ciuitas, antea Antiochia dicta, ut scribit Plinius lib. 5. cap. 24.

Edeffa (Ἐδδῶν) Ciuitas est Mesopotamiae, siue, ut Plin. manuit, Syriae Coeles, olim Rhages dicta, teste Hieronymo de traditionibus Hebraicis. In hac Agabarus toparchus regnauit, cuius extat ad Christum epistola, & Christi ad eundem responsio, ut uidere est apud Euseb. Histor. eccles. libro 1. Haec olim etiam Bambyce dicta est. Strabo, trans Euphratem est Bambyce, quam & Edeffam & Hieropolim uocant, in qua Atergatim Syriam deam colunt.

Edeffae (Ἐδδῶν) Dicitur sunt Edeffe ciues.

Edetania] Hispaniae citerioris regio. Plinio libro 3. capite 3. Regio Edetania ameno praetendente se stagno ad Celtiberos recedens.

Edico] edicis, pen. prod. edixi, edictum (ἐδικάω, ἐδικάω) edicere, iudicare, discernere, edicto uetare: & proprie est magistratum. Cic. ad Brutum, lib. 11. 6. 2. Quum Tribuni plebis edixissent. Senatus adesse ad XIII. Calen. Ianua. haberentque, &c. Lilius 2. ab Vrbe, 10. 4. Concioni deinde edicto addidit fidem, quo edixit ne quis ciuem Romanum aut clausum teneret.

Inter Edico & Interdico, hoc interest: Edicimus quod iubemus fieri: interdico quod uetamus fieri. Edicimus etiam uni generi hominum: interdico diuersis. Itaque Praetoris edicta & interdicta dicuntur. Donatus.

Edicere, pro Denunciare. Terent. Hecyr. 4. 1. 51. Ibo intro, atque edicam seruis, ne quoquam efferrī sinant. Idem Eunuc. 5. 5. 20. Dico, edico uobis, nostrum esse illum herilem filium. Ibidem 5. 9. 33.

Proscribere & edicere diem. Cic. 3. Verr. 99.

Comitia edicere ad Calend. Februar. Cicero Quinto fratri, lib. 2. 6. 3.

Concilium edicere. Gel. lib. 15. cap. 27.

Iustitium edicere. Cic. de Arusp. respon. 51.

Legem edicere. Cic. 2. de Legib. 39.

Edicere socijs conuentum. Liu. 6. bel. Pun. 2. 62. Sic, Edicere Senatum, apud Suetonium.

Edixit socijs conuentum Tarraconem. Liu. 3. ab Vrbe, 4. 5.

Edicere diem ad conueniendum in Hetruriam. Liu. 1. belli Macedon. 38.

Edicere militibus praedam. Liu. 8. ab Vrbe, 18. 6.

Edicere, pro Praedicere, & praemonere. Cicero 2. de Finibus 118. Est enim tibi edicendum quae sis obseruaturus in iure dicendo.

Edici, passiuum (ἐδικάω) Cicero. Phil. 2. 0. 5. Tumultum esse decerni, iustitium edici, saga sumi dicit placere.

Edictus, Participium (ἐδικάω) ut, Edicto mercatu uendere. Plin. lib. 12. cap. 10. 7.

Edicto, edictus (ἐδικάω) edictare, Frequentatiuum. Plaut. Epid. 3. 2. Idem Amphit. 8. 182. Tute edictas facta tua. Hoc est, dicit, narras, recenses.

Edictum, edicti (ἐδικάω) iustum principis, uel magistratus. Cic. pro Quincto, 14.

Edicta & decreta. Cicero. 3. Verr. 66. Non hi qui decretis, edictisq; tuis, in te concitati, infestiq; sunt.

Immitte & minax edictum. Ouid. 2. Trist. 27.

Inimicum edictum. Cic. pro lege Manilia, 40.

Peculiare edictum. Vide Peculiaris.

Edictum circumducere, Decretum irritum facere & abolere. Quo uerbo Vlpianus usus est in l. & post edictum. de iudicij.

Edicto audiens. Vide Audio.

Componere edictum. Cic. 3. Offic. 10. 5.

Conscribere edictum. Cic. 3. Offic. 10. 5.

Edicto Praetoris, de salu agroq; communi & seruis communibus detruditur. Cic. pro Quincto, 14.

Dare edicta terris. Claud. 8. Paneg. 7.

Habere edictum. Cic. 9. Philip. 2. 68.

Facere edicta in populum. Tacit. lib. 19.

Ex edicto Praetoris possidere bona alicuius. Cicero. pro Quincto, 41. & 49.

Sancire aliquid edicto. Cic. pro Flac. 52.

Vetare edicto. Hor. 2. epist. 1. 48.

Edictum etiam priuati hominis dicitur. Terent. Heaut. 4. 1. 10.

Primum hoc te oro, ne quid credas me aduersus edictum tuum Facere esse ausam.

Edictales, Hoc nomine decorabantur qui annum unum in legu studio uersati, alterum etiam adiuuebant: ducta scilicet appellatione ab edicto, cui cognoscendo tum operam nauabant. Imper. in epist. ad Antecessor. 5. 3. In secundo autem ditmo, per quem ex edicto eis nomen antea positum, & a nobis probatur, &c.

Edictalis bonorum possessio, quae edicto defertur. l. 30. §. 1. ff. de acquir. hered. lib. 1. §. 1. ff. si tabul. testum.

Edictio, Verbale (ἐδικάω) Plaut. Capt. 13. 42. Basilicas edictiones atq; imperiosas habet.

Basilicae edictiones. Vide Basilicus.

EDIL. CVR. uel ED. Aedilis curulis. EDIL. P. Aedilis plebis.

Edim] Vide Comedim, in Comedo.

Edisco] ediscis, edidici, pen. corr. (ἐδιδάσκω) ediscere, Memoria complecti. Cic. 2. Tusc. 48. Ita sunt deinde dulces, ut non legantur modo, sed etiam ediscantur.

Artes contenta paternas Edidicisse fuit. Ouidius 2. Metamorph. 128.

Lauri ediscunt. Virg. eclog. 6. 17.

Linguae ediscere. Ouid. 2. de Arte amandi, 2. 5.

Vsum ediscere. Ouid. 7. Metam. 20.

Vultus alicuius ediscere. Valer. 1. Argon. 7. 5.

Nec potuit similes, uoluitue ediscere uultus. Id est, non potuit dignoscere filiorum formas.

Inter lusum locos ex poetis maxime ediscere licet. Quinil. lib. 1. cap. 1. 2. 6.

Ediscendus ad uerbum libellus. Cic. 4. Acad. 2. 4. 5.

Edissa] Cic. Verr. 7. Edissa portus in Sicilia.

Edissero] edisseris, pen. corr. edisserui, edisseritum (ἐδίσσω, ἐδίσσω) edisserere, Ordine exprimere, explanare, declarare. Cic. de claris Orator. 32. Quis in docendo, edisserendoq; subtilior? Lilius 4. bel. Maced. 191. Plaut. Capt. 17. 1. 4.

Iam animaduerte: haec mihi quae dicam, edisserere.

Pacuius, Edisserere fabulam hanc. Cic. 2. de Legib. 86.

Vera edisserere. Virg. 2. Aeneid. 30.

Edissero, edisseris, edisserere, Frequentatiuum (ἐδίσσω) Plaut. Amph. 7. 4. 2. Ordine omne ut quicquid actum est, aut apud hostes sedimus, Edisseratui.

Editio, Edictus, Editus] Vide Edo.

Ediuerso] Ἐδῶν, Vide & praepositionem. Plin. lib. 6. cap. 4. 4. Et lib. 23. cap. 4. 3.

Edo] es, est, uel edo, edis, prima corr. edi, esum, uel estū (ἐδω, ἐδω) esse, uel edere. Comedere. Virgil. 4. Aeneid. 14.

— est mollis flamma medullas. Cic. ad Atticum lib. 13. 2. 98. 4. Itaque & editi & bibi & dicitur, & incunde, & opipare sanè & apparatè.

Edi, praeteritū. Cic. 5. Tusc. 137. Nec esuriens Ptolem. ederat.

Edere de patella. Cic. 2. de Finib. 38.

Au idè edere. Ouid. 3. de Arte aman. 151.

Agellos edit pecus. Horat. 1. epist. 12. 3.

Edere pugnos, per translationem, pro Percuti pugnis. Plautus Amph. 4. 155.

Vbi esuri sumus? pro Vbi praesuri uel cenatur? Plaut. Menech. 4. 3. 6. Et Poenulo, 7. 31. Edere de alieno.

Esuri arduo edendi. Ouid. 8. Metam. 167.

Rabies edendi. Virg. 6. Aeneid. 12.

Edendus, participium (ἐδω) Cic. de Amic. 60. Multos modos salis simul edendus esse, ut amicitiae munus expletum sit.

Edor, ederis, penult. corrept. esur. Praeteritum esus (ἐδω) Plinius lib. 20. cap. 9. 12. Et in Aegypto, propter amaritudinem non esur. De brassica loquitur. Columel. libro 2. cap. 10. 11.

Esur, imperfonale (ἐδω) Plaut. Mostel. 4. 78. Iam ista quidem absumpta res erit, quando dies noctesq; esur, bibitur. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 14.

Esito, esitas, pen. corr. (ἐδω) esitare, Frequentatiuum à supino Esum. Cato cap. 157. 9. Lotium conseruato eius qui brassicam esitauerit. Gellius lib. 4. cap. 11. Pythagoram Philosophum non esitauisse ex animalibus. Ibidem, Videtur autem de Cyamo non esitato casu erroris fuisse. Plinius libro 20. cap. 9. 5.

Edax, edacis, pen. prod. om. gen. (ἐδάω, ἐδάω) vorax, & consumptor: ut, Edax hospes. Cic. pro Flacco, 31. Terent. Phorm. 2. 2. 21. Alere nolunt hominem edacè. Idem in prolog. Eun. 38. Edax parisius.

Edaces multi cibi. Colum. lib. 6. cap. 2. 12.

Curae edaces. Horat. 2. Carm. ode 11. 4.

Ignis edax. Ouid. 4. Fast. 158.

Imber edax. Horat. 3. Carm. ode 30. 1.

Liur edax. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 1.

Lucus edax, maciesq; malis comes addita morbis. Silius libro 13. 117.

Parasitii edaces. Horat. 2. epist. 1. 35.

Tempus edax rerum. Ouid. 15. Metam. 17.

Turdi edaces. Horat. Epod. 1. 7.

Vetustas edax. Ouid. 15. Metam. 17. 5.

Virus edax. Ouid. 5. Fast. 81.

Vultur edax. Ouid. 1. Trist. 5. 3.

Esurix, esuricis, penult. prod. saem. gen. (ἐσείρω) Ed est quae deuorat cibos. Plautus Casina, 17. 20. Ego noui ambas illas esurices, corbitant ubi comesse possunt.

Edacitas, pen. corr. edacitatis, saem. gen. (ἐδάω) Vonractus, consumptio. Cic. ad Quinctum, fratrem, lib. 3. 2. 4. 15. Edacitatem pueri pertimesco.

Esurio, esuris, pen. corr. esurui, esurui, pen. prod. (ἐσείρω) esurire, Cupio edere. Plautus Curcul. 8. 11.

Qui homo mature quae fuit pecuniam, Nisi eam mature parsit, mature esurit. Mart. lib. 7. 26. Vilius esurio.

Esuribo, pro Esuriam. Pomponius Augure, Imo mane non esuribus diuitius, quare roga. Nanius Moris & uita iudicio, ita uobis otiosus sum, mihi algebo, & mihi esuribo.

Facile esurire. Caelius Ciceroni, libro 8. 17. 5. Vestras copias non noui: nostri ualde depugnare, & facile algere & esurire consuerunt.

Esurior, Passiuum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 2.

Nisi tibi quod nobis esuriatur, erit.

Esuriens, Participium (ἐσείρω) Ouid. lib. 2. de Remed. amor. 47. Non facile esuriens posita retinere mensa.

Esuriens dominus, pro Aucto. Horat. 2. Ser. m. Satyr. 13.

Esuriturus, pen. prod. (ἐσείρω) Terent. Heaut. 4. 2. 2. 8. Modo licet uiuere, est spes. C. l. quae s. non esuriturus

Esuriales, frivae (ἐσείρω) Quibus ab edendo seriatetur. Plaut. Capt. 8. 8.

Esurio, esurionis (ἐσείρω) Qui esurit. Plaut. Vers. 4. 23. O saturio opportune aduenisti mihi.

s. Mendacium ad epol. dicit, atq; haud te decet: Nam esurio uenio, non aduenio saturio. Antiqua uerba.

Esuritor, penult. prod. Verbale (ἐσείρω) Martialis libro 3. 14. Romam petebat esuritor Tutius. Hoc est, Qui saepe esurit.

Esuries, esurici, pen. prod. saem. gen. (ἐσείρω) pro fame etiam apud antiquos sumebatur.

Esuritio Verbale (ἐσείρω) Idem Mart. lib. 5. 12. 9. Quam solet esuritionem. Gellius lib. 16. cap. 3.

Corpus aridum sole, frigore, esuritione. Catul. epig. 20. 3.

Pater esuritionum, Valde famelicus. Catul. epig. 18. 1.

Esurigo, pen. prod. esuriginis, saem. gen. (ἐσείρω) Idem. Varro, Vbi lubet, tunc licet accubitus, accedo strenuus, stimulans quod esurigo funderet cestas. Nonius.

Esus, huius esus (ἐδω) Plin. lib. 20. cap. 7. 7. Stomachos dissolutos nullissime adiuuant, uti ne eo esu alluantur. Hoc est, comestione. Quaedam exemplaria legunt, Stomachi dissoluti utilissime adiuuantur, in eo usu, &c.

Edilis, & hoc edile, pen. prod. (ἐδάω) pluraliter edili: uel cadulis, per quintam uocalem, dicuntur omnia quae ad esum pertinent. Gellius lib. 17. cap. 11. Quod ex saluis usu foret, ut edilia quidem omnia defenderet ab arteria, depelle-retq; in stomachum & pulmonem.

Capreae edules. Horat. 2. Ser. m. Satyr. 4. 9.

Edulium, Ἐδύμιον (inquit Valla in Raudensem) est quicquid edimus, aut quicquid ad prandium cenamq; edendi gratia nobis apponitur & sumimus.

Edo, edonis, pen. prod. (ἐδω) Nonius, Edones & phagones

nes ab edacitate unum Latini, et aliud Graeci. Varro, Edones Romam, ut turba, intendat annonam, sed propter phagones ficedulam pinguem aut turdum nisi uoluntatem non uideo.

Edo] edis, prima prod. editi, editum, pen. corr. (in *Adolphi*) edere, Est emitte, et quasi extra dare. Plin. lib. 10. cap. 52. 3. Foeminam edunt quae rotundiora gignuntur oua.

Edidit centum uasa haec uitis. Suet. de claris Gram. 23.

Edere et exponere. Cicero 3. de Leg. 67, Apud eosdem qui magistratu abierint, edant et exponant quid in magistratu gesserint.

Peruulgare atq; edere tabulas, et c. Cic. pro Sylla, 32.

Audacter et licenter edere. Catul. in Camertum, 54. 4.

Edere, apud Iurisconsultos, quod nunc Per scriptum dare, uel Per declarationem, dicunt. Budeus.

Edit quisq; quod potest: id est, profert et agit. Plautus Amph. 4. 77.

Natus, et in lucem editus. Cic. 1. de Legib. 23.

Edere animam, pro Mori. Cic. pro Sestio, 71.

Annos. Ouid. Dum licet, et ueros etiam nunc editis annos.

Annales. Cic. ad Atticum, lib. 2. 31. 7.

Authorem alicuius doctrine: hoc est, Proferre, et in medium afferre. Liu. 1. ab Vrbe, 73.

Cedem. Liu. 5. ab Vrbe, 65.

Cantus edere, et Cantare. Idem. Cic. 2. de Diuinat. 84.

Certamen cruentum. Liu. 1. bel. Pun. 160.

Clamorem. Cic. 2. de Diuin. 75. Et Liu. 6. bel. Pun. 24.

Corpus edere super equum. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 23.

Aliquid dignum hominum auribus efficere, atq; edere. Cic. 1. de Orat. 59.

Dolorem. Lcan. lib. 7. 9.

Exemplum. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 8.

Exempla foeda in socios per foedam auaritiā. Liu. 9. bel. Pun. 48. Et Cesar. 1. bel. Gall. 126.

Exempla auaritiā. Liu. 5. bel. Pun. 176.

Facinora. Liu. 3. bel. Pun. 26.

Foetus, dicitur ager. Cic. 2. de Oratore, 72. Subactio mihi ingenio est opus, ut agro non semel arato, sed nouato et iterato, quo meliores foetus possit et grandiores edere. Liu. 8. bell. Pun. Et insuetos foetus animalia edere. Virg. 4. Georg. 40.

Frondem edere dicitur arbor. Colum. lib. 5. cap. 6. 2.

Fructum edere dicuntur arbores et animalia. Colum. de Arboribus, cap. 21. Cic. 2. de Nat. deor. 236.

Funera. Liu. 9. ab Vrbe, 114.

Genitus dolobus edere. Lucret. lib. 4. 204.

Gladiatores edere. Tacit. lib. 13.

Edere herbas dicuntur campi. Colum. lib. 2. cap. 4. 1.

Hinnitus edere. Ouid. 2. Metam. 134.

Iguem. Liu. de bel. Maced.

Indictum. Cic. pro P. Sylla, 33. Sed tamen abs te, Torquate, quae ro, quum indicatus tuus inimicus esset, et esset eius rei frequens Senatus, et recens memoria testis, tibi meo familiari et contubernali, prius etiam edituri fuerint indictum scribae mei si uoluisse, quam in codice retulissent?

Oblitia non edunt laudem. Sil. lib. 13. 134.

Edere leges. Cic. 2. de Leg. 30.

Librum. Cic. 4. Acad. 24.

In aliquem libros edere. Quint. lib. 3. cap. 7. 2.

Luci. Cic. 2. de Diuinat. 96. ex antiquo poeta.

Ludibrium. Liu. 10. bel. Pun. 135.

Ludos. Suet. in Iulio Cesare, cap. 39.

Proprio sumptu ludos edere. Tacit. lib. 1.

Mandata alicui, Exponere suam commissionem, ut uocant, uel suum onus. Liu. 5. bel. Maced. 72. Idem 5. ab Vrbe, 160,

Quibus postquam mandata ediderunt, in concilio Gallorum datur responsum.

Motus edere. Lucret. lib. 3. 113.

Munus gladiatorum. Liu. 8. bel. Pun. 109.

Murmur edere. Ouid. 14. Metam. 56.

Nefas edere. Stat. 8. Thebaid. 14.

Edere nomen, pro imponere. Liu. 1. ab Vrbe, 156.

Est etiam edere nomen, Proferre uel efferre nomen suum ut describatur, et ueluti suum nomen profiteri in actis, quem manu missuri sumus: id quod fiebat ante cognitionem Constitulis. Quinetia Edere nomina, hodie dicere possumus eos qui prouocatores apud acta curiae presentari dicuntur. Haec Budeus. Cic. 4. Verr. 46, Quibus ego testimonium denuntiaui, quorum nomina edidi Metello.

Nomen alterius alicui edere et iniicere. Cic. pro Domo sua, 12.

Operam annuam. Liu. 5. ab Vrbe, 15.

Operam uirorum fortium. Liu. 3. ab Vrbe, 266.

Quasi oracula sapientiae edere. Cic. 2. de Fin. 34.

Ordinem. Liu. 7. bel. Pun. 154.

Ouum dicitur gallina. Plin. lib. 10. cap. 41. 1.

Edere partum dicuntur foeminae. Cic. 2. de Nat. deor. 194.

Partu edere. Tacit. lib. 2. Vbi Agrippina nouissimo partu suam ediderit.

Planctus edere. Iuuenalis Satyr. 10. 27.

Ploratum uirginalem ore, Muliebriter lugere. Cicero 2. Tusc. 35. et 65.

Postulata. Cic. 4. Verr. 7. Hoc Commoti dolore, postulata Consulibus, quae non postulata, sed in istum crimina uiderentur esse ediderunt. Per translationem.

Praelium, siue pugnam. Liu. 1. bel. Maced. 145. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 2. Dij immortales quas ego pugnas, et quantas strages edidi.

Praelia et pugnas edere. Lucret. lib. 2. 24.

Pugnae aliquid edere. Plaut. Capt. 11. 55.

Questus edere. Ouid. 4. Metam. 118.

Edere rationes, Quod uulgus dicit facere computum cum aliquo. Cic. ad Atticum, lib. 7. 123. 10. Sed ego mihi ab illo non rationes expectabam, quas tibi edidi.

Rationem alicuius rei alicui edere. Cic. Attico, lib. 5. 100. 3.

Responsum oraculo. Liu. 9. bel. Pun. 50.

Risus. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 12. 3.

Ruinās. Cic. 1. de Legib. 57.

Edere scelus, Hoc est, committere et patrare. Cic. 13. Philip. 359.

Scriptum. Cic. 6. Verr. 30, Ede mihi scriptum, quid argenti in prouincia Sicilia pararis. Et subdit, Nec scriptum habeo, nec possum edere. Quod uulgus barbarorum dicit producere scripturas.

Signum. Liu. ab Vrbe, Editio est speculis signo.

Sonos. Ouid. in Ibin, de bubone.

Funereoq; graues edidit ore sonos.

Spicas edere dicitur culmus. Colum. lib. 2. cap. 16.

Spiritus extremum, pro Mori. Cic. 12. Philip. 334.

Strages. Liu. 7. bel. Pun. 81. Et Cic. 3. de Legib. 32.

Sreptum. Colum. lib. 12. cap. 21. 2. Sic, Edere stridorem dicuntur locustae. Plin. lib. 11. cap. 29. 6.

Recitare et edere tabellas. Cic. pro Cluent. 146.

Tactus edere. Lucret. lib. 2. 164.

Edere testes, Hoc est, proferre, et ut dicit Cicero, producere. Liu. 3. ab Vrbe, 305.

Trepidationem. Liu. 1. bel. Pun. 104.

Verba edere. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 9.

Victoriam edere. Tacit. in uita Agricola.

Verba. Cic. pro Quinto, 43.

Edere uitam. Cic. 5. de Fin. 7.

Voces.

Voces. Cic. 2. Tusc. 30.

Vrinam, pro Meiere Plin. lib. 28. cap. 4. 5.

Vulnera edere. Stat. 1. Syl. 6. 12.

Edi tribus ab accusatore. Cic. pro Plancio, 30, Non intelligo quamobrem Senatus hoc uno in genere tribus edi uoluerit ab accusatore, neque eandem editionem transfulerit in ceteras causas.

Editum est. Cic. 1. de Orat. 91, Peruulgar i artem suam noluerunt, deinde postea quam est editum.

 Elytron] ἐλυτρον, Crusta dicitur pennas superueniens, quasi uagina inclusis, ut in scarabęis, unde anelytra uocantur, que detestas habent pennas, uelut apes. Ex Cæl. lib. Antiq. lectio. 18. cap. 40.
 E Macio] emacias (ἐμακίω) emaciare, Macie conficere. Col. lib. 2. cap. 14. 1. Sed ex ijs que retuli seminibus, idē sarna putat alijs stercoreari, & tuuari agros, alijs rursus peruari & emaciari. Ibidem cap. 10. 1. Emaciat e uincę. Et lib. 4. cap. 24. 10. Que nec spem uindemie desituant, emaciant stirpem suam.
 Emacitas] Vide Emo.
 Emacror] pen. corr. emacraris (ἐμακροίω) emacrari. Macrum fieri, & macie confici. Plin. lib. 18. cap. 10. 10. Terram emacrari hoc fatu existimantes.
 Emaculo] emaculas, pen. cor. (ἐμακύνω) emaculare. Maculam auferre. Plinius lib. 21. cap. 19. 6. Nigras utiliginēs emaculat. De narcisso.
 Emancipo] emancipat, pen. corr. (ἐμμανέω, ἐμμανέω) emancipare,**

emancipare, siue emancipare, Manumittere & liberare, proprie de filijs: ut Manumittere de seruis. etiam si hoc non sit perpetuum. Cic. pro Domo sua ad Pontifices, 30. Id autem scire & uidere omnes, non ut ille filius instituitur, sed ut e patricijs exeat, ut Tribunus plebis fieri possit, idcirco adoptari: neq; id obcurē: nam adoptatum emancipari statim, ne sit eius filius qui adoptari. Plin. epist. 67. Hunc Regulus emancipauit, ut heres matris existeret.
 Emancipare agrum, Est alienare: e mancipio, id est, dominio & possessione sua emittere, & alteri possidendū tradere. Plin. in epist. lib. 7. Nam pro quingentis milibus nummum, que in alimenta ingenuorum, ingenuarumq; promiseram, agrū ex meis longē pluris actori publico emancipauit: eundemq; uectigali imposto recepi. Plin. emancipare, non pro uendere posuit, sed pro alienare, quum enim uellet uectigal publicē donare in alimenta puerorū: id est rentam constituere (ut uerbis uulgi loquar) fundum suum imaginaria uenditione Reipublicę donauit, & subinde uectigalem recepit. Suet. in Othone, Cuidam etiam de parte finium cum uicino litiganti adhibitus arbiter, totum agrum redemit, emancipauitq;. Id est, suam iam factum mancipio tradidit illi. Ex Budeo.
 Emancipo me tibi, id est, me tuę potestati trado. Plautus Bacchid. 1. 60.
 Emancipare in. Cicer. 1. de Finib. 35. Quum eam seueritatem in filio adhibuit, quem in adoptionem D. Syllano emancipauerat, ut, &c.
 Emancipati (inquit Festus) duobus modis intelliguntur, aut ij qui ex patris iure extierunt, aut ij qui aliorum sunt dominij: quorum utruq; fit emancipatione.
 Emancipatus, pen. prod. (ἐμμανέω, ἐμμανέω) Emancipatus, id est, deditiuis. Cic. Senec. 33. Ita senectus nimis honesta est, si seipsam defendit, si uis sui retinet, si nemini emancipata est, si usq; ad extremum spiritum dominatur in suos. Apul. lib. 10. Et assumpto statim nequissimo & ad omne facinus emancipato quodam dotali seruulo perfidie suę consilia communicat.
 Miles emancipatus scemine. Horat. Epod. 9. 3.
 Emancipatio, onis, Verbale. Theophilus, Emancipatio, inquit, est actus, tres emancipationes & tres manumissiones, uel unam emancipationem, & unam manumissionem complectens. 5. 5. quibus modis ius patri insit.
 Emanco] as, care, pro Manus præcidere, mancum facere. L. 4. bienus apud Senecam libro Controuerf. 6. Cedo lora, gaudē me non omnes emancaffe.
 Emaneo] es (ἐμάνω) emanere dicitur miles, qui diu extra castra manet & uagatur, Modestinus in l. desertorem. §. 1. ff. de re militari, is qui in exploratione emanet hostibus insistentibus, aut qui a fossa tunc recedit: capite tunc puniendus est.
 Emanatio, onis, Verbale ab Emaneo. Emanatio uerō minus est delictum desertione, sicut fugiui deteriores sunt eronibus. Spieg.
 Emanator, emansoris, masc. gen. (ἐμανωτής) Est miles qui diu uagatur, ad castra reuertitur. Modestinus in l. desertorē. §. Emanator. ff. de re militari.
 Emano] emanat, pen. prod. (ἐμάνω, ἐμάνω) emanare, Emitti atq; exire. Col. lib. 5. Et sale cum adipe defricatur, aut saniei uis emanat. Lucret. lib. 3. 118.
 Emanare perpetim. Vide Perpetim.
 Fons emanat. Cic. 2. de Diuinat. 95.
 Ex fonte emanare. Cic. 2. de Inuent. 12 6.
 Ex generibus emanant partes. Cic. 1. de Orat. 93.
 Emanare saniem. Plin. lib. 23. cap. 3. 2.
 Thefauri pars 2.

Mala istinc emanant: boni autem hinc quod expectes, nihil est. Cic. Attico, lib. 7. 139. 1.
 Emanare res aliqua dicitur, quum resitur, & spargitur in uulgus. Cic. ad Attic. lib. 3. 52. 2. Sed ita compresseram, ut nunquam emanaturam putarem. idem 1. de Leg. 61. Sed quod me uat, ne emanet: id est, ne malum habeat.
 Emanauit fama. Cic. 3. Verr. 1.
 Emanare in uulgus gratia & potentia alicuius. Suetonius in Nerone, cap. 6.
 Exit & emanat in uulgus oratio. Cic. pro Rosc. Amer. 2.
 Emanare iudicij. Liu. 3. ab Vrbe, 102.
 Emanuel] Hebraica dicitio, quam si interpreteris, nobis sonat, Nobiscum deus. Alij Emmanuel.
 Emarcum] teste Colum. lib. 3. cap. 2. est genus uis, a Gallis sic appellata.
 Emargino] emarginas, pen. cor. (ἐμαργίνω) emarginare, Crustas & puluillus, & oras ulcerum adinere, ut ait Hermolaus. Plin. lib. 28. cap. 9. 23. Item equarum, præterquam uirginum, erodit, & emarginat ulcera.
 Emaculo] as (ἐμακύνω) Castro; & uirilitem aufero, Seruius ait, apud quosdā populos sacerdoies solitos se quibusdam herbis emaculare, ut uenerem arcerent, & coire non possent.
 Emath] Nomen fuit duarum Syrię urbium, quarum maior Antiochia; minor appellatur Epiphania: unde etiam hodie proficentibus in Mesopotamiam, prima mansio. Emas dicitur, corrupto quidem uocabulo, sed pristini nominis uestigia retinente. Emath uerō, in principio aspiratum, regio Altophylorum est.
 Emathia] ἐμαθία, (inquit Seruius) Thessalia est, ab Emathio rege dicta. Virg. 1. Georg. Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro Emathiam, & latos Aeni pinguescere campos Pharsalia alio nomine dicitur.
 Emathius, Adiectiuū (ἐμαθίω) ut, Emathij campi. Lucanus libro 1. 1.
 Emature[co] ematurefcis, ematurui, πικρόμαζ) ematurrescere. Maturum fieri. Plin. lib. 25. cap. 4. 9. Nonnūquam ante candidū rufescit, si non ematuruit, improbatuq;. Gel. lib. 2. cap. 29. Dominus postea segetum illarum filium adulescentem uocat, & Vidisse, inquit, hæc ematuruisse.
 Ematurefcere, pro relinquere acerbitatem. Ouid. 2. Trist. Atq; ea sic lapsa est, ut surgere, si modo lesi Ematuruerit Cesaris ira, queat.
 Emax] Vide Emo.
 Embænetica] cę, pen. corr. Ars nauicularia. ἐμβάναξ in nauim ascendere: ἐμβάναξ, de naui exire. Cæl. ad Cic. lib. 8. Fam. epist. 1. Ego qui scirem Q. Pompeium Baulis embæneticam facere, & usque eō, ut ego miserer eius esurię, nō sum commotus. Id est, artem nauiculariam exercere. Alij legunt, schænobaticam, id est, artem funambulorum, que per auxesim, & cum contemptu potest accipi pro qualibet uili opera. Turnebus legit empeneticam, Vide suo loco.
 Embamma] embammatis, pen. corr. n. g. (ἐμβάμμα) Conditum quod ad condiendā obsonia fit. Columella lib. 12. cap. 55. 2. Hoc sinapi ad embammata non solum idoneo, sed etiam specioso ueris, ἐμβάναξ, enim intingere est. Vlpian. de Tritico, uino, & oleo legato. l. si quis, Embamma, aceti numero fuit. Plin. lib. 20. cap. 14. 3.
 Embata] ἐμβάτα, Græcis tragica sunt calciamēta, sicut Embades comica, ut scribit Cælius ex Ammonio, lib. 5. cap. 13.
 Embata] legendū Epibades nates, & Epibate milites. Vide suo loco.
 d 2 Emba

Embateuticius] *ἔμβαυτις*, Alcibiades. *Parerg.* 1. ca. 36. id interpretatur, quod & quandam detentionem respicit, & rei possidende facultatem, tamen si proprietatis uera ad alium pertineat, quae est ius superficialis, uel eius qui fundum uentilalem possideat, & id est *ἔμβαυτις*, quod est ingredi, & intro pedem ferre. *Vlp.* lib. 3. §. 4. de reb. eor. qui sub. S. ius *ἔμβαυτις*, uel *ἔμβαυτις* habeat pupillus, si decaimus an distrahatur hoc a tutoribus possit. *Hec Alciatus.*

Emblema] *ἔμβλημα*, n. g. (*ἔμβλημα*) Vermiculatum opus tessellis insititius aptum atq; confertum. Inde illud Ciceronis in Bruto, 150. de Marci Ciceronis oratione, Nul lum nisi loco positum, & tanquam in uermiculato emblemate, ut ait Lucilius, structum uerbum uideres. Et lib. 3. de Oratore, 94. de collocatione uerborum loquens, ex Lucilio, Quam lepide lexeas compositae, ut tesserae omnes, Arte pauimento atq; emblemate uermiculato Lexas (inquit) id est dictiones in oratione tam lepide compositae, quam in pauimento uermiculato opere factis tesserae. *Budeus.*

Emblemata etiam in uasis argenteis, aureisque; & Corinthijs ornamenta erant apud antiquos exemplaria, quum libitum erat. *Cic.* 6. *Verr.* 4. 6. Vasa autem ad Verrem deferuntur: Cybira fratres uocantur: pauca improbant: quae probauerunt, ijs crustae aut emblemata detrahuntur. sic Haluntini excusis delictis cum argento puro domum reuenterunt. Quod unquam, iudices, huiusmodi euerriculum in illa prouincia fuit? Et paulo post, Tu illa ex thuribus & patellis quae uellerat, ita scite in aureis poculis illigabat, ita apte in scyphis aureis includebat, ut ea ad illam rem nata esse diceret. *Hec Budeus.* *Plin.* lib. 33. cap. 12. Vlysses & Diomedes erant in phiale emblemata, Palladium surripientes. *Cic.* 6. *Verr.* 4. 0. Quum inspicendum poposcisses, a uulso emblemate remississe. *Varr.* 3. de Rust. cap. 2. 3.

Exornare dictiones quibusdam locis uelut emblematis. *Quint.* lib. 2. cap. 4. 31.

Illigare & includere emblemata in aureis poculis. *Cicero* 6. *Verr.* 4. 6.

Auellere uel detrahere emblemata. *Cic.* 6. *Verr.* 4. 6.

Emblema, insertum quid & insitum significat, iniunctumq; ideo factum, ut emblema pro ornati temperario & excusis pili ponatur. Inde *Fabius* lib. 2. de locis communibus loquens, cap. 2. Vt quoties esset occasio, extemporales eorum dictiones his uelut emblematis exornarentur. *Budeus.*

Embola] *ἔμβολα*, Latine incurso, eruptio. In l. iubeamus. C. de sacrosanct. eccles. pro expeditione sumitur: iubeamus nullam nauem ante felicem embolam, uel publicarum specierum transuentionem, publicis utilitatibus subtractam excursari posse. Hoc autem in l. sequenti sic extulit. Quum ad felicissimam expeditionem nostri numinis debeant solita nobis ministeria exhiberi.

Embolica, Adiectiuum: ut, *Embolicae* species, de quibus apud *Vopiscum* in *Aureliano* his uerbis, *Aurelianus* nitri, chartae, lini, stupae, atq; embolicas species aeternas constituit. Sunt autem haec species, ut *Turnebus* interpretatur, quibus oneratae naues quotannis Romam mittebantur ex Aegypto annuo uentigali. *Embolicae* in editis legitur, quas in anaticas quidam conuertant, & orientales intelligunt: sed haec *Turnebi* lectio mihi magis probatur, praesertim quum de embolae in Codice multa mentio sit.

Embolimus] *ἔμβολιμος* dicitur intercalatio. *ἔμβολιμος* atq; etiam *ἔμβολιμος*, Latine intercalaris & insititius seu interiectitius dicitur. Intercalare enim, interserere est, si *Macrobio* credimus: & mensis Februarius ob hoc dicitur, quod ei dies unus interseritur.

Embolium] *ἔμβολιον*, & *ἔμβολιον*, ab

In & Iacio: quasi argumentum & ingressus quidam scenicus, quale sub *Domitiano* representatum est, si *Martiali* credimus, libro 1. 5.

Imictam *Paphiam* *Diadeo*, credite, tauro, Vidimus: accepit fabula praefata fide. *Cic.* ad *Atticum*, *Embolium* nouum cogito. Idem pro *Sextio*. 101. Cur ille ipse maxime ludius non solum spectator, sed actor & acroama, qui omnia fororis embolia nouit, qui in coetum mulierum pro psalteria adducitur, nec tuos ludos aspexit, in isto ardenti tribunatu suo? Ergo saltatores & psalterias introduci solitas in scenam *Polybius*, *Athenaeus*q; testantur, & alia ridiculorum generatidq; a *Lucio* maxime *Attico* factum fuisse ludis capto cum liberis *Illyriorum* rege *Gentio*. Dicitur & stabilitas ipsa *Graecis* embolon. Et rostra quoq; nauium appellatur embola. Sed & acies in rhombi modum instructae nominantur embola: sicut & pars arietis extrema machinae muralis qua ingruit. Ipsa quoq; sibula rotarum, axibus firmatis immitti solita, quam rustici clauiculam appellant, Graecae nomen habet embolium. *Hec ex Herodoto.*

Embregmata] *ἔμβρηματα*. Medicis dicuntur inspersiones, hoc est, quae cumq; fronti aut temporibus ratione medica conserguntur. *Embroschas* per imperitiam nonnulli uocant, ut scribit *Caes.* lib. 3. cap. 23.

Embryon] *ἔμβρυον*, neut. gen. (*ἔμβρυον*) Imperfectus paratus dicitur. *Nuper* genitius infans, uel crudus & indigestus, inquit *Suidas*.

Emedulla] *ἔμεδουλα*, & *ἔμεδουλα* emedullare, Medullam extrahere. *Plin.* de *Limonio*, lib. 22. cap. 22. 19. Item graeolentiam alarum emendat radicis emedullatae uncia in unum salerni heminis tribus decocta.

Emedullare, per translationem, Declarare. *Plaut.* *Narra* iam re nobis omnem, atq; emedulla. *Ex Perotto.*

Emem] pro *Eundem*, dicebant antiqui, teste *Pesto*.

Emendico] *ἔμεδικα*, pen. prod. (*ἔμεδικα*) emedicare, More mendicantium aliqui petere. *Sueton.* in *Cesare*, in *Hispania* a *Proconsule* & a socijs pecunias accepit emedicatas in auxilium eris alieni.

Emendicatus, pen. prod. Participium (*ἔμεδικα*) In l. singuli. C. de accusationibus. Singuli uniuersiq; iudices cognoscant in publicis criminibus non oportere emendicatis susfragijs decretorum, aut relationibus a publicis personis destinandis credere. Et in l. scriuijs, de Palatinis sacrarum largitionum.

Honos emendicatus, in l. 1. C. ubi quis de curiali, uel cohortali.

Emendo] *ἔμεδα* (*ἔμεδα*) emedare, Corrige. *Plin.* epist. 116. b. lib. 6. Quis autem hic est qui emendet publicos mores? *Cicer.* ad *Attic.* lib. 2. 31. 7. Ita rursus remittit, ut me roget, ut annales suos emendem & edam.

Corrigi & emendari. *Cic.* 3. de *Legib.* 4. 4.

Studijs animum emendare *Platonis* incipiam. *Propert.* lib. 3. eleg. 21. 5.

Emendare antiquitatem. *Cic.* in *Orat.* 86.

Consilium aliquod emendare. *Cic.* pro *Mur.* 55.

Consuetudinem uitiosam & corruptam, pura & incorrupta consuetudine emendare. *Cic.* de *claris* *Orat.* 141.

Arte fortunam emendaturus. *Horat.* 2. *Saty.* 8. 17.

Urbes iudicij emendare. *Quint.* in *proem.* lib. 1. 9.

Emendare, Ausferre. *Plin.* lib. 24. cap. 10. 4. Succus hederæ, & dia narium graeolentiamq; emendat, praecipue ab aetate usq; *Martial.* lib. 11. 100.

Agoneos penates emendare. *Stat.* 12. *Thebaid.* 11.

Alopecias emendat cinis radice *aphodeli*. *Plinius*, libro 22. capite 22. 4.

Aluum citam emendat flos hederæ, in uino austro bis die potus.

Emereor, emereri (*ἔμερον*, *ἔμερον*, *ἔμερον*) Idem penes quod *Merere*: praeteritum eius *Emeritus*. *Cic.* Att. lib. 6. 113. 9. Annuae enim mihi operæ ad 111. *Caes.* l. 6. Sextil. emeretur. Vnde milites emeriti stipendia, qui militia perfuncti sunt, nominantur, inquit *Valla* lib. 5. Generosos honores emerere. *Propert.* lib. 4. eleg. 12. 13. Iudicium hominum emereri. *Quint.* in *proem.* lib. 1. 4. Emerita acus. *Vide* *Acus*.

Emeritos *Mysis*, & *Phoebo* tradidit annos. Hoc est, iam effectos. *Martial.* lib. 7. 62.

Emerita apes. *Plin.* lib. 11. cap. 11. 1.

Aratrum emeritum. *Quint.* 1. *Fast.* 133.

Emerita arma: id est, uictoria, & finem bellis imponentia. *Plinius* in *Paneg.* 2. 7. *Ouid.* 4. *Trist.* eleg. 7. 5.

Emeritos boues *Virgilius* per translationem appellat, pro dea fessis & opere ac labore solutis.

Canes emeriti. *Stat.* 3. *Sylu.* 1. 12.

Curus emeriti. *Senec.* *Thyest.* 9. 2.

Emeritus curius, apud *Ouid.* *Fast.* 3. 9. pro iusto & completo.

Equi emeriti (*ἔμερον ἵππων*) *Ouid.* 4. *Fast.* 138.

Honor emeritus. *Ouid.* 5. *Fast.* 119.

Iugales emeriti. *Claud.* 2. de *Raptu* *Prosep.* 64.

Emeritus miles, Qui iam a militia absolutus est. *Lucan.* libro 1. 69.

Militia emerita. *Sueton.* in *Caligula*, cap. 44.

Mors emerita. *Lucan.* lib. 3. 124.

Nomen emeritum. *Claud.* de *Torpentine* 16. 1. Id est, meritum.

Emeriti senes (*ἔμερον γέροντες*) uocantur, qui solent habere alios qui pro se laborent: ij dicuntur pro alio opus agere. *Valla* lib. 5.

Emeritum stipendium, passiuè dicitur quod peractum est, quum iam milites missionem ut ueterani impetrauerunt, inquit *Budeus*. *Plaut.* *Mosel.* 3. 34. Vnum ubi emeritum est stipendium. *Liu.* 9. *bel. Maced.* 72. P. *Ebutio* emerita stipendia essent, ne inuitus militaret.

Emerita stipendia libidinis. *Cic.* de *Senect.* 4. 4.

Tempus emeritum. *Cic.* Att. lib. 6. 116. 4.

Emerita sunt commoda ueteranorum. *Modestinus* in l. desertorem. §. si plures. ff. de re militari. Esti expleto tempore militie redeat: ut ueteranus restituatur, & emerita accipiet. Et §. precedenti, Qui militie tempus in desertione impleuit, ea merito priuatur. *Budeus.*

Emeropes] *Ephorus*, *Phryniadis* musici duas ex noue fratribus ascias abscondit, insidians *ἔμερον ἔμερον*, id est, ne mysticam depraues. *Referi* *Caes.* lib. 9. cap. 1.

Emergo] *emergis*, *emersi*, *emersum*, *emergere* (*ἔμερον ἔμερον*) Extra mergere, & quasi ex loco ubi submersus fuerat, uel delitueram, exire, & in lucem prodire. *Liu.* 1. ab *Urbe* 55. Primum profunda emeris palude. *Cic.* 3. de *Finib.* 74. Si non longe absunt a summo, ut iam iamq; possint emergere. *Terent.* *Eunuch.* 3. 5. 7. Quid gestiam, aut quid letius sim, quò pergam, unde emergam. *Vbi* *Donatus*, Proprie dixit, Vnde emergam: ut ex lustris atque inonestis locis, utpote meretricis domo.

Delitescere & Emergere se, contraria. *Cicero* de *Aruspici.* *respons.* 51.

Mergere & Emergere, contraria. *Cic.* 2. de *Nat. deo.* 185.

Oblitescere & Emergere, contraria. *Cic.* de *Vniuer.* 4. 8.

Respirare & Emergere a fluctibus scrutatus. *Cicero* de *Aruspici.* *respons.* 44.

Emergunt a septenis partibus illa stilla. *Plin.* lib. 2. cap. 14. 2.

Ab aliquo loco emergere. *Cic.* 1. de *Diuin.* 125.

Emergere de Liu. Quum tandem de paludibus emerisset.

E flumine emergere. *Cic.* 2. de *Diuinat.* 102.

Emendatus, pen. prod. participium (*ἔμεδα*) *Cic.* de *Amicit.* 54.

Correcta & emendata. *Cic.* 1. *Acad.* 19. Certè enim recentissima quæq; sunt correctæ & emendata maxime.

Emendata & Latina loquutio. *Cic.* de *claris* *Orat.* 139.

Sapiens & emendatus. *Horat.* 2. epist. 17. 6.

Velocitas emendata. *Quint.* lib. 1. cap. 1. 2. 4.

Emendatè, *Aduerb.* (*ἔμεδα*) *Cic.* de *Opt. gen.* 0. rat. 143. Perficendum est ut purè & emendatè loquentes, quod est Latine.

Emendator, pen. prod. (*ἔμεδα*) *Verbale*. *Cic.* pro *Corn. Balbo*, 14. 0. Praclarè interpretem iuris, authorem antiquitatis, correctorè atq; emendatorè nostræ ciuitatis.

Emendator & corrector. *Cic.* 2. *Philipp.* 60.

Emendator fermonis. *Cic.* de *claris* *Orat.* 140.

Emendatrix, pen. prod. *Verbale*, *scem. gen.* (*ἔμεδα*) *Cic.* 1. de *Leg.* 87. Quoniam uitiorum emendatricem legem esse oportet. *Sic* 4. *Tusculan.* 113. Emendatrix uita poetica.

Emendatio, *Aliud* *Verbale* (*ἔμεδα*) *Cic.* 4. de *Finibus*, 37. Hec uidelicet est correctio philosophiae ueteris & emendatio.

Seueritas emendationis. *Quint.* 2. cap. 4. 8.

Accipere auribus emendationem. *Quint.* lib. 2. cap. 6. 2.

Obstare emendationi. *Quint.* lib. 1. cap. 2. 11.

Ementus] *Vide* *Ementor*.

Ementior] *emētioris*, pen. prod. *ementitus* sum (*ἔμεδα*) *emētioris*, *Apertè* & palam dicere, uel effingere quod non est. *Cic.* pro *Domo* *sua*, 62. Quid desperatius, qui ne ementiendo quidem potueris authorem adumbrare meliorem? *Ouid.* 5. *Metam.* 38.

— quæ se genium septemplexe *Nilo* *Ementitus* erat.

Ementiri & fingere. *Cic.* pro *Roscio* *Amerino*, 75.

Ementiri atq; criminari aliquid. *Cic.* 4. *Ver.* 62.

In aliquos ementiri. *Cic.* in *Partitionibus*, 27.

Ementiri auspicia. *Cic.* 1. de *Diuin.* 56.

Genus suum ementiri. *Cic.* pro *Corn. Balbo*, 3.

Legationem ementiri. *Cic.* de *Opt. gen.* *Orat.* 152.

Ementiri stirpem. *Liu.* 9. ab *Urbe*, 94.

Ementiens, *Particip.* (*ἔμεδα*) *Cic.* de *Diuin.* 24. Videmus haec signa nonnunquam ferè ementièntia.

Ementiri autoritatè alicuius ordinis. *Cic.* pro *Domo* *sua*, 40.

Ementitus, pen. prod. *Partic.* (*ἔμεδα*) *ut*, *Ementita* *opinio*. *Cic.* 3. *Tusc.* 97.

Emercor] *emercaris*, *emercatus* sum (*ἔμερον*) *emercari*. *Tacit.* lib. 12. *Mysis* corruptionibus exuendam ad fidem hostes *emercari*.

Emereo] *emeres*, pen. cor. *emerui*, & *emeritus* sum, *emeritum* (*ἔμερον*) *emerere*, idem quod *Merere* significat. *Plautus* *Aulul.* 26. 5.

— quid ego *emerui* *adolescens* mali, &c.

Theauri pars 2.

Emergere ē patrio regno. Cic. pro Lege Manilia, 4.
 Ex alio emergere. Cic. 4. de Finib. 105.
Emergere ex iudicio peculatus. Cic. 3. Ver. 7.
Emergere ex malis. Terent. And. 3. 31.
Emergere ex mendicitate. Cic. in Vatinius, 17.
Emergere ex aliquo negotio. Cic. ad Att. lib. 5. 97. 3.
Emergere ex paternis probris ac uitijs. Cic. 5. Verr. 138.
Emergere in commoda ualitudine. Cic. ad Att. lib. 5. 95. 1.
Emergere ex urbe aliqua. Cic. ad Att. lib. 2. 27. 1.
Emergere extra terram. Plin. lib. 19. cap. 5.
Emergere super. Col. lib. 11. cap. 3. 38.
 Alti emergere. Cic. 2. de Nat. deor. 166. Ex quodam poeta.
 Tenebris pulvis emergere. Claud. de bel. Getico, 64.
Amor emergit. Cic. Att. lib. 9. 181. 3. Nunc emergit amor, nunc
 desiderium ferre non possum, nunc mihi nihil libri, nihil li-
 terae, nihil doctrinae prodest.
Animus per tanta negotia emergit. Claud. Paneg. 8. 42.
Bellum emergit. Cic. 6. Verr. 114.
Ciuitates emergunt. Cic. 6. 113. 7.
Emergere utero infans dicitur. Plin. lib. 12. cap. 52. 4.
Emergit ē mari insula. Plin. lib. 2. cap. 88. 1.
Lux emerit Olympo. Valer. 5. Argon. 1.
Emersit ē uadis oratio. Cic. pro Caelio, 39.
Emersit uentus. Plin. lib. 2. cap. 82. 3.
Emersit hoc uno modo depressa uertus. Cic. pro Cluent. 135.
Emergere, et se ad frugem bonā recipere. Cic. pro Caelio, 20.
 Ad summas emergere opes rerumque potiri. Lucret. lib. 2. 3.
Emergere se ex malis, Actium. Corn. Nep. in uita Attici. Tale est
 illud. Cic. de Arusp. resp. 51. Tum se emergit, et fertur illuc.
Emergi, impersonale. Terent. Adelph. 3. 2. 4. Tot res repente
 circumuallant, unde emergi non potest. Vbi Donatus, Vnde
 emergi non potest. Quum impressio est hostium, sic dicitur
 ut salust. Praef. iudicij. multitudine. Cicero. Qui semper
 premuntur, et nunquam emergunt. Et emergi nouē: nō eme-
 go dicitur, nō emergor. Sed idē est usus, quia extra compo-
 sitionem et mergo et mergor dicitur.
Emersus, Particip. (ἐμμερσέν) Cic. 2. de Diuin. 207. Ti-
 bi autē me me cum solitudine cogitanti subitō sum uisus.
 emersus ē flumine.
Emersus ab admiratione animus, id est, qui se recepit. Liu. lib. 8.
 Nox emerfa. Ouid. 3. Metam. 80.
E' caeno emerfus homo. Cic. in Vatinius, 13.
Ex diurnis tenebris lustrorum, ac suprorum emerfus homo.
 Cic. pro Sextio, 15.
Emersus, huius emerfus, Verba. Plin. lib. 18. cap. 25. Exor-
 tus occasusque binis modis intelligitur. Aut enim aduentu So-
 lis occultantur stelle, et conspici desinunt: aut eiusdem ab-
 scessu proferunt se. Emersum hoc melius, quam exortum
 consuetudo dixisset: et illud occultationem potius, quam
 occasum.
Emersus, pen. prod. Adiect. (ἐμμερσέν) ut, Emersus a
 uirtus ex omni seuita fortuna. Liu. 5. bel. Pun. 212.
Emerita] Augusta (ἀγία ἡμετέρα) Vrbs Hispanie Lusita-
 niae. Strabo Augustam Emeritam uocat. Est haec urbs cocco
 celebris, quod est rubrum granum, cuius succo uellera tin-
 guntur, Tyrio splendore nequitiam cedentia, ut Plinius scri-
 bit lib. 9. cap. 41.
Emeritus] Vide Emero.
Emetior] emetiris, pen. prod. emensum sum (ἐμμερσέν) eme-
 tiri, idem quod Metiri significat.
Laborem diuersum emetiri. Sil. lib. 4. 11.
Emetiri iter, per translationē. Liu. 5. bel. Pun. 193. Vir. 8. Ae. 32.
Emetiri iter uehiculis. Plin. lib. 7. cap. 20. 5.
Emetiri uno die ingens spatium. Liu. 1. bel. Maced. 38.

Oculis spatium emensum. Virg. 10. Aeneid. 153.
Voluntatem emetiri. Cicero de clar. Orat. 8. Id est, cumulatē sa-
 tisfacere.
Emensum, Participium (ἐμμερσέν) ut, Labores emen-
 sus aule. Claudianus in Epithalamio Palladij, 14.
Emensum est sol ardua. Plin. lib. 18. cap. 28. 6. Emendati codices
 habent, per ardua enisus.
Emensum, Passiue. Liu. 1. belli Pun. 109. Postquam multo maiore
 parte iuneris emensam cernant, et c. Virg. 1. Georg. 90.
 — emēso quū iā decedet Olympo. De sole loquitur. Hoc
 est, percursio et perustratio caelo, quum iam descēdet ad oca-
 casum. Haec Seruius.
Emeto] emetis, pen. corr. emesit, emesit (ἐμμερσέν) emetere,
 idē quod Metere. Hor. lib. 2. epist. 2. 36. — emetit Orcus
 Grandia cum paruis non exorabilis auro. Alij legunt,
 Quid uici profunt, aut horrea, quid uae Calabris
 Salibus adiecti Lucani, si metit Orcus
 Grandia cum paruis non exorabilis auro? Emetit, Acron
 interpretatur amputat.
Emium] Oppidum, cuius meminit. Plin. lib. 6. cap. 29. in de-
 scriptione sinus maris rubri, Troglodyticae, et Aethiopicæ.
Emico] emicas, penul. corr. emicui et emicauit, emicatu (ἐμικω)
 emicare, Effulgere, resplendere. Plaut. Ex oculis quāse
 radij emicant solis.
Emicant et faces, non nisi quum decidunt uisae. Id est, repente
 existunt et lucentes apparent. Plin. lib. 2. cap. 26. 2.
Emicare de. Plin. lib. 11. cap. 37. 65. Cecinna Volaterrano dra-
 cones emicuisse de extis Lato prodigio traditur.
Emicare ex arua radice. Plin. lib. 27. cap. 8. 7.
Emicare ex incendio flama dicitur. Sen. lib. 2. de Benef. cap. 27.
Ignis emicuit. Claud. 7. Paneg. 38.
Sanguis emicat per mille foramina. Stat. 12. Theb. 156.
Sol emicuit super terras. Valer. 4. Argon. 20.
Emicare in iugum, pro Atollere sese et erigere. Colum. lib. 4.
 cap. 20. 4. Plaut. Aulul. 19. 4. Continuo meum cor cepit
 artem facere ludicram, atque in pectus emicare. Hoc est uo-
 lut subsultare.
Emicat Euryalus. Virg. 5. Aeneid. 68. Et lib. 6. Aeneid.
 — iuuenum manus emicat ardens Littus in Hesperium.
Ante oculos emicuit. Valer. 7. Argon. 80.
In fata dicitur emicare. Valer. 6. Argon. 111.
Emicet in parte sanguis, unde icinur icu. Lucret. lib. 4. 212.
In praelia uictor emicat. Silius lib. 16. 105.
Emicare, pro Excellere. Plin. lib. 35. cap. 11. 6. Post eum emicuit
 lōge ante omnes Euphranor Isthmius. Legitur et Eminuit.
Præ omnibus emicat Nisus. Virg. 5. Aeneid. 63.
Emigro] emigras, pen. corr. (ἐμμερσέν) emigrare,
 idē quod Migrare significat, auctore Valla: ut, Emigrare do-
 mo. Cic. 4. Verr. 62. Plaut. Mostel. 7. 41.
 — pedem Nemo intrō tetulit, semel ut emigrauimus.
Emigrare sinibus suis. Plin. lib. 6. cap. 17. 11.
Emigrare ē uita. Cic. 2. de Legib. 77.
Emigrans, Participium (ἐμμερσέν) ut, Emigrans populus.
 Stat. 4. Sylu. 10.
Emineo] emines, pen. corr. eminui (ἐμμερσέν) eminare,
 Quasi extra alios, hoc est præ alijs manere. is
 enim eminare dicitur, qui ceteris altior est. Plin. lib. 16. cap.
 31. 2. Esculus quantum corpore eminet, tantū radice descen-
 dit. Caesar 2. bell. Ciuil. 30.
Eminere et apparere. Cicero. pro Rosc. Amer. 73. Quō stu-
 diosius ab ipsis opprimuntur et absconduntur, eō magis eminet
 et apparet.
Extare et eminare. Cic. 3. de Orat. 57.
Eminet illius audacia, et proiecta est. Cic. pro Cluent. 145.

Eminere extra terram. Plin. lib. 17. cap. 21.
Eminet ante oculos quod petis ecce tuos. Ouid. 3. Fast. 50.
Eminere foras. Cic. in Somn. Scip. 33.
Eminere in re aliqua. Quum lib. 2. cap. 3. 5.
Leuiter eminare. Vide Leuis.
Magnopere eminare. Vide Magnus.
Inter omnes in omni genere dicendi unius eminet Demosthenes
 Cic. in Orat. 56.
Eminere quatuor digitos transfuersos. Plin. lib. 17. cap. 18. 2.
Eminet animus maxime in contemnendis doloribus. Cicero. 2.
 Tusc. 107.
Eminet ex ore crudelitas. Cic. 7. Verr. 126.
Arbor in aruis eminet. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 1.
Eminet ferrum per colles. Liu. 8. ab Vrbe, 32.
Eminere hasta in ambas partes dicitur, quæ per medium traie-
 ctā est corpus. Ouid. 5. Metam. 28.
Eminens ē mari globus terræ. Cic. 1. Tusc. 106. Caesar 7. bel.
 Gal. 292. Ita ut non amplius quatuor digitis ex terra ea-
 minerent.
In dignatio eminet. Curt. lib. 4.
Eminet ira in suos maior. Liu. 2. ab Vrbe, 152.
Eminet etiam in uoce, sceleris quod parabat atrocitas. Cur-
 tius lib. 8.
Virtutibus eminet oratio. Quintil. lib. 3. cap. 8. 4. 4.
Eminet aliquis, qui ceteris excellit. Liu. 1. ab Vrbe, 69.
Eminere, cum accusatio, actiue. Curtius lib. 4. 1. moq; populum
 moles quam eminebat, et simul aggeris latitudo crescebat,
 et c. Id est excedebat, siue super aquam eminebat extabatq;
 ¶ **Eminens**, penul. corr. (ἐμμερσέν) Participium, siue Nomen ex
 participio.
Eminens animus in futura, pro Imminēs. Senec. de Trāquil. uitæ.
Expressum et eminens. Cic. 1. de Nat. deor. 100.
Inesum, eminens, lacunosum. Cic. 2. de Nat. deor. 67.
Eminens effigies uirtutis. Cic. 3. Tusc. 6.
Forma eminens. Senec. Octau. 4. 20.
Eminens ingenium. Quintil. lib. 6.
Leuiter eminentes genæ. Cic. 2. de Nat. deor. 215.
Oculi eminentes. Cic. in Vatinius. 2.
Eminens statura. Colum. lib. 3. cap. 8. 3.
Obscurare, et Eminens esse, contraria. Cic. 3. de Orat. 110.
Eminentiores trabes. Caesar 2. bel. Ciuil. 32.
Eminentissimus in eloquentia. Quint. in proem. lib. 4. 3.
Authores eminentissimi. Quintil. lib. 1. cap. 2. 2.
 ¶ **Eminentia**, eminentia. (ἐμμερσέν) Cic. de Nat. deor. 146.
 Nam si tantummodo ad cogitationem ualent, nec habent ul-
 lam soliditatem, nec eminentiam, et c.
Eminentia in pictura. Cic. 4. Acad. 41.
 ¶ **Eminulus**, penul. corr. (ἐμμερσέν) Adiect. Diminuti-
 uum, Paruum eminens. Varro. 2. de Rust. cap. 5. 7. Ut ha-
 beat inferiorem partem frequentibus pilis subcrispam, com-
 pactis cruribus; potius breuioribus, quam longis, rectis geni-
 bus et eminulis, distantibus inter se. Ibidem de canibus, cap.
 9. 3. Spina eminula, neq; curua.
Emisor] pen. corr. eminarius (ἐμμερσέν) eminari, idem quod
 Minari. Plaut. Cap. 13. 22. Eminor, interminorq; ne quis ob-
 stiterit obuam.
 ¶ **Eminatio**, Verbale (ἐμμερσέν) Plaut. Cap. 13. 30.
 Quæ illec eminatio est?
Eminus] pen. corr. Aduerbiū (ἐμμερσέν) E' longinquo,
 inquit Valla: cui opponitur Cominus. Cic. de Senect. 17. Nec
 enim excursionē, nec saltu, nec eminus hastis, aut cominus
 gladijs uteretur. Caesar 1. bel. Ciuil. 103. Sic quotidie utriusq;
 eminus fundis, sagittis, reliquisq; telis pugnabatur.
Emisor] pen. prod. emiraris, emiratus sum (ἐμμερσέν) emi-

rari, Valde mirari. Horat. 1. Carm. ode 5. 2. — et aspera
 Nigris æquora uentis Emirabatur insolens.
Emischabales] Fons Arabie, de quo Plin. lib. 6. cap. 28. A-
 gæhuri in montibus, oppido 20. m. pass. in quo fons Emi-
 schabales, quod significat Camelorum oppidum.
Emiseni] Populi in Emisena regione Syriæ. Paul. de censib.
 Imperator noster Antonius ciuitatē Emisenorum coloniam
 turis Italici fecit. Ex Nebriss.
Emissarius, Emisarius] Vide Emitto.
Emitto] emitis, emisi, pen. prod. emissum (ἐμμερσέν) emitte-
 re, Extra mittere. Vnde, Emitti a
 deo. Cic. 1. Tusc. 117.
Emitat ad me Publius qui obsequent: iurabo, et c. Sic ad Attic.
 lib. 2. 27. 1.
Emittere de manibus. Cic. pro Caelio, 52.
Emitti ē carcere. Cic. pro Plancio, 25.
Emitti ē custodia, et leuari uinculis. Cic. 1. Tusc. 192.
Emittere ē manibus. Liu. 8. bel. Pun. 227.
Ex uinculis emitti. Cic. 1. Tusc. 118.
Emitunt noctu per uallum. Caesar 1. bel. Ciuil. 282.
Emittere in hostem equites. Liu. 4. bel. Pun. 66.
Actionem equidem solum in hoc tempore miseram. Quint. lib.
 7. cap. 3. 20. Hoc est, edideram, in uulgaram.
Emittere aculeos in hominem. Cic. pro Caelio, 21.
Ardor se emittit. Cic. 2. de Diuinat. 64.
Aliquid dignum suo nomine emittit: id est, edere. Cicero Vo-
 luntio, lib. 7. 34. 3.
Emittere fulmina et iacula. Cic. 2. de Diuin. 65.
In auras iaculum emittit. Virg. 9. Aeneid. 17.
Lacrymas emittit. Ouid. 11. Metam. 92.
Emittere manum, est cautionē propria manu facere, Modesti-
 nus in l. quidam quasi. ff. de probat. et presump. Quæ-
 rebant, an cum eo de hereditate fratris propter emissam ab
 eis manum possint quasi cum filio agere.
Maledictum emittit. Cic. pro Plancio, 47.
Emittere oculos. Plaut. Merc. 17. 16.
Emittere oua dicitur gallina. Plin. 11. cap. 24. 6.
Rudentes puppe emittit. Stat. 2. Achill. 4.
Emittere arcu sagittas, aut tela. Plin. lib. 9. cap. 8. Cic. de Arusp.
 respon. 1.
Emittere uenis sanguinem. Plin. lib. 25. cap. 5. 18.
Emittere satiritatē. Plin. li. 10. ca. 33. 2. Id est, Purgare uentrem.
Emittere uocem. Liu. 1. ab Vrbe, 237.
Emittere uocem cum querimonia. Cic. 4. Verr. 66.
Emittere manu aliquem, pro Mauumittere, et in libertatem
 asserere. Plaut. Aulul. 17. 16. Volo me emitti manu. L. ego
 ne emittam manus?
 ¶ **Emissus**, Participium (ἐμμερσέν) ut, Agens emissum
 Virg. 4. Georg. 12.
Euocatus atq; emissus. Cic. 1. Tusc. 117.
Ex urbe emissus. Cic. 1. in Catil. 20.
Facetē dictum emissum herere debet. Cic. 2. de Orat. 122.
Vix dum emissus dies. Stat. 2. Sylu. 4. 6.
Hyems emissus. Virg. 1. Aeneid. 26. Id est, tempus.
Lacus emissus. Cic. Attic. lib. 4. 84. 5. 1.
Ortus solis emissus. Claud. 7. Paneg. 78.
Ratio simulatq; emissus est, adhaerescit. Cic. 2. de Orat. 18.
Tela emissus. Lucan. lib. 3. 109.
In lucē Stygijs emissus tenebris. Pallida Tisiphone. Virg. 4.
 Georg. 109.
Venti emissi. Ouid. 11. Metam. 11.
Verbum emissum. Horat. 1. epist. 19. 15.
 Et semel emissum uolat irruocabile uerbum.
Emissa caelo uox. Liu. 5. ab Vrbe, 227.

Empetron] pen. corr. (ἐμπετρον) Herba quam nostri Cal-
cifragam uocant: nascitur in montibus maritimis, ferè in sa-
xo: quo propius mari fuit, minus salsa est. Plin. lib. 2. 7. cap.
9. 4. Ea inquit Ruellius lib. 3. cap. 85, facile putaretur esse
que medijs faxis erumpit, officinis Parisiensibus Saluia uita
dicta: primò quòd è medijs faxis emicet, & frangere saxa ui-
deatur: partim quòd calculos mirè frangat.

Emphasis] pen. corr. (ἐμφάσις) Figura est Grammaticalis,
qua latens aliqui ex aliquo dicto eruitur. Cuius duo sunt ge-
nera: Alterum quod plus significat quàm dicit: alterum quod
etiam id quod non dicit. Virg. 1. Georg.
— quum iam glandes, atq; arbutea sacra
Deficerent siliuæ. Hoc est non solum alia, sed etiam sa-
cra. Quintil. lib. 8. Ego autem libentius emphasisin retule-
rim ad ornatum Orationis.

Empiracta] Nonnulli dici putauerunt naues testas, qui ci-
tantes illud Vlpiani ex l. 1. ff. de exercitor. act. Quaedam e-
nim naues onerariæ, quædã, ut ipsi dicunt, empiractæ sunt.
Quo tamen in loco castigatiora exempla tribuuntur, aut cer-
tè ἐπιβάτης, non empiracta legendum docent. Naues au-
tem testas, siue confratas, Græci uocabulo, ματοφράτες
uocari, suo loco ostendimus.

Emphyllismus] ἐμφυλλισμός, Inoculationis species est, quæ
inter lignum & corticem ὀβεία inseritur. ἐμφυλλισμὸς e-
nim id agere est. Ex Cæli Rhod. lib. 7. cap. ult.

Emphyteusis] ἐμψυτεύσις, Latine institutionem significat,
seu plantationem, à uerbo Græco ἐμψυτεύω, quod est Inse-
ro, uel consero. Vnde fundum in emphyteusim dare, frequè
est apud Iurisconsultos, pro eo quod est, ea conditione alicui
tradere fundum, ut accipiens eum reddat meliorem, & ex ste-
rili fertilem efficiat. Ab initio sterilia tantum & inculta hoc
contractus genere concedebantur. Hinc emphyteutes, siue
emphyteuta dicitur, qui fundum agrumue ea lege à domino
accipit, ut eum conserat, melioremq; efficiat. Ex Cæli Rhod.
lib. 7. cap. ult.

Emphyteusis, Contractus est à Zenone Imperat. primum nomi-
natus, quum ager ea lege fruendus datur, ut quandiu merces
soluatur, nunquam ad dominum reuertatur, l. 1. C. de iur.
emphyt. ubi Zeno ait, ius emphyteuticarium neq; condi-
tionis, neq; alienationis esse titulus adiiciendum: sed hoc ius
tertium esse ab utriusq; memoratorum contractuum socie-
tate separatam, conceptionemq; ac definitionem habere
propriam.

Emphyteuticum agrum possidere. Macer in l. pen. in princip. ff.
qui satisfacere cogantur.

Emphyteuticarius. Lib. 6. Pandectarum iuris titulus est, Si
ager uestigialis, uel emphyteuticarius petatur. Vide Iusti-
nianum lib. 3. Instit. tit. De location. & conduct.

Empirice] pen. corr. (ἐμπειρική) Vna ex tribus sectis medi-
cine, quæ experientia tantum nitetur. Plin. lib. 29. cap.
1. 5. Alia factio ab experientia se cognominans empiricen,
cepit in Sicilia.

Empiricus, Adiectiuum (ἐμπειρικός) Celsus in Præfatione,
Qui se empiricos ab experientia nominant. Cicero 4. A-
cad. 2. 19.

Emplastrum] emplastri (ἐμπλαστρον, ἐμπλαστρον) Latine
factum uel formatum: Quod ex diuersis rebus confingi &
conformari consuevit, quod nunc uulgo Vnguentum dicitur.
Id uero quod uulgo emplastrum dicitur, à doctis cata-
plasma uocatur. Plinius lib. 21. cap. 4. 2. Vide Celsum lib. 5.
cap. 17.

Emplastrum in arboribus quomodo fiat, & quid sit, uide Plin.
lib. 17. cap. 16.

Emplastro (ἐμπλαστρῶ) uerbum, cuius passiuum usurpauit

Colum. lib. 11. cap. 2. Possunt, inquit, si iam librum remittunt,
insepi oleæ, uel emplastrari, ceteræq; pomiferæ arbores eodè
emplastrationis genere insepi.

Emplastratus, Particip. quo Columella usus est lib. 5. cap.
11. Delibrato, inquit, item alteram arborem, quam empla-
straturus es.

Emplastratio, Verbalis (ἐμπλαστράω) In arboribus dicitur,
quum cortex eximitur inoculationis gratia, ut aptari queat
cortex par ex altera arbore, ut ait Plin. lib. 17. cap. 16. Co-
lum. lib. de Arbor. cap. 2. 6. 1. Et lib. 3. cap. 11. Tertium, quum
gemmam cum exiguo cortice in partem sui deliberatam reci-
pit: quam uocant agricolæ emplastrationem, uel, ut quidam,
inoculationem.

Emplecton] ἐμπλεκτικόν, Structuræ genus, tantummodo fron-
tibus politis. Reliqua fortuito colloant. Author Plin. libro
36. cap. 23.

Emplocia] ἐμπλοκία, Celebritas fuit apud Athenienses, in
qua mulieres plexis capillis procedere solebant. Author
Hesychius.

Empolæus] ἐμπολαῖος, Mercurius dicitur, & cultus est,
quod in auctionibus & mercimonijs præsit. ἐμπολαῖος e-
nim mercator, & ἐμπολαῖος mercatorius & negotiator
uocatur. Cauponatorem sunt qui uertant, ut apud Plutar-
chum in eo qui inscribitur, An principem oporteat maxime
philosophum differere. Empolei præterea meminuit Phurna-
tus & Hesychius.

Emponema] ἐμπόνημα, Græcis, quæ Melioratio nostris
dicitur. Et est ius quod emphyteuta acquirit. Primum enim
sic cepit contractus emphyteuticus ut sterilia tantum con-
cederentur, in meliorem statum plantationibus reddenda.
Extat nox apud Iustinianum, in l. ult. C. de iur. em-
phyteut.

Emporia] ἐμπορία, Urbis Hispaniæ Tarraconensis Ptole-
mæo. Vulgo Castellon Dempuria.

Phocæicæ Emporiæ. Silius lib. 3. 75.

Emporicus] sinus (ἐμπορικὸς κόλπος) in Libya ad Austrum
iacet, & habitationes mercatorias habet ex palma conse-
ctas. Vide Strab. lib. 17.

Emporitani] Populi sunt, quos ex loci natura & celi cli-
mate imbelles & barbaros esse, tradit Alexand. libro Ge-
nial. diæ. 4. cap. 13. Degunt autem, ut idem author, in cra-
minoris Syrtis, iuxta Aphros Numidæq; in agro ubere &
fertili soli.

Empotium] Oppidum (ἐμποτίον) à Massiliensibus edifi-
catum, à Pyrenæis montibus stad. m. iiii. interuallo & Hi-
spaniæ sinibus ad Galliam distans, à quo Emporienfes popu-
li dicti sunt, ut uidere est apud Strab. lib. 3.

Emporium] emporij (ἐμπορίον) Locus in quo res uanales
exponuntur: ab ἐμπορέω, lucror, negotior. Plaut. Amphit.
13. 4. Apud emporium, atq; in macello, in palestra, atq; in
foro. Cic. Attico lib. 5. 89. 3. Quum per emporium Puteola-
norum iter facerem.

Emporeticus, pen. corr. Adiectiuum (ἐμπορητικός) ut, Empore-
tica charta. Plin. lib. 13. cap. 12. 2.

Emprosthotonus] ἐμπροσθότωνος, Affectus est spinae,
quum scilicet illa obrigit, & inflexibilis facta est, atq; ita
in anteriorem partem incuruatur, ut omnino erigi non pos-
sit. Huic affectui similes sunt tetanus & opisthotonus: in hoc
tamen differunt, quòd emprosthotonos, quum in anterio-
rem partem spina sit inflexa: opisthotonos, quum ea in par-
tem posteriorem est incuruata: tetanus autem, quum recta
obriguit, ita ut neq; in anteriorem, neq; posteriorem partem
flecti queat. Calep.

Empitius, & Empitio] Vide Emo.

Empusa

Empusa] pen. prod. (ἐμψυσα) ut ait Demoniodes, phanta-
sia, quod se in seculis ingerat, multiformiq; demutet for-
mam, ac se meride plurimum ostentet, quum in seculis parenta-
tur. Sunt qui easdem Empusas cum Hecate statuunt: id quod
ἐμψυσα Aristophanes significat. Nominis ratio est, ut
Eustathio placet, quia uno incedant pede. Verum nec desunt
qui alterum interpretentur habere æneum pedem, & inde
appellatam Empusam. Cælius lib. 6. cap. 38.

Empyri] ἐμψυρία, A medicis dicitur, qui abscissum thoracis
laborantes pus excreant, quorum affectus etiam empyema
appellatur: nos purulentam excretionem dicere possu-
mus. Qui uero hunc morbum patitur, Empyicus dicitur. Me-
minit Cæli. lib. 30. cap. 14. & lib. 21. cap. 24.

Empyrium] cælum (ἐμψυριον) appellatur à Theo-
logis (nam Philosophi cæli huius nupquam meminerunt) un-
decimum cælum, primum mobile ambitu suo complectens,
Dei & beatorum sedes: ita dictum, quasi ignitum, non quod
reuera tale sit, sed quod puritate sua reliquis cælis, ut ignis
ceteris elementis, antecellat. Calep.

Emucidus] pen. corr. Adiect. ut, vitis emucida. Plin. lib. 17.
cap. 22. 6. Simili modo & secundo anno reciditur, uiresq;
conspicit, & intra se pacit, suffecturus oneri, quum aliis festi-
natione pariendi gracilescat, ac emucida (ni cohibeatur casti-
gatione tali) in factum exeat tota.

Emugio] emugis, pen. prod. emugiui, emugitum (ἐμυγιον)
emugire. Proprie est boum. Et per translationem, cum
mugitu proferre & enuntiare. Quintilianus lib. 2. cap. 12.
6. Nam & clauant ubiq; & omnia leuata (ut ipsi uocant)
mugiu emugiant.

Emulgeo] emulges, emulsi uel emulxi, emulsum uel emulsi-
m (ἐμυλλω) emulgere, idè quod Mulgere. Colum. lib. 7. ca.
3. 15. Sed prius quàm hoc fiat, exiguum emulgendum est, quod
pastores colostram uocant.

Emundare] ἐμυδαίνω, idem quod simplex. Colum. lib. 3.
cap. 15. 1. Seritur ergo prius in emundata pæstinatione.

Emungo] emungis, emunxi, emunctum (ἐμυγγω) emunge-
re. Idem quod Mungere. Plin. lib. 35. cap. 11. 21.

Emungere alicui oculos, per translationem dictum. Plautus
Cas. 8. 38.

Emungere aliquem. Despoliare. Plaut. Epid. 10. 58. Terentius
Phorm. 4. 4. 1.
— o. Emunxi argèto senes: Hoc est, abstuli illis suas pe-
cunias. Metaphora sumpta ab ijs quibus nares emunguntur.
Cubito se emungere, Prouerbialis ironia in hominem sordidi
questus, & conditionis abiectæ. Vide Chilias Erasmus. An-
thor ad Herenn. lib. 4. 239. Tota res relinquitur in suspicio-
ne: ut si falsamentarij filio dicas, Quiesce tu, cuius pater cubi-
to se emungere solebat.

Emunctus, Participium (ἐμυγγω) ut, Emuncte uaris ho-
morid est, facetus & elegans, apud Horatium de Lucilio in-
quit Donatus in Phorm. Terentij. Emuncte uaris homo, (in-
quit Brasimus in Chilias) acri, exactoq; iudicio, quasi
purgatis naribus, mucosq; emunctis. Horat. 1. Serm.
Emunctus Simo, metaphorice, pro spoliato. Horatius de Ar-
te, 49.

Emunctio, Verbalis, fecm. gen. (ἐμυγγω) Quint. lib. 11. cap.
3. de narium gestu loquens, Quum emunctio etiam frequen-
tior non sine causa reprehendatur.

Emunio] emunisi, pen. prod. emuniui, emunitum, pen. prod.
(ἐμυγιον) emunire, idem quod Munire significat: ut, Emu-
nitus in modum arcis. Liu. 4. bell. Pun. 97. Tacitus in Vita
Agricole, Corpora ipsa, ac manus, syluis ac paludibus emu-
niendis, uerba inter ac contumelias conterunt.

Emunire uites ab iniuria pecoris. Colum. lib. 5. cap. 6. 19.

Emusco] emuscus (ἐμυσκω) emuscare, Purgare & muscum
adimere, quod proprie de arboribus dicitur. Colum. lib. 11.
cap. 2. 31. Iisdem diebus, ubi prægelidum & pluuium cælum
est, oleæ putantur & emuscantur.

Emusitatum] pen. prod. Ad amissionem factum. Festus.

Emutio] emutis, pen. prod. emutiui, emutium, penult. prod.
(ἐμυσιον) emutare, Tanquam mutus signum facere, uel
strepitum. Plaut. Merc. 2. 2. 55. — u. etiã emutissimonia
Commonstrabo.

Emuto] emutis, pen. prod. (ἐμυσιον) emutare, idem quod
immutare. Quint. lib. 8. cap. 2. Quidam emutatis in peruer-
sum dictum de figuris, idem uitium consequuntur.

Emydes] ἐμυδες, Græcis testudinum genus dicitur, quod in
aqua dulci uiuit, quarum sanguine infillato crebros capitis
dolores sedari, item strumas, author est Plin. lib. 32. cap. 5. 4.
pud quem plura.

Enarema] ἐναρέμα, A medicis uocatur illud quod in
urina circa mediam matule partem innat, quemadmodum
quod in summa matule parte cernitur, nubes siue nebula di-
citur: quod uero in fundo subsidit, hypostasis. Nomen accepit
à uerbo ἐναρέω, quod ad medium matule sublatur, ibi
quodammodo maneat suspensum. Calep.

E N

En] ἐν, lib. 1. 1. 1. Aduerbium demonstrantis, quod in-
terdum nominatiuo, aliquando accusatiuo iungitur. Terent.
Heccy. 1. 1. 6,
— ut quiuis facile posset credere,
Nunquam illa uita dicturum uxorem domum
En duxit. Virg. 1. Aeneid. 93.
En Priamus, sunt hic etiam sua præmia laudi. Cicero
3. Verr. 65.
En cui tuos liberos committas.
En crimen, en causa, cur regem fugitiuum, dominum seruum accu-
set. Cic. pro Deiotaro, 11.
En hoc illud est quod ante dixi, mulier abundat audacia, &c.
Cic. pro Cluentio, 14. 6.
En hic ille est. Cic. Casari, lib. 13. 16. 2.
Accusatio. Plaut. Amphit. 15. 54. En testum, en tegulas, en
obductas fores, en ludificatum herum, &c.
En, inquit Donatus, uim habet indignationis post enarratam
iniuriam. Terent. Phorm. 2. 3. 1.
En unquam cuiquam contumeliosus
Audistis factam iniuriam, quam hæc est mihi?
En cur ceteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur.
Cic. pro Sestio, 50.
En ut pultat propudium. Plaut. Bacch. 12. 7.
En pro Eum apud ueteres, ab eo quod est Is. Festus.
Enagora] insula in Asia, viii. m. pass. contra Chimeram,
ut tradit Plin. lib. 5. cap. 31.

Enalus] ἐνάλιος, Lesbii adolescens, qui quæ seruande puel-
le cuiusdam gratia se in mare abiecit, opera delphinum
seruatus, una cum illa ad continentem transuectus est. Author
Plutarch. in Symposio septem sapientum.

Enargia] enargie, pen. prod. propter æ diphthongum (ἐναργί-
α) Quintil. lib. 8. cap. 3. Itaq; ἐναργίως, cuius in præce-
ptis narrationis feci mentionem, quia plus est euidentiæ, uel
ut alij dicunt, representatio, quam perspicuitas: & illud qui-
dem patet: hæc se quodammodo ostendit: inter ornamenta
ponamus. Idem lib. 6. cap. 2. Insequetur ἐναργίως, quæ à Cæ-
cerone illustratio & euidentiæ nominatur: quæ non tam di-
cere uidetur, quam ostendere: & affectus non aliter, quam
si rebus ipsis intersimus, sequentur. Corruptè legitur in qui-
busdam exemplaribus hoc loco, enargia per e: quem admo-
dum & apud Ciceronem in Academicis questionibus, lib. 4.

35, Prom

35, Propterea quod nihil esset clarius *εναντιος*, ut Graeci nos si placet, perspicuitatem aut evidentiam nominemus. Budaeus.

Enarro] *enarratio* (*εναντιος*) enarrare, idem quod Narrare. Terent. Adelph. 3.3.11. — omnem rem modo senti

Quo pacto se haberet, enarrauimus ordine. Plin. lib. 17. cap. 5. 2. Plus dixit una significatione, quam possit ulla copia enarrari. Cic. pro Marcello, 2. Nulla dicendi aut scribendi tanta uis, tantaque copia, quae non dicam exornare, sed enarrare, C. Caesar, res tuas gestas possit.

Enarratio difficile. Plin. lib. 2. cap. 93.

Enarratio, Verba (*εναντιος*) Authorum enarratio. Quint. lib. 1. cap. 9. 1.

Excigitur a Grammaticis Poetarum enarratio. Quint. lib. 2. cap. 5. 1.

Diligens enarratio. Quint. lib. 1. cap. 8. 12.

Vsq; ad superuacuum laborem occupata enarratio. Quint. lib. 1. cap. 8. 12.

Enarrabilis, hoc enarrabile, pen. corr. (*εναντιος*) Quod enarrari potest. Quint. lib. 6. cap. 4. Motu animi quodam nescio an enarrabili, indicatur.

Enarthrosis] *ενανθροσις*, Diarthrosos, quae est osium structura, species est, definiturque Galeno, quum excipiens cauum alium admodum est, caputque quod in id inferitur oblongum. Vide eum lib. De ossibus.

Enalcor] *ενανκρος*, pen. corr. *εναντος* sum (*εναντος*) enasci, idem quod nasci. Varro de Re rust. cap. 4. 1. 5. Simili de causa olea semen quum sit nucleus, quod ex eo, tardius enascatur colis quam ex taleis: ideo, etc. Idem 2. de Re rust. cap. 9. 3. Enatis duobus dentibus, dextra et sinistra, etc. De cambus. Plin. lib. 11. cap. 37. 8.

Enatus, pen. prod. Participium (*εναντος*) Cic. Attico, lib. 11. 210. 1. Ex multis meis miserimis curis est una enata.

Enato] *εναντος*, pen. corr. (*εναντος*) enatare, compositum ab Ex et Nato, natus, Est ita natate, ut iam ad eum locum in quem praetendimus, deuenimus. Hirtius lib. 4. 73. Sed per molem in mare precipitauerunt, et ostentorum passum spatio ad oppidum enatauerunt. Cic. 4. Tuscul. 12. 6. Reliqui habere se uidentur angustius: enatant tamen Epicurus, Hieronymus, etc. Hoc est, euadunt, sese explicant.

Enauigare] *εναντιος*, Nauigio traicere. Plin. lib. 6. cap. 17. 12. Proditur Alexandrum magnum nullo die minus studia de c. nauigasse in Indo, nec potuisse ante menses quinq; enauigare. Cic. 4. Tuscul. 50. E quibus tanquam e scrupulosis cotibus enauigauit oratio.

Enauigare etiam Nauigio peruenire. Suet. in Tiber.

Enauigandus, Participium peruenire. Suet. in Tiber.

Enauigandus, Participium (*εναντιος*) Horat. 2. Carm. Ode 14. 2. Enauiganda unda.

Enauigatus, pen. prod. Participium (*εναντιος*) Plin. lib. 9. cap. 3. Sinus duodecim dierum et noctium remigio enauigatus Ptolemaeo regi.

Enauo] *εναντος*, pen. corr. (*εναντιος*) enauare, idem quod Nauare. Tacit. lib. 19. Et premia enauate opera petebant. Est autem elegans uocabulum enauatus, ab enauando. Vbi e consummationem significat, ut in uerbo Euinco.

Encania] *εναντιος*, cum a diphthongo, Immutatio. August. Encania festiuitas erat dedicationis templi. Graece enim *ναος* dicitur nouum. Quandoquocumq; enim nouum aliquid fuerit dedicatum, encania uocatur.

Encanthis] *ενανθισ*, Morbus oculorum, quum in maiori ipsorum oculo tuberculum nascitur, quod genus parum patitur diduci. Nomen habet a situ. Nam Graeci oculorum anagulos, *ναγος* appellant. Cel. Rhodig. lib. 6. cap. 7.

Encardia] *ενκαρδια*, Gemma est, a cordis effigie sic dicta. Eius tria enumerantur genera, primum in quo nigra effigies cordis emittit: Secundum uiridi colore cordis effigiem repraesentans: Tertium, nigrum cor ostendens, reliqua sui parte candidum. Author Plin. lib. 37. cap. 10.

Encarpus] *ενκαρπι* (*ενκαρπι*) uide Vitruuium lib. 4. cap. 1. Encarpus, ait Philander, Graecis fructuosum significat: apud Vitruuium ornamentum est, hoc est, florum frondiumque et pomorum implexus atq; contextus, coronario luxu folijs flores et fructus intercurfantibus: cuiusmodi sunt quae ferta, et corollas triumphales nostri uocant, Itali Ghirlandas et festones a festiuitate appellant.

Encauftice] *ενκαυστικη*, pen. corr. f. g. (*ενκαυστικη*) Genus piceae, quod adhibito igni fingitur. Apuleius, Encauficen opido exercens, se et duos filios sustentabat.

Encaufites, *ενκαυστικη*, m. g. (*ενκαυστικη*) Quia pingit. Vitruuius, Quod faceret ab encaufite didicerat.

Encaufitus, *ενκαυστικη* (*ενκαυστικη*) Opus ita pictum. Martial. lib. 1. 155.

Encaufitus Phaethon tabula tibi pictus in hac est?

Erranoboas] Fluuius est nauigabilis, qui in Gangem inluit, teste Plinio lib. 6. cap. 18.

Exro] erras (ἔρραμι, ἄλλοτείνω, πλανῶμαι, σφάλλω, πταίω, ἀμπερῶμαι) errare, Huc atque illuc ire, Vagari. Cicero 3. Tuscul. 106.

Qui miser in campis moerens errabat Aleis. Ex Homero.

Vagari & errare. Cic. 1. de Orat. 104.

Huc & illuc errare. Ouid. 11. Metam. 72.

A sedibus suis errare. Claud. 4. Paneg. 82.

Ad flumina errare. Virg. 6. eclog. 13.

Ad lacus errare. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 8.

Circum littora errare. Virg. 3. Aeneid. 16.

Circum omnia maria errare. Vide Circum.

Cicum uillulas errare. Cic. Att. lib. 8. 153. 4.

Errare in sylua. Virg. 6. Aeneid. 91.

Multis in annis errare. Ouid. 1. Trist. 12.

In undis errare. Virg. 3. Aeneid. 40.

Inter audaces lupus errat agnos. Horat. 3. Carmin. ode 18. 3.

Per agros errare. Propert. lib. 2. eleg. 29. 5.

Armentum teneras errat per herbas. Ouid. 15. Metam. 3.

Per ignotos errant animalia montes. Virg. 6. eclog. 8.

Per undas errare. Ouid. 5. Metam. 93.

Per ignotas urbes errare. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 11.

Procul errare, Vehementer falli. Vide Procul.

Subter supraque errare. Stat. 9. Thebaid. 87.

Procul auis errat. Lucret. lib. 3. 148.

Ignari hominumque locorumque Erramus. Virgil. Aeneid. 68.

Errat uas, us. Cic. pro Cluent. 138.

Toto passim uagus errat in orbe. Ouid. 14. Metam. 136.

Cursu sollicito errare. Claud. de raptu Proserp. 1. 6.

Pesibus non certis errare. Ouid. 3. Metam. 35.

Pelago errare. Virg. 3. Aeneid. 41.

Via errare. Virg. 2. Aeneid. 147.

Vrbibus errare. Virg. 1. Aeneid. 117.

Errare, pro Pasce aliquando usurpatur: quod pecudes errando pascere soleant. Virgil. 2. eclog. 5. Mille meæ Siculis errat in motibus agnæ. Idè 1. eclog. 2. Ille meas errare boues (ut cernis), &c.

Non per dubias errant mea carmina laudes. Tibul. libro 4. eleg. 1. 22.

Varij colores sæpe errant in uultu solis. Virg. 1. Georg. 90.

Perque nouem errant redeuntis cornua luna. Ouidius 10. Metamorph. 95.

Dolor errat per omnes. Lucan. lib. 2. 5.

Flamma per medullas errat. Ouid. 14. Metam. 70.

Fluuius errat. Virg. 3. Georg. 3.

Fulmen errare in aliquos dicitur. Senec. Medea, 7. 22.

Extremus super halitus errat. Virg. 4. Aeneid. 137.

Manus errat circum aures & tempora. Virg. 5. Aeneid. 86.

Fluitans nauis errat amisso magistro. Virg. 5. Aeneid. 172.

Orbes celi alij in alios errant. Virgil. 1. Georg. 68.

Quis ignis celi Cyllenius erret in orbes. Ordo est, in quos orbes celi erret Cyllenius ignis. Et bene Erret: nam plane & uocantur ἀπὸ τῆς πλανῆς, id est, ab errore. Nam interdum ad Austrum, interdum ad Septentrionem, plerumque contra mundum, nonnunquam cum mundo feruntur. Seruius.

Spes sollicitæ, trepidique metus errant. Senec. Herc. furent. 3. 1.

Tempora errant. Ouid. 3. Fast. 31.

Sed tamen errabant etiam tum tempora.

Vires errant. Ouid. ad Liliam, 10.

Nec uires errasse tuas cæpoque foroque. Id est, ubique spectata tua constans uirtus.

Errare, Labi a uero: quoniam uagando, sæpe à recta uia defleuimus. Cic. 12. Philipp. 321. Cuiusvis est hominis errare: nullus nisi insipientis, perseverare in errore. Idem 5. Verr. 93. Errauit, an potius insanuit Apronius?

Errare & Erudiri, contraria. Cic. pro Corn. Balbo, 62.

Errare, & Vera sentire, contraria. Cic. 1. Tuscul. 61.

Errare cum aliquo. Cic. 1. Tuscul. 61.

In amicitia errare. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 9.

Licenter errare. Cic. in Orat. 42.

Licentius errare. Ouid. 4. de Ponto, 6.

Longè errat. Vide Longè.

Magnopere errare in re aliqua. Lucret. lib. 3. 22.

Stultitia errare. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 42.

Probè ac uehementer errare. Plaut. Amphit. 11. 21. Cicero. 4. Academ. 185.

Erro propemodum. Cic. pro Rosc. Amer. 76.

Non ultra uerba, ac uoces errare. Tacit. lib. 17.

Erras, si id credis: hoc est, Fallis. Terent. Heaut. 1. 1. 53.

Errare in aliquam partem. Celsus ad Ciceronem, lib. 8. 11. 13.

Errare in aliquam rem, pro Declinare. Lilius libro 1. bel. Maced.

Errare de uerbis alicuius, Non assequi, aut intelligere quid uerit, aut dicat. Terent. Heaut. 2. 3. 12.

Ne erres: hoc est, Ne temerè putes aut existimes. Terent. And. 4. 2. 21. Huic, non tibi habeo, ne erres.

Scio quid erres. Plaut. Epid. 12. 4. Terent. And. 3. 2. 18. Teneo quid erres: quid ego agam habeo.

Tota re errare. Cic. 2. Philipp. 45.

Errare tota uia. Terent. Eunuch. 2. 2. 14.

Animus sæpe in corporis morbis errat. Lucret. lib. 3. 94.

Erratur in nomine. Cic. 4. de Finib. 93. Si aut res ignoratur, aut erratur in nomine.

Errans, Participium (ἄλλοτρεῖν) Terent. Heaut. 2. 3. 16. Dum ego propter te errans, patria careo demens, tu interca loci, &c. Virgil. 1. Aeneid. 66. Vidistis si quam hinc errantem forte fororum.

Terris omnibus & fluctibus errans. Virgil. 1. Aeneid. 152.

Digitis errantibus scindere chelym. Stat. 5. Sylu. 5. 7.

Domus errantes. Lucan. lib. 1. 52. Alludit ad Scytharum domos, quas plaustris uehi dicit Horat. 3. Carm. ode 2. 4. 2.

Gradum errantem in recta defletere. Senec. Thebaid. 1. 1.

Greges errantes Horat. Epod. 2. 3.

Hedere errantes. Virg. 4. eclog. 4. Id est, passim uagantes: unde antiqui Lyrici dixerunt Flexit pedes hederas, quòd hæc atque illæ uagantur. Seruius.

Locum tutum erranti dare. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 12.

Lumina errantia. Propert. lib. 3. eleg. 14. 6.

Luna errans. Virg. 1. Aen. 150. Quia (inquit Seruius) ἑλνοεισ ἄβη, id est, obliquo incidit cursu, non recto ut sol, scilicet ne incidat in centrum terræ, & frequenter patiatur eclipsim.

Vicius est enim eius circulus terræ.

Errans opinio. Cic. 2. de Finib. 114.

Errans & uaga sententia, cui opponitur Stabilis & certa. Cicero. 2. de Nat. deor. 2.

Errantia Sydera, Errantes stellæ. Plin. lib. 2. cap. 6. 13. Et Cic. 1. Tuscul. 96.

Turme errantes sine præside. Stat. 10. Thebaid. 3.

Errantia, huius errantia (ἄλλοτρεῖν) Idem quod Error.

Accus Neoptolemo, Satis iam dictum est, neque ego errantia animi præue morigerabor. Nonius Antiquum.

Erratis, pen. prod. Particip. (ἄλλοτρεῖν) Ouid. 3. Fast. 131.

Protinus erratis Leti nescuntur in agris. Id est, quos errando lustrauerant.

Littora errata. Virgil. 3. Aeneid. 137. Errata (inquit Seruius) Participium sine uerbo.

Orbis erratus. Ouid. epist. 2. 2. 21.

Orbis erratus diuersis casibus, id est, pererratus. Valer. 4. Argonaut. 90.

Terra errata. Ouid. 4. Fast. 115.

Erratum, pen. prod. (σφάλμα, ἤσασμα) Idem quod Error. Cicero. pro Cluent. 105. Nullum ob totius uite non dicam uitium, sed erratum.

Erratum & Rectè factum, contraria. Cicero. 2. de lege Agrar. 21.

Errata etatis. Cic. Tironi, lib. 16. 21. 4.

Commune erratum. Cic. Attic. lib. 6. 111. 30.

Obtegere errata. Vide Obtego.

Petere ueniam errato alicuius. Cic. pro Sylla, 48.

Erratio, Verbale (ἄλλοτρεῖν, ἀλλοτρία) proprie est pedum error autem animi. Terent. Adelph. 4. 2. 42. Sanè hac multo propius ibit, & minor est erratio. Cic. 2. de Nat. deorum, 80. Nulla igitur in celo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec uanitas inest: contraque omnis ordo, ueritas, ratio, constantia. &c. de Vniuers. 25.

Errabundus (πλανώδης) Vagabundus. Liu. 1. ab Vrbe, 127. Nunc in luminibus starent, nunc errabundi domos suas, ultimum illud uisuri peruagarentur.

Errabunda neustria. Virg. 6. eclog. 12.

Errabunde naues, Vento disperse. Hærtius, libro 5. bel. Afric. 8.

Erraticus, pen. corr. (πλανήτης) Adiectiuum, Qui errat & uagatur. Gellius, lib. 2. cap. 2. Interibi aliquot ex ijs qui aderant, erraticum esse hominem dicere, & nullius rei, incolæque fordentium, ganearum. Cicero. de Senect. 48. de uite loquens, Multiplici serpente lapsu & erratico ferrum coerceat agricolæ.

Delos erratica. Ouid. 6. Metam. 67.

Herba erratica, id est, agrestis, & non fatiua, uerum passim nascens. Plinius libro 19. cap. 3. 5. Est & erraticum intubum, quod in Aegypto Cichorium uocant. Sic, Erratica brassica, apud Columellam.

Error, erroris, masc. g. (ἔρρα, σφάλμα, ἤσασμα, ἀμπερῆσις, ἄβη) Ignorantia. Cic. 1. Acad. Et pro Marcel. 7. Etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, à scelere certè liberatè umus.

Error & infania. Horat. 2. epist. 2. 24.

Virtus, & Error, opponuntur. Horat. in Arte poet. 63.

Modicis erroribus equi mores. Iuuenal. Satyr. 14. 2.

In magnis tenebris erroris & inscientie. Cic. pro Sylla, 30.

Nebula erroris. Iuuenal. Satyr. 10. 1.

Vulgus errori similis. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 12.

Rabies erroris, Furor culpe. Silius, lib. 7. 110.

Error alicuius rei, Deceptio. Virg. 2. Aen. 83.

Mentis alienate error. Quint. in Proem. lib. 6. 10.

Error nominum. Lilius 1. ab Vrbe, 97. Tamen in re tam clarè nominum error manet, utrius populi Horatij, utrius Curia: tji fuerint.

Ambiguus error. Stat. 5. Thebaid. 88.

Cæcus error. Senec. Herc. fur. 12. 9.

Dulcis labantibus error. Valer. 3. Argon. 95.

Mentis gratissimus error, Voluptas in stultis rebus. Horat. 2. epist. 2. 28.

Falsus error. Plin. lib. 15. cap. 3. 2.

Græuis error. Seneca Octau. 7. 11.

Honestus error. Quintil. lib. 1. cap. 6. 2.

Indeprehensus & irremediabilis error labyrinthi. Virgil. 5. Aeneid. 117.
 Inexplicabilis uiarum error. Vide Inexplicabilis.
 Infandus error. Valer. 5. Argon. 115.
 Ingens error. Quintil. lib. 3. cap. 6. 5.
 Irreuerentus error. Claud. de bello Getico. 25.
 Malus error. Virgil. 8. eclog. 9.
 Ut uidet, ut perij, ut me malus absulit error, Definitio est amoris. inquit Seruius. Nam amor errare plerunque compellit.
 Phanaticus error. Horat. in arte poet. 92.
 Prophanus error animi. Claud. 1. in Ruf. 16.
 Sacri uatum errores. Silius lib. 8. 20.
 Simplex error. Quintil. lib. 3. cap. 8. 39.
 Credulitas & temerarius error. Ouid. 12. Metam. 12.
 Turbulenti errores. Cic. 2. de Nat. deor. 101.
 Vanus error. Stat. 12. Thebaid. 59.
 Adiuuare alterius errorem. Vide Adiuu.
 Afficere mentis errorem. Vide Afficio.
 Suus cuique attributus est error. Catul. epig. 19. 4.
 Auspice errores alicuius. Rem alicui aperire. Eripere falsam opinionem. Ouid. 5. Fast. 73.
 Erroribus cecari. Vide Cæco.
 Captus errore. Cic. 12. Philipp. 322.
 Coarguere errorem alicuius. Cic. 1. Acad. 19. Vide Coarguo.
 Falsa opinione errore hominum commendatum esse. Cicero pro Sestio. 16.
 Confiteri errores suos. Quintil. lib. 3. cap. 6. 46.
 Errorem creat similitudo. Cic. 2. de Diuinat. 82.
 Decipit error. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 5.
 Deserri errorem. Vide Defero.
 Demere alicui mentis errorem. Horat. 2. epist. 2. 28.
 Depellere errorem. Cic. 2. de Diuinat. 89.
 Deponere errorem suum. Cic. 8. Philip. 255.
 Destruere errorem alicui. Ouid. 4. de Ponto. eleg. 8. 4.
 Duci errore. Cic. pro Corn. Balbo. 22.
 Effigere errorem aliorum. Lucret. lib. 4. 66.
 It error ante oculos alicuius. Decipitur specie. Ouidius 3. Fast. 77.
 Eripere errorem alicui. Cic. Attico. lib. 10. 19. 5. 9.
 Ab errore euellere aliquem. Cic. 3. Offic. 111.
 Origine erroris aliquid factum. Ouid. 2. de Ponto. eleg. 2. 11.
 Fessus errore uiarum. Silius lib. 15. 142.
 Fluctuat incertis erroribus ardor amantum. Lucretius libro 4. 217.
 Fluitans errore. Lucret. lib. 3. 214.
 Illudit error. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 10.
 Mentis imbutæ prauitatis erroribus. Cic. 5. Tusc. 114.
 Senis erroribus implicat nubem. Valer. 3. Argon. 7. de Cybele.
 Erroribus implicari. Vide Implico.
 Incutere errorem. Vide Incutio.
 Inducere in errorem. Vide Induco.
 Imperito in errorem inducere. Cic. de clar. Orat. 162.
 Induci in errorem. Cic. in Pisonem. 46.
 Inflatus errore. Cic. 4. Acad. 206.
 Quantum animis erroris inest. Ouid. 2. Fast. 158.
 Lapsus errore. Quintil. lib. 4. cap. 2. 51.
 Lapsus esse per errorem. Cic. Qu. Frat. lib. 3. 2. 4. 14.
 Liberare animos errore. Vide Liber, liberi.
 Erroribus mederi. Vide Medeor.
 Natus error. Vide Nascor.
 Nocens error. Senec. Herc. Oeth. 7. 3.
 Scelerum errore nocens. Stat. 12. Thebaid. 102.
 Obiectus error alicui. Cic. pro Cecinna. 4.

Pendere ex errore imperite multitudinis. Vide Pendere.
 Opinionibus uulgi rapimur in errorem. Cic. 2. de Legib. 76.
 Recipere errorem. Quintil. lib. 1. cap. 5. 31.
 Sublato errore. Lucan. lib. 3. 121.
 Cum mulieris lacte saxinus errorem. Cic. 3. Tusc. 4.
 In magno errore sunt qui sandareson uocant. Plin. lib. 37. capite 7. 9.
 Tardare errorem aliqua re. Propert. lib. 2. de eleg. 19. 9. Id est, necesse moras.
 Tantis tenet error amantem. Ouid. 3. Metam. 90.
 Teneri malo errore. Virg. 10. Aen. 22.
 Errore aliquo trahi. Ouid. 2. Metam. 116.
 In summo errore, atque in maxima rerum ignoratione uersari. Cic. 1. de Nat. deor. 5.
 Versatur magnus error. Cic. 2. de leg. Agrar. 23.
 Error, pro dolor ab eo quod præcedit, id quod sequitur. Virg. 2. Aeneid. 10.
 Aut aliquis latet errore quo ne credite Teucri.
 Error, pro uagatione etiam accipitur, ut, Errores Vlyssis. Cic. 1. Offic. 158.
 Proprie erratio appellatur.
 Error uiarum. Liu. 4. bel. Pun. 75.
 Fieri errores nemorum. Stat. 1. Thebaid. 46.
 Inextricabilis error. Virgil. 6. Aen. 6.
 Inobseruabilis error labyrinthi. Catul. in Argon. 23.
 Vagus error. Valer. 5. Argon. 23. Ouid. 4. Metam. 101.
 Longis agi erroribus. Ouid. 4. Metam. 114.
 Dissingunt quod quæque agit error. Ouid. 3. Fast. 111.
 Pelagi erroribus actus. Virg. 6. Aeneid. 107.
 Vie errore actus. Virg. 6. Aeneid. 40.
 Deceptus nouo errore ueterum locorum. Virg. 3. Aen. 37. Vbi Seruius, Aut per contrarietatem sermonum declamauit, aut nouo pro Magno posuit.
 Ducere in errorem. Ouid. 8. Metam. 33.
 Implicita errore uia. Lucan. lib. 8. 1.
 Palanteis error in syluis certo de tramite pellit. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 10.
 Erro, erroris, pen. prod. m. g. (μαῦρος, ἡ ἀσπίς) Vlpian. Errores appellantur serui, qui non quidem fugiunt, sed frequenter sine causa uagantur, & temporibus in res nugatorias consumptis, seruis ad dominum redeunt. Arrianus de Remilitari. Leuius itaque delictum emancipatoris habetur, ut erroris in seruis: defertoris grauius, ut in fugitiuis. Plinius epistol. 3. 4.
 Fugitiuus ut erro. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 23.
 Admittere errorem. Ouid. epist. 2. 11.
 Vocare errorem sub sua signa. Tibul. lib. 2. eleg. 7. 2.
 Errores Nigidius uocat eas fellas, quas multi erraticas appellant. Gellius, lib. 14. cap. 1.
 Erroneus (μαῦρος) idem quod Erro. Col. lib. 7. cap. 12. 5.
 Maxime autem debent in custodia uigilantes conspici, nec erroris, sed astidui, & circumspiciti magis quam temerari. De canibus loquitur. Vlpian. in l. ediles. De adilitio edicto, Si aleator erroneus uel uinariis sit factus.
 Erubescere] erubescis, erui (ἐρυθρία, λατρία, ὑπόμασι) Erubescere, Rubore & uerecundia suffundi. Terent. Adelph. 4. 5. 9. Erubuit, salua res est. Cicero. 2. de Finibus. 49. Dicitur inde ubi erubuit (uis enim est permagna naturæ) confugit illuc ut neget.
 Erubuit amque pudore repressit. Ouid. 1. Metam. 152.
 Erubuisse, expalluisse, titubasse, inconstanter locutum esse. Athor ad Herennium, lib. 2. 39.
 In aliqua re erubescere. Cic. 1. de Legibus. 61.
 Epistola non erubescit. Cic. Lucio, lib. 5. 12. 1.

Græcæ

Genæ erubere. Ouid. 2. Fast. 166.
 Iura fidemque alicuius erubescere. Virg. 2. Aeneid. 168.
 Erubescere ora alicuius. Cicero in Salustium. Hoc est, constitutum uereri.
 Preces erubescere. Claud. 1. de rapt. Proserp. 14.
 Posce to uem, dabitur coniux. Vix ille pepercit: Erubuitque preces. Id est, erubuit supplex esse & precari.
 Non erubescere uoluptates. Cic. 1. de Nat. deor. 154.
 Erubescere, cum in finitimo. Senec. Herc. Oeth. 13. 21.
 Sed ire ad illos umbra quos iuci deos. Pater erubescere.
 Erubescere loqui. Cic. 1. de Leg. 74.
 Erubescere, cum genitio. Curtius, lib. 5. Dignum esse omni malo, qui erubesceret fortune.
 Erubescere, cum ablatiuo. Senec. 3. de Benefic. Nunquid iam illa repudio erubescit &c.
 Genis erubuit. Ouid. 2. Amor. 8. 4.
 Malis alterius erubescere. Ouid. 5. Trist. eleg. 12. 2.
 Saxa roratis rostris erubuerunt. Ouid. 2. de Ponto. eleg. 1. 8.
 Viro erubescit puella. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 13.
 Erubescendus (λατρία, ὑπόμασι) Nomen ex Participio, ut, Amor erubescendus est, turpis. Horat. 1. Carm. Ode 2. 7. 3. Ignes erubescendi.
 Erubescens, is, Participio (λατρία, ὑπόμασι) Cic. 1. de Nat. deor. Epicurus uoluptates quidem non erubescens, persequitur omnes nominatim.
 Eruca] huius eruce, pen. prod. (ἐρύκη) ab erodendo dicta, genus nemoris, Campe alio nomine dicti, qui in olerum solia repit, abroditque, præsertim brassicas. Colu. lib. 11. cap. 3. 52. Vbi uerò apertis regionibus, post pluuias, noxia incesserunt animalia, quæ a nobis appellantur eruce, Græcè autē ἐρύκη nomen nuntur, uel manu colligi debent, uel matutinis temporibus fructes olerum conculi. Sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore, si deciderint, non amplius in superiorem partem prorupunt.
 Eruca, si Apuleio creditur, ab herendo uenit, quoniam rebus quas occupat, tenaciter inhaeret.
 Eruca (ἐρύκη) herba quedam uirtutis calidæ, Venerem excilians: unde salax appellatur. Col. lib. 10. 10.
 Excitet ut Veneri tardos eruca maritos.
 Vulgò appellatur Ruchetta ouer Ricola. Iuuenal. Satyr. 10. 14.
 Salaces eruce. Ouid. 2. de Remed. amor. 81.
 Virides eruce. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 11.
 Erucius] Roscij accusator, incerto patre natus, à literis non abhorrens, de quo multa Cic. in Orat. pro Sexto Roscio Amer.
 Eructo] eructus (ἐρύγησις, ἔρρηξις, ἔρρηξις) eructare, Frequentatiuum ab Erugo, erugis. Proprie extra ructum mittere. Festus, Erugere semel factum significat, quod eructare sepius. Cic. in Pisonem, 9. Vnde nos cum improbis sumè respondendo, tum turpissimè eructando cieisti.
 Eructare, Foras mittere, eijcere. Sic Varro 1. de Re rust. cap. 4. 3. Eructare odorem pestilentem. Et Cic. in Catil. 32. Eructare sermonibus cædem bonorum.
 Eructat Bosphorus amnes. Valer. 4. Argon. 69.
 Arenam eructare fluij dicuntur. Virg. 6. Aen. 6. de Acherôte.
 Eructans, Participio (ἐρύγησις) ut, Tartarus horripitos eructans faucibus, Lucret. libro 3. 206.
 Saniem eructans. Virg. 3. Aen. 126. De Polyphemo.
 Scopulos erigit eructans. Virg. 3. Aen. 115. Vbi Seruius, Ructo, ructas tantum facit.
 Erudero] eruderas, pen. cor. (ἐρῶ, ἔρῳ) erudere, Rudus eijcere. Varro 2. de Re rust. cap. 2. 6. Solum oportet esse erudatum, & proclium: ut uerri facit posse.

Erudio] erudis, pen. cor. erudiui, eruditum, pen. prod. (ἐρῶ, ἔρῳ, λατρία, ὑπόμασι) erudire, Ex rudi doctum facere. Cic. pro Roscio Comodo, 18. Non solum ut Roscij discipulus fuisse diceretur, domum recepit, sed etiam summo cum labore, Domacho, miseriaque erudit. Plin. epist. 5. 9. Vir est grauis, prudens, multis experimentis eruditus, & qui suauiter posuit ex præteritis providere.
 Erudire atque docere. Cic. 1. Offic. 218.
 Rhetoricis quibusdam libris aliquem insequi ut erudias. Cicero de Orat. 6.
 Scripta erudiunt. Ouid. 2. Trist. 49.
 Erudire ad deorum cultum, ad ius humanum, &c. Cicero. 1. Tusculan. 99.
 Erudire de omni Republ. Cic. ad Caelium, lib. 2. 11. 3.
 Erudire in aliqua re. Cic. 1. de Orat. 131.
 Erudire aliquem artes. Ouid. 8. Metam.
 Aues infirmas mater erudit artes. Ouidius 2. de Arte amandi. 14.
 Instituit & præceptis suis aliquem erudire. Cic. de Amic. 12.
 Instituire atque erudire filios ad maiorum instituta. Cicero 5. Ver. 137.
 Erudire laboribus iuuentutem, uenando, currendo, &c. Cicero. 2. Tuscul. 59.
 Erudire puerum artibus. Liu. 1. ab Vrbe, 173. Cic. ad Lent. lib. 1. 7. 37. Lentulum nostrum eximia spe, summa uirtutis adolescentem cum ceteris artibus, quibus studij semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias.
 Oculos erudire. Ouid. 2. de Remed. amor. 59.
 Fortuna erudit te factis meis probare. Silius lib. 7. 78.
 Erudit te usus. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 13.
 Erudio, cum in finitimo. Silius, lib. 11. 71.
 — an tristia uincula
 Et Decius non erudiunt componere mentem. Ouid. 3. Fast. 164.
 Erudire etiam dicuntur res inanimata. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 4. 6. Erudit adnotas ipse capillus acis.
 In scholis erudiri. Quintil. lib. 1. cap. 2. 8.
 Erudiendus, Participio (ἐρῶ, ἔρῳ) Ouid. epist. 1. 22. — qui mollibus amnis
 In patrias artes erudiendus erat. Idem 3. de Arte amant. 10.
 Eruditus, pen. prod. Participium. Hoc est, edoctus, sciens, ut, Eruditus Græcis literis. Cic. 1. Acad. 15. Et 1. de Finibus 22.
 Eruditus omni doctrina.
 Non satis polius hīs artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur. Cic. 1. de Finibus 39.
 Doctus atque eruditus. Cic. 1. de Orat. 51.
 Ad nimiam assentionem eruditi. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1. 24.
 Leuiter eruditus. Vide Lewis.
 Liberaliter eruditus. Vide Liber, liberi.
 Subtilius eruditus. Cic. de Prouinc. Consul. 12.
 Disputationibus alicuius eruditum esse. Cic. 3. de Orat. 76.
 Doctrina atque optimarum artium studijs eruditi. Cicero. Qu. frat. lib. 1. 1. 33.
 Institutionibus Græcis eruditus. Cic. 1. de Nat. deor. 13.
 Literis primis eruditus. Quintil. lib. 1. cap. 10. 27.
 Homo à magistro & Græcis literis eruditus. Cicero. 2. de Orator. 16.
 Literis aut musica eruditus. Cic. Attic. lib. 4. 86. 4.
 Stipendijs & legationibus bellicis eruditus. Cicero. pro Corn. Balbo. 37.
 Eruditus (ἐρῶ, ἔρῳ) Nomen ex participio: ut, Erudita operatio, hoc est, scite & compositè facta. Plinius lib. 11. capite 24. 2.
 Disciplina iuris civilis eruditissimus. Cic. 1. de Orat. 88.

Citius

Ciuitas disciplinis erudita. Aulhor. ad Heren. lib. 4. 237.
 Habere oculos eruditos. Cic. in Parad. 47.
 Oratio erudita. Cic. in Parad. 4.
 Eruditum palatum. Col. lib. 8. cap. 16. 3.
 Tempora Cicronis erudita. Cic. Att. lib. 12. 241. 10.
 Eruditus. Quint. lib. 1. cap. 5. 23. Illud eruditus queritur.
 Eruditulus, erudituli, pen. corr. (αμπροξιδεστ) Dimin.
 Catul. in Mamurram & Caesarem, 53. 2.
 Morbofi pariter, gemelli utriq; Vno in lectulo, erudituli ambo.
 Eruditrix] pen. prod. eruditricis, Verbale, fœ. ge. Florus lib. 2. cap. 6. Illam Annibalis eruditricem.
 Eruditio, Verb. (ερωδισια, uer dicitur, uer dicitur) Doctrina. Cic. 1. de Finib. 108, Nullam eruditionem esse duxit, nisi que beate uite disciplinam iuaret.
 Sine eruditione Græca intelligi non possunt. Cic. 1. Acad. 7.
 Homo præclara eruditione atque doctrina. Cicero 1. Offic. 166.
 Homo ingenio præstanti, & eruditione perfecta. Cicero. 2. de Diuina. 195.
 Omnis eruditionis expers atq; ignarus. Cic. 2. de Orat. 1.
 Altissima eruditio, ac scientia. Quint. lib. 1. cap. 4. 6.
 Liberalis eruditio. Vide Liber.
 Potior eruditio in scholis, quam domi. Quintilian. libro 2. capite 3. 7.
 Exercere eruditionem. Quint. lib. 1. cap. 4. 6.
 Intendere eruditionem suam. Vide Intendo.
 Eruditione uaria repletus homo. Sueton. in Augusti. cap. 89.
 Erugo] erugis, erugire. Vide Eructio.
 Erugo] erugas, pen. prod. (ερωσος) erugare, Quasi rugas auferre. Plin. lib. 13. cap. 12. 7. Iterum confrita erugatur, atq; extenditur malleo. Idem lib. 23. cap. 1. 14. Tunditur ipsa radix cum pingui fico, erugaturq; corpus si statim bina stadia ambulentur.
 Erugare cutem. Plin. lib. 26. cap. ult. 12. Cacilie grana mista cere liquida, extendunt cutem in facie erugantq;
 Erugatio, Verbale (ερωσος) ut, Erugatio cutis. Plin. lib. 28. cap. 12. 2.
 Erugo] eruginis, pen. cor. (ερωσις) est incidens segetibus humoris putrefactio. Propterea (inquit Theophrastus lib. 4. De caus. plantar.) quum multum pluerit, humor ille abluatur, nec in eruginem putrefcit. Quum uero rores permulsi suffillauerint, & sol subsecutus cum tranquillitate fuerit, tunc erugo putrefcit. Ideo in locis editioribus minus fit, in conuallibus autem plerumq; ubi uenti consiliscunt, cuius tamen pro parte in causa est lunaris calor: proptereaq; plenilunio, id est, præualente luna, magis fit. Hæc tamen Theophrastus. Eruginem, Nullam nostrates agricolæ uocant. Bud.
 Erullia] ilice (ερωσος) Genus est leguminis, folio quam faba longiore, flore apibus gratissimo: ideo rei rustice scriptores circa aluearia feri præcipiunt. Colu. lib. 1. Saferna putat a gros stercorari lupino, faba, uicia, erullia.
 Erullus] ερωσος, Populi sunt Istri accolæ, apud quos moris erat, uti concedente ex humanis uiro, uxor que uirtutis existimatione aliqua foret, uel que sibi quereret gloriam, laqueo apud maris sepulchrum gula frangeret, aliàs ignominie deformabatur nota, odijq; in uiri propinquos subibat crimè. Ex Cæl. Rhod. lib. 28. cap. 22.
 Erumno] Vide Erumna. Aerûne Herculis. Cic. 2. de Fi. 187.
 Aerumnosus, pen. prod. Cic. in Parad. 17.
 Erumpo] erumpis, erupi, pen. prod. eruptum (αυτοσυνεξορ) erumpere, Cum impetu exire, Caesar 1. bel. Ciuil. 307, Quo paratiores essent ad insequendum omnes, siue noctu, siue interdum erumperent.

Erumpere ad pugnam. Col. lib. 9. 4. De apibus.
 Erumpere ab aliquo. Ouid. in Ibin, 31.
 Scatere atq; erumpere plano campo. Lucret. lib. 5. 191.
 Erumpere ex proposito. Quint. lib. 4. cap. 3. 12.
 Coniuratio ex latebris atque ex tenebris erupit. Cicero pro Sestio, 6.
 Erumpere in actum. Cic. pro Domo sua, 50.
 In aliquem erumpere. Stat. 4. Syllu. 48.
 In rem aliquam erumpere. Lucan. lib. 3. 119.
 Effruescere atque erumpere in aliquam regionem. Vide Effruesco.
 Erumpit in hoc tempus, in hos dies. Cic. pro Murena, 74.
 Erumpere in affectum. Quint. lib. 8. cap. 3.
 Erumpere in omnium perniciem. Liu. 4. bel. Maced. 222.
 Inter nubila sese erumpunt radij. Virg. 1. Georg. 89.
 Se erumpere. Lucret. lib. 4. 125.
 Parua sit ardoris uolenti pausa parumper. Virgil. 4. Georgic. 74.
 Erumpunt se portis foras. Caesar 2. bel. Ciuil. 53.
 Erumpere per castra hostium. Plin. lib. 22. cap. 6. 1.
 Foras erumpere. Lucret. lib. 6. 178.
 Erumpere loco aliquo. Caesar 3. bel. Ciuil. 176.
 Portis erumpere. Virg. 4. Georg. 16.
 Subito clamore erumpunt. Virg. 11. Georg. 121.
 Illustrantur & erumpunt omnia. Cic. 1. in Catil. 4.
 Hæc quod eruptura sunt, timeo. Cic. ad Attic. lib. 2. 35. 4.
 Odiæ erumpere in aliquem dicuntur. Cic. pro Mur. 45.
 Abijt, excessit, euasit, erupit. Cic. 2. in Catil. 25.
 Clades erumpit. Ouid. 7. Metam. 115.
 Hæc dominatio quorsum eruptura sit, horremus. Cicero. Attic. lib. 2. 36. 2.
 Erumpit furor & indignatio. Liuius 4. ab Vrbe, 22. Cicero ad Quint. fratrem, libro 2. 16. 8. Erumpet amentis boninis furor.
 Gemitus erumpunt. Stat. 11. Thebaid. 77.
 Ignes ex Aetna uertice erumpunt. Cic. 7. Verr. 95.
 Erumpit ignis ex uaporario. Cicero. ad Quint. fratrem, libro 3. 17. 4.
 Ignis erumpit oculis. Senec. Hippol. 4. 2.
 Erumpit lacryma, Erumpit foetus, Erumpit liquoris plusculum. Plinius lib. 10. cap. 55. 2. Et lib. 12. cap. 17. 1. Et libro 16. capite 10. 6.
 Malum erumpit ad perniciem ciuitatis. Cic. de Arusp. resp. 3.
 Mugitus erupit fluuius. Silius lib. 6. 57.
 Nubes erumpit, Scindit se. Virg. 1. Aeneid. 117.
 Risus repente erumpit. Cic. 2. de Orat. 130.
 Sagittæ neruo pulsante erumpunt. Virg. 4. Georg. 63.
 Erumpunt sermone iniquorum in tuum nomen. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. 2. 3.
 Perfractio saxo fortes eruperunt. Cic. 2. de Diuina. 128.
 Terra fontibus erumpit liquores. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 18.
 Ventus erumpit. Lucan. lib. 3. 92.
 Unde per fontem erumpunt. Lucret. lib. 6. 180.
 Erumpat aliquando uera & me digna uox. Cicero 10. Philipp. 282.
 Attonitum erumpit subita formidine ualguis. Silius, libro 17. 103.
 Erumpere stomachum in aliquem. Cicero ad Atticum, libro 16. 333. 2.
 Erumpere gaudium. Terent. Eunuch. 3. 5. 2. Iamne erumpere hoc licet mihi gaudium? Donatus, Erumpere quasi adiuuum uerbum posuit pro neutrali, ut sit, licet ne id mihi erumpere hoc gaudium? Aut erumpere, quasi exire mihi. pro A me. Et paulo post, Virum me erumpere, pro Emittere posuit.

aut erumpere pro Exclamare est, Erumpere uocem dicitur, qui exclamat.
 Erumpet in neruum isthæc fortitudo. Terent. Phorm. 2. 2. 11
 Vbi Donatus, Ex consuetudine Romana dicitur: quæ sepe in neruum consiciebantur ex aliquo maleficio in carcerem missi. An prouerbum à sagittarijs natum est, quod immoderate plerumq; uires adducendo arcu non telum incitent, sed neruum rumpant? an ex eo, quod sepe fortius ferientes, neruum sibi aliquem lædant? Ergo fortitudo nimia sepe uinci, sepe decipi contingit.
 Erumpens, pen. prod. Particip. (ερωπεν) Cic. de Prouinc. Consul. Byzantij totum pontum armatum effruescentem in Asiam, atq; erumpentem, ægre repulsum & ceruicibus suis interclusum sustinuerunt.
 Eruptio, Verbale (ερωπεν, ερωπεν) Exitus cum impetu. Plin. lib. 16. cap. 10. 7. Carbonem repente expunt cum erupitionis crepitu.
 Eruptiones dicuntur quando uel exercitus è castris, uel præstidia ex urbibus in hostes impetum faciunt. Caesar 1. bel. Ciuil. 81. Non solum ab eruptionibus caueant, sed etiam singulorum hominum occultos exitus asseruent. Cic. ad Brutum, 2. 2.
 Inopinatæ eruptiones. Quint. lib. 6. cap. 4. 11.
 Pugnare uelut eruptione. Quint. lib. 4. cap. 5. 6.
 Erunico] eruncas (ερωκασ) eruncare, uerbum rusticum à runca instrumento rustico deductum: Hoc est, runca auellere, quod proprie de herbis dicitur Exherbare. Colum lib. 2. cap. 11. 4. Omnes alterius generis herbas eruncato. Idem lib. 11. cap. 3. Altera uice dimidijs areas eruncet.
 Eruo] eruis, erui, erutum, pen. corr. (ερωω, ερωω) eruere, Extrahere. Columel. lib. 7. cap. 5. 10. Sublimis & intertrigo pice per se liquida, uel alumine & sulphure atq; aceto mistis ritè eruntur.
 Eruere & ostendere populis aliquid. Ouid. ad Pisonem, 48.
 Eruere atq; profere in lucem. Horat. 2. epist. 2. 23.
 Protrahere & eruere aliquid in luminis oras. Lucret. libro 5. 279.
 Eruere ex tenebris. Cic. 1. de leg. Agr. 1.
 Media turba aliquem eruere. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 5.
 Prudenter aliquid eruere. Quint. lib. 4. cap. 2. 43.
 Bipennibus arborem eruere. Virg. 2. Aeneid. 12. 6. Id est, deijcere. & est Acyrologia. Seruius.
 Aurum terra eruere. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 11.
 Censum conditum templo eruere. Lucan. lib. 3. 32.
 Ciuitatem eruere. Tacit. lib. 20.
 Eruere curam. Plaut. Casin. 11. 3.
 Antiquas domos auium cum stirpibus imis eruere. Id est, arboras. Virg. 2. Georgicorum, 42.
 Boreæ quercum statibus erunt. Virg. 4. Aeneid. 90.
 Genus ungue eruere. Propert. lib. 4. eleg. 5. 4.
 Eruere herbas & limum. Plin. lib. 11. cap. 37. 33.
 Latus hasta eruere quæ uir est equo commissus. Ouid. 11. Metam. 96.
 Lumina eruere. Senec. Thebaid. 1. 36. Et Quint. lib. 6.
 Eruere memoriam alicuius rei ex uetustate annalium. Cic. pro Mur. 14.
 Obrutum eruere. Cic. 4. de Finib. 17.
 Eruere oculum. Plin. lib. 11. cap. 37. 25.
 Eruiuntur oculos, Synecdoche. Ouid. 12. Metam. 54.
 Opes & regnum alicuius eruere. Virg. 2. Aeneid. 1.
 Segetem ab radicibus imis eruere. Virg. 1. Georg. 64.
 Sus rostro semina eruit. Ouid. 15. Metam. 23.
 Syllus manu eruere. Virg. 4. Georg. 66.
 Urbem aut aliquem uirum eruere. Virg. 6. Aeneid. 168.
 Theauri pars 2.

Urbem è sedibus eruere. Virg. 2. Aeneid. 122.
 Eruere, pro perscrutari & inuestigando elicerè. Stat. 3. Thebaid. 111.
 Eruius quæ prima dies, ubi terminus eui, &c.
 Scrutari uetera, & ex his ea que scriptores Græciæ prodiderunt, eruere. Cic. 1. Tuscul. 46.
 Cura & cogitatione aliquid eruere. Cic. 2. de Orat. 93.
 Argumenta eruere. Cic. 2. de Orat. 80.
 Erutus, pen. prod. Particip. (ερωτος) Cic. 1. de Diuina. 102
 Mortuum erutum esse cauponè, re patefacta, pœnas dedisse.
 Eruta genas ungue. Stat. 16. Thebaid. 162.
 Aqua eruta remis canet. Ouid. epist. 5. 11.
 Aurum erutum. Stat. 4. Syllu. 7. 3.
 Cæpa eruta. Ouid. 3. Fast. 68.
 Freta eruta. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 9.
 Oppida eruta conuulsis muris. Silius lib. 2. 43.
 Radicibus eruta pinus. Virg. 5. Aeneid. 89.
 Sacra eruta prisca annalibus. Ouid. 1. Fast. 2.
 Tempora cum causis annalibus eruta prisca. Ouid. 4. Fast. 3.
 Eruptio] Vide Erumpo.
 Eruptio] ερωπεν, Locus quidam in Aegypto, qui iam inde à Strabonis ætate obrutus est, ut idem ipse scribit lib. 16.
 Erutus] Vide Eruo.
 Eruum] erui (ερωω) genus leguminis: dictum ab eruendo: quod manibus eruatur & uellatur. Plaut. Casp. 3. 37. Post autem nisi rurit tu eruum comederis, &c. Dioscorides, libro 2. cap. 11. 9. Eruum paruis fructus, omnibus cognitus, angustis folio, tenuis femina in ualuis habens: è quibus farina fit nomine Erina, ad multos medendi usus conueniens. Vbi Hermolauus, Erui herbium, aliud candidum, aliud rufum. In siliquis grana sine septo habet, que se inuicè quasi tangant, ut in piso: silique forma teres, & ad rationem grani calidat, ut item piso. Patientissimum uetustatis est atq; cicer. Genus & erullia leguminis, quam nonnulli falsò Durellam uulgo dictam interpretantur: propterea quod hodie quoq; in Umbria uocant erulliam agricolæ, quod in Gallia Venetia prouincia Doram, durellamq; folio crasso, & oblongo leontopodij, sed maiore, capitulis semen includentibus minutum, simile nascitur, tantum exilius flore candido. Scopas ex ea ruri facit. At erullia, sylvæstris herba est, amaritudinis eximia, colore folio cicerule, quanquam minore. Plin. lib. 18. cap. 15. 2. Hoc leguminis genere plurimum abundant Delphinas. Eruum apud Tuscos uulgo appellatur Mocho.
 Pingue eruum. Virg. 3. eclog. 20.
 Tenue eruum. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 24.
 Erullia, fœm. gen. Idem quod Eruum. Varro apud Nonium, Sed ut is erat hæc legumina arte praua pauca cicer, erullia, ac peregrina alia spina ceteris. Hæc Nonius.
 Eruum, & Erullia à Græco sunt dicta, quia illi eruum ερωω & erullia ερωωω appellanti. Festus.
 Eryannos] ερωωω, Aëolids fluminis, de quo Plinius lib. 5. cap. 30.
 Erycinus] Gracchi seruus fuit, qui domino agenti, eburneola fistula modos incinebat, ut refert Cæl. lib. 9. cap. 1.
 Erycus] pen. cor. Mons est Sicilia Ciceroni 4. Verr. 1. 4. Itaq; apponit qui petat Veneri Erycinæ illam hereditatem. non enim Quæstor petiit (ut est consuetudo) is qui Erycum montem obtinebat, &c. In hoc monte celebre templum habuit. Venus: unde Erycina est appellata. Horat. 1. Carm. ode 2. 7. Straboni lib. 6. scribitur Eryx mons. Vide Eryx.
 Templum Erycina. Stat. 1. Syllu. 2. 32.
 Erymanthus] ερωωω, Est mons syluosus Arcadiæ, ubi ingentè aprum Hercules cepit. Est etiam fluuius ab illo monte in Alpheum defluens. Plin. lib. 4. cap. 6. Erymanthi montis

mittit Virg. lib. 6. Aeneid. 161,
 Fixerit eripedem ceruam licet, aut Erymanthi
 Placuit nemora, &c.
 Monstrifer Erymanthos. Stat. 4. Thebaid. 60.
 Denſa iuga Erymanthi. Senec. Herc. ſuren. 4. 5.
 Nigrae ſyluae Erymanthi. Horat. 1. Carm. ode 2. 1. 2.
 Cupreſſifer Erymanthos. Ouid. epiſt. 9. 18.
 Phocajcus Erymanth. Ouid. 2. Metam. 49.
 ¶ Erymanthaeus (ἐρυμανθῆος) Adiectiuum: ut, Monſtrū Erymanthaeum. Valer. 1. Argon. 76. De apro Erymanthaeo.
 ¶ Erymanthius (ἐρυμανθῆος) Aliud Adiectiuum: ut, Aper Erymanthius. Cic. 6. Verr. 86. Idem 4. Tuſc. 7. 7. trationne cenſes conſiſſiſſe cum Erymanthio apro, aut leone Nemeaeo?
 Peſtis Erymanthia: id eſt aper, quem in Erymantho Hercules interfecit. Silius lib. 3. 8.
 ¶ Erymanthis, idos (ἐρυμανθῆος) Patronymicum, Arcadia. Ouid. 2. Metam. 100.
 Nexilibusq; plagis ſyluae Erymanthidos ambit.
 Erymanthis uſu dicta eſt Calisto Lyaconis uxor, quae uerſa eſt in uſum, ut docet Ouid. lib. 2. Met. Stat. 9. Thebaid. 119.
 — ut forte iugis longo deſiſſa ridebat
 Venatu modo rapax ferox Erymanthidos uſae Ora ferēs.
 Erymanthidos. Id eſt Arcadice.
 Cuſtos Erymanthidos uſae, Arctophylax. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3.
 Stella Erymanthidos uſae. Ouid. 5. Triſt. eleg. 4. 2. (21)
 Erymanthia (ἐρυμανθῆος) Oppidum in Magnesia, nō longe ab Aeanthio promontorio, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 9.
 Eryngia] ſiue eryngion (ἐρυγγίον) herba aculeata mordacitate, ſpiſoſa ueluti cardus, ſatiua in cibis probatur radice tantum, quae melle cinnamomo & garyophillo cōdit. uſtuit non inuicunda eſt. Hec ex Plinio lib. 22. cap. 7. 1. Et lib. 21. cap. 15. 6. Colum. lib. 6. cap. 5. 2. Vulgus Hiſpanorum, inquit Dioſc. uocat hoc cardui genus Centum capita, à multitudine capitum in quibus ſemen reconditur: pharmacopola autem uocant Irringorum corrupte.
 Erythimum] ἐρυθίμων, Semen eſt ſefamo corporis ſubſtantia quod ammodo affine, ſed in cibo eſt inſuauius, corporiq; amentum parcius exhibet, praediſtoq; omnino eſt deterius. Vide plura apud Galen. lib. 2. de Aliment. facult.
 Eryſipelae] pen. corr. (ἐρυσιπέλας) eryſipelarum, morbus. Celfus lib. 5. cap. 26. Omnis cancer non ſolum id corrumpit quod occupauit, ſed etiam ſerpit: deinde alijs alijsq; ſignis accernitur. Nam modo ſuper inflammationem rubor ulcus ambit, itq; cum dolore procedit. ἐρυσιπέλας Graeci nominant. Apud eundē Celfum paulo poſt titulus ſic habet, Curatio eryſipelarum. Vbi forte pro eryſipelarum, legendum eſt, eryſipelatum. Video enim alijs paſſim eryſipelata genere neutro uocari ſacros ignes, utiq; à nominatio Eryſipelas, huius eryſipelatis. Non ignoro tamen quin & Celfus & Galenus diuerſum faciunt ſacrum ignē ab eryſipelate: quamuis Plinius eryſipelae interpretetur ſacrum ignem. Sed nobis de uoce tantum eſt diſceptatio.
 Eryſiceprum] Frutex. Plin. lib. 24. cap. 13. Sed & frutex humilior aequē ſpinofus in Niſyro & Rhodiorum inſulis, quem alij Eryſiceprum, alij adipſatheon, ſiue dipſacon, ſiue diachoton uocant. Optimus, qui minime ſerulaceus, rubens, & in purpuram uergens, detracto cortice. Naſcitur pluribus locis, ſed non ubiq; odoratus. Hec Plin. ubi ſupra.
 Eryſibales, Herba eſt flore luteo, folijs acanthi, bibiturq; e uino, ut uult Plin. lib. 26. cap. 13.
 Erythace] erythaces (ἐρυθῆαι) Varro 3. de Re ruſt. cap. 16. 18. Erythacen uocant, quo ſuos extremos inter ſe conglutinant, quod eſt aliud melle, propoli, itaq; in hoc uim eſſe eliciendi. Quo circa examen ubi uolunt conſiderare, cum ra-

mum aliamue quam rem oblinunt hoc admifto apifiro. Sic habent emendatiora exemplaria.
 Erythacus] Vide Erythacus.
 Erythaeus] Rex Athenarum Orythiae pater, quam Boreas rapuit, & in Thraciam abduxit.
 Erythia] ἐρυθία, Plin. lib. 4. cap. 22. inſula in mari Gaditano, quaſi ſic nominatam dicit, quoniam Tithy ab origine eorum orti ab Erythreo mari ſerebantur. Tum ſubdit, in hac Geryones habitaffe à quibusdam exiſtimantur, quorum armenta Hercules abduxerit. Sunt qui alia eſſe eam & contra Luſitaniam arbitrantur, eodemq; nomine quondam ibi appellatam. Hec Plin. Vide Melan. lib. 3.
 Vbi ſcribitur in omnibus ſere codicibus apud Ouid. Erythraides boues, ibi legendum uidetur, Erythraides ab Erythra, ſiue Erythea hac Gaditana inſula, patria Geryonis, cuius meminit Steph. & Strab. lib. 3.
 Erythibius, Apollo culcus eſt apud Rhodios, quoniam Erythra ben appellant ipſi, quam ἐρυθία alij, id eſt rubiginem, cui arcendae hunc deum praeficiebant. Author Ca. lib. 6. cap. 7. & Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 13.
 Erythra] ἐρυθρα, Vulgò Cabobianco, Ciuitas Aſiae, nō longe à Chio, ex qua Sibylla ſuit, quam à patria Erythraeam nominauerunt: antiqua ſane mulier, & diuinatrix tempore Alexandri. Vide in diſtione ſequenti.
 Erythraea] ἐρυθραία, Sibylla eſt, de qua Seruius in illud Virgilij 6. Aeneid. 8. Deiphobe Glauci. Dicitur tamen Varro, inquit, ut Erythraeam credat ſcripſiſſe libros Sibyllinos, in quibus ſata Romana ſcripta erant: quia poſt incenſum Apollinis templum, in quo fuerant apud Erythram inſulam, inuenta ſunt carmina. Idē de eadē paulo poſt, 15. explicat ΤΥΡΤΕΣ, Sibyllina reſponſa: quae, ut ſupra diximus, inquit, incertum eſt cuius Sibyllae fuerint: quanquam Cumanae Virgilius dicit, Varro Erythraeae.
 ¶ Erythraea (ἐρυθραία) Regio ex qua Hercules armenta bouum abduxit in Italiam. Propert. lib. 4. eleg. 10. 1. de Hercule & morte Caii,
 Amphitryoniades qua tempeſtate iuuenos
 Egerat à ſtabulis ò Erythrae tuis, &c. Opinor legendum eſſe Erythraea pro Erythra.
 Erythraeis, Erythraeidos (ἐρυθραῖος) ut omnes ſere codices habent, Patronymicum: ut, Erythraeis praeda. Ouidius 5. Faſtorum, 130,
 Victor abit, ſecumq; boues Erythraeida praedam
 Abſtrahit.
 Erythraeides boues. Ouidius 1. Faſt. 109. Lego potius Erythraeidas.
 Erythraem mare] ἐρυθραῖα θάλασσα, quod rubrum dixere noſtri, Graeci Erythraei, à rege Erythra, aut, ut alij, ſolis reſpercuſſu talem reddi colorem exiſtimantes: alij ab harena terraq; alij tali aequae ipſius natura. Plin. lib. 6. cap. 23.
 Gemma Erythraea. Claud. Paneg. 7. 121.
 Lapilli Erythraei, Vniones. Stat. 4. Sylu. 6. 4,
 Nox & Erythraeis Teibydis ſignanda lapillis
 Et memoranda diu. Prouerbialiter dictum.
 Littus Erythraem. Tibull. lib. 3. eleg. 3. 4.
 Smaragdi Erythraei. Claud. 4. Paneg. 113.
 Erythraicon] Altera eſt Satyrj herbae ſpecies, ſemine uiticis maiore, leui, durae radice, cortice rubro intus album includente, ſapore ſubdulci. Inuenitur ſere in montioſis. Hec Plin. lib. 26. cap. 10.
 Erythris] Aleos annis pilos gignit in corporibus. Plinius 34. cap. 2.
 Erythrocomos] Punici mali ſpecies, cuius meminit Plinius lib. 13. cap. 19.

Erytini]

E. ytni] piſces ſunt, qui uuluaſ habere creduntur, in quorum nimirum genere nō ſit mas, quum omnes ouis grauidae capiantur. Author Plin. lib. 9. cap. 52. & cap. 16. eodem lib.
 Erythrodanum] ἐρυθρόδανον, Herba eſt, rubram habens radicem, qua tinguntur lane. Latini Rubiam appellant. Vulgus Garenciam. Vide Plin. lib. 24. cap. 11.
 Erythros] ἐρυθρός, Frutex, alio nomine Rhus appellatus, cuius folio coriarij in condeplandis pellibus utuntur: unde & excoriarium fruticem quidam appellant. Vide Plin. libro 24. cap. 11. Galli Virmam uocant.
 Erythrotaones] ἐρυθρότανες, Ex aſſerum genere uolucres, in quibus uitor excitius, abſolutaq; nigritia, & in ſupericilijs cocci rubor: ita dicti, quaſi ἐρυθροί τανώνες, hoc eſt, rubri pauones.
 Eryx] huius erycis, pen. corr. (ἐρυξ) Brute & Veneris filius: ſecundum alios, Neptuni & Veneris. Hec Seruius in illud Virgilij 5. Aeneid. 5,
 — nec littora longe
 Fida reor fraterna Erycis, portusq; Sicanos. Idem in illud 1. Aeneid. 115,
 Siue Erycis fines, regemq; optabis Aecſtum. Eryx (inquit) Veneris & Brute filius ſuit, qui occiſus ab Hercule, monti ex ſepultura ſua nomen impoſuit, in quo matri fecerat templum: quod Aeneas adſcribit poeta, dicens,
 Tum uicina aſtris Erycino in uertice ſedes
 Fundatur Veneri. In hoc autem monte dicitur Anchifeſ ſepultus: licet ſecundum Catonem in Italiam uenerit.
 Caſtibus fractus ſuis Eryx. Senec. in Herc. ſuren. 6. 30,
 Ipſius opus eſt caſtibus fractus ſuis
 Eryx, & Eryci iunctus Anteus Libys, Ipſius opus, ſubaudi Herculis. Nam Eryx in Sicilia regnans, uir corporis praefans uiribus, legem hoſpitibus dederat, ut cum ipſo caſtibus certarent: qui tandem ab Hercule redeunte ex Hiſpania uictus occubuit, & in ſummo montis propinqui Drepano ſepulturae datus, monti nomen dedit.
 Terga Erycis, Caſtus. Virg. 5. Aeneid. 83.
 Acer Eryx. Virg. 5. Aeneid. 80.
 Alnus Eryx. Ouid. 2. de Arte amandi.
 Zephyro ſemper apertus Eryx. Ouid. 4. Faſt. 96.
 Aeneas germanus Eryx. Virg. 5. Aeneid. 82.
 ¶ Erycinus, pen. prod. Adiectiuum: ut, Concha Erycina. Proa pert. lib. 3. eleg. 13. 2.
 Littus Erycinum. Virg. 10. Aeneid. 7.
 Vertex Erycinus. Virg. 5. Aeneid. 151. Horat. ode 2. 6,
 Siue tu mauiſ Erycina ridens.

E

E[chi] ιαχί, Vna ex tribus religioſioribus Iudeorum ſectis, quae omnino tres erant, teſte Joſepho, Phariſaeorum, Eſaeorum, & Sadduceorum. Ex his Eſei, uxoribus & uino, & carnibus abſtinebant, quotidi. cumq; ieiunium uertebant in naturam. Meminit Alexan. ab Alexan. libro 6. cap. 12. Plinius Eſſenos uocat.
 Elalon] ſeu potius Aeſalon (αἰαλαών) Auis eſt ex accipitrum genere, perpetuum cum uulpe bellum gerens. Plin. lib. 10. cap. 74. Aeſalon uocatur parua auis, onda corui frangens, cuius pulli inſeſtantur à uulpibus. Inuicē hac cautilos eius ipſamq; uellit. Quod ubi uiderint corui, cōtra auxiliantur, uelut aduerſus communem hoſtem.
 Elar] ἐλαρ, Aegyptiorum, qui Pſammethicum ſugerunt, oppidum, dierum duodecim iunere à Meroe diſtans, in quo produntur annis trecentis habitaffe. Author Plinius libro 6. cap. 30.
 Elau] Nomen filij Iſaac, qui & Edom, hoc eſt, ruſus, & Seir, quod pilofum ſignificat, appellatus eſt.
 Theſauri pars 2.

Esbonitae] Populi, de quorum nomine & Catabanum, & Scenitarum Arabia illa ſterilis uocatur, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 10.
 Eſca] Arabiae ciuitas, quam Gallus, Auguſti Caſaris legatus in Arabia diruit, auctore Plin. lib. 6. cap. 28.
 Eſca] huius eſcae (ἐſκα) ab edendo dicta, ſignificat cibum hominum, ac ceterorum animalium. Plinius Moſtellaria, 7. 2,
 Melius hoc anno nōn mihi ſuit domi,
 Nec qui eſca una ſibi me demeruerit magis.
 Contemptiſſimae eſcae. Vide Contemno.
 Dulcis eſca. Virg. 4. Ouid. 2. Amorum, eleg. 19. 6.
 Simplex eſca. Horat. 2. Seru. Satyr. 2. 15.
 Temperatae eſcae, modicae; potiones. Cicero 1. de Diuinatione, 188.
 Hoc eſt eſca mihi. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 7.
 Conſicere eſcas. Vide Conſicio.
 Veſci eſcis. Cic. 2. de Nat. deor. 183.
 Eſcis & potionibus non ueſciuntur dij. Cic. 2. de Nat. deor. 84,
 Eſca, paſtus & cibus animantium. Cic. 2. de Nat. deor. 238,
 Sus uerò quid habet praeter eſcam?
 Ignis eſca. Liu. 5. bel. Pun. 18.
 Eſca, Quae datur auibus piſcibusue ad decipiendum. Cic. de Senect. 40. Diuine enim Plato eſcam malorum uoluptatem appellat, quod ea uidelicet homines capiuntur, ut hano piſces.
 ¶ Eſcalis, & hoc eſcale, pen. prod. Paulus in l. cum quidam. ff. ſuppell. leg. Eſcale autem uel potiorum argenti non debent.
 ¶ Eſcarius, adiectiuum (ἐſκαριος) Quod ad eſcam pertinet: ut, Eſcaria uafa. Plin. lib. 36. cap. 26. 8.
 Vincula eſcaria. Plaut. Men. 3. 18.
 Eſcariae menſe, quadratae uocantur, uel in quibus homines epulantur. Feſtus Pom.
 ¶ Eſculentus, Adiect. (ἐſκλήντος) Quod ad edendum pertinet, uel quod edi poteſt. Cato, uel de liberis educandis, Fortunaffe illos non natura praefare, ſi quid his datum ſit eſculentū. Cic. 2. de Nat. deor. 186. Atq; ita eligere ex ijs quae ſunt eſculenta.
 Eſculenta anim. dia. Quibus ueſcimur. Plin. lib. 8. cap. 55. 3.
 Eſculenta fruſtra. Cic. 2. Philip. 7. 4.
 Eſculenta merx. Col. lib. 11. cap. 3. 40.
 Eſculento ore homo, cuius os plenum eſt eſca. Plin. lib. 8. cap. 25. 2. de crocodilo.
 ¶ Eſculentum, abſolute, pro eſca ipſa. Cic. 2. de Nat. deor. 212. Iam guſtatus, qui ſentire eorum, quibus ueſcimur, genera debet, habita in ea parte oris qua eſculentis & potentis iter natura pateſcit.
 Nihil eſculenti. Plin. lib. 10. cap. 10. de miluis.
 ¶ Eſco, as, eſcare. Solinus cap. 53. ad finem. Noceri eis, omnibus quidem locis neſis ducunt, ſed in Theſſalia uel maxime, ubi ſerpentum immanis copia eſt: quos dum eſcandi gratia inſeſtantur, regionibus Theſſalicis plurimum mali detrahunt. De ciconijs.
 Eſcamus] ἐſκαμος, Maeſiae flumen, ex Hemò profluens, ut Plin. docet lib. 3. cap. ult.
 Eſchara] ἐſχαρα A Graecis dicitur cruſta, ſiue durities illa, quae uulneribus per cauteria quaedam induci ſolet, quum ſanguis aliter ſiſti non poteſt. Cornel. Celf. medic. lib. 5. Poſt excuſtionem puris ulceris, ſuperponende ſunt, quae cruſtas à uiuo reſoluant. Eas ἐſχάραι Graeci uocant.
 Eſcharites] ἐſχάρτης, Panis genus eſt de craticula ſic dicta, apponi ſolitum ſub coenae finem. Hinc Plaut. Eſcharulas mulieres. appellat, de panificij ratione. Huius meminit Athenaeus. Cel. quoq; Rhod. lib. 26.
 Eſcharotica] medicamenta dicuntur cauſtica, quae uim habent

h 2 bent

bent ofebaw, hoc est, crustum inducendi. Gal. lib. 5. de Simpl. medic. facult.

Escua] *Escua*, Hispanie ciuitas in Tarraconensi provincia inter Betim flumini & Oceani oram in mediterraneo sita. Author Plin. lib. 3. cap. 2.

Esculus] Vide Aesculus.

Esermini] Populi in quarta regione Italiae à Plinio collocati lib. 5. cap. 12.

Esionenses] *Esionensis*, Populi Asiae, quorum meminit Strabo lib. 13. quem uide.

Esis] Italiae fluius, non procul à Rauenna. de quo Plin. lib. 3. cap. 13. in ora (inquit) flumen Esis, Senogallia, Metaurus fluius, &c.

Esperia] *Esperia*, Dies celebris & festus Athenis fuit, in quo omnes, qui in magistratu erant, procedebant, unde & nomen fuit. Hanc uero anni primam diem Athenienses existimabant. Meminit Demosthenes in oratione *Ἐσπερίων*.

Esito] Vide Edo, es.

Esopis] *Esopis*, Ciuitas in Locris, in quodam montis supercilio sita, ut refert Strab. lib. 6.

Esopon] *Esopon*, Lactuce genus in aruis nascens, cuius folia trita, & cum polenta illita uulneribus medentur, ut scribit Plin. lib. 20. cap. 7.

Esos] Piscis est Rheno flumio peculiaris, magnitudine insigni, ut refert Plin. lib. 9. cap. 15.

Esquilæ] Vide Exquilæ.

Esse] In finitimus à Sum, es, est. Vide Sum.

Esse] In finitimus ab Edo, es. Vide Edo.

Essedones] *Essedones*, teste Plin. lib. 4. cap. 12, Populi sunt Asiae utramq; Scythiam incolentes, super Maolim lacum, non procul à Rhipæis montibus, quibus, teste Herodot. libro 4. hist. mos fuit parentum funera cantu prosequi, & congregatis proximis, cadauera ipsa, pecudum admixtis carnibus, comedere: os autem capitis, quod cranium uocamus, auro cingere, & ad poculi usum asseruare.

Essedum] *Essedum*, pen. corr. n. g. (*Ἐσσηδου*) Vehiculi genus, Galorum Britannorumq; apud Belgas primò reperit. Et propebri effedam in equo. Cic. Att. lib. 112. 6. 5. Hic Vedius uenit mihi obuiam cum duobus essedis & rheda equis iuncta, & lectica, & familia magna. Idem in Antonium, Philip. 2. 71, Vehedatur in essedo Trib. pleb. Virg. 3. Georg. 4, Belgica uel molli melius feret esseda collo. De equo. Britannia esseda. Propert. lib. 2. eleg. 1. 16.

Multisonora esseda. Claud. de mulabus Gallicis, 10. 4.

Esseda festinant. Horat. 2. epist. 1. 39.

Trahit equus esseda. Silius lib. 3. 69.

Esseda, etiam genere feminino legitur apud Senecam, epist. 57, in ijs, que me sine auocatione circumstrepunt, essedas transcurrentes pono.

Essedarius, essedarij (*Ἐσσηδαῖος*) Qui esseda regit. Cic. Trebatio, lib. 7. 6. 4. Tu qui ceteris cauere didicisti in Britannia, ne ab essedarijs capiaris, caueo. Cæs. bel. Gall. 5. 58, Equites hostium, essedarij; acriter praelio cum equitatu nostro in itinere confixerunt.

Essentia] *Essentia*, Quintil. lib. 8. cap. 3, Quorum dura quadam admodum uidentur, ut ens & essentia, que cur tanto pere aspernemur, non uideo: nisi quod iniqui iudices aduersus nos sumus: ideoq; paupertate sermonis laboramus. Idem lib. 2, Et hæc interpretatio non minus dura est, quam illa Plauti essentia atq; entia.

Estæotis] *Estæotis*, Thessalie pars, continens occiduas regiones, & que intra Pindum, Macedoniamq; superiorem sunt. Vide Strab. lib. Geograph. 9.

Estimo] Vide Aestimo.

Estio] Vide Sum.

Estor] *Estor* (*ἔστωρ*) Clauus est, quo temoni coaptatur iugum. Meminit in Alexandro Plutarch. & Rhod. lib. Antiq. lect. 2. 6. cap. 5.

Estrix] Vide Edo, es.

Estubiani] Populi inter Alpes à Romanis superatos numerantur à Plin. lib. 3. cap. 20.

Estubopes] *Estubopes*, Rex Colchorum fuit, qui terram uirginem nactus, plurimum auri, & argenti eruisse dicitur in gente Sannorū, & alioquin uelleribus aureis inclito regno: Sed & illius aureæ cameræ, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ atq; parastatæ, uisito Sesostris Aegypti rege, tam su perbo, ut prodatur annis quibusq; sorte reges singulos è subiectis iungere ad currū soliuus, sicq; triumphare. Verba sunt Plinij, lib. 33. cap. 3.

Esturio, Esturritio, Esturitor] Vide Edo, es.

E T

Et] *Et*, Coniunctio copulatiua, atq; ideo à Græcis enclitica appellata: coniungit enim duos casus inter se similes: ut, Cicero eloquens fuit & philosophus. Cic. pro Cluent. 69, Quod tum explosum, & eiectū est, nunc retulisse demior.

Et, duo substantia ad eandem pertinentia diuidens: ut, Molem & montes, pro Molem montis. Virg. 1. Aeneid. 13. Sic ibidem 23, In uada & Syrtis, pro, In uada Syrtium.

Et duplicatur interdum, ac Completiuus est in diuersis rebus: ut, Te admirantur & ciues & hospites. Virg. 1. Aeneid. 2, —multum ille & terris iactatus, & alto. Terent. Eun. 1. 1. 27, ò indignum facinus, nunc ego & illam celestem esse, & me miserum sentio: Et tædet, & amore ardeo. Cic. pro Qu. 2. Homo & in alijs causis exercitatus, & in hac multum & sepe uersatus. Et copiose & grauius dicere. Cic. pro Cælio, 21. Et multiplicatum. Horat. 1. epist. 7. 12, Et properare loco, & cessare, & querere, & uti Gaudenti paruisq; sodalibus, & lare certo, Et ludis, &c. Cicero 1. Off. 154, Quod in Catulo & in patre & in filio, itemq; & in Qu. Mutio Mancino uidimus.

Que & Et iunguntur. Cic. 5. Tus. 109, Academicis balbutire desinant, aperteq; & clara uoce audeant dicere, &c. Et causalis, pro etiam: ut Virg. 2. Aeneid. 87, —quorum Iphitus æuo iam grauior, Pelias & uulnere tardus Vlyssi. Virgilius, Natus & ipse dea. Ex Valla lib. 2.

Et, interrogatiua, seu expletia. Virg. 1. eclog. 6, Et que tanta fuit Romam tibi causa uidendi? Et indignatiua, ut apud Græcos *ἔτι*. Virg. 1. Aeneid. 11, —quisquam numen Iunonis adoret Præterea? Id est, An iustum uideretur, & cetera.

Et, confirmatiua. Virg. Et dubitamus adhuc uirtutem extendere factis? Cic. Attico, lib. 10. 202. 4, Et dubita, si potes, quin ille, seu uictus, seu uictor redierit, eadem facturus sit? Et, deseruit etiam affectui, & quasi interrogandi uim habet. Cicero pro Milone, Et sunt qui de uia Appia loquantur, taceat de curia? Valla lib. 2.

Et, pro, Id est. Plautus. Annos natus sexaginta, & senex. Et, pro Nam, uel Quia. Virg. Audieras, & fama fuit. Quintil. lib. 1. cap. 1, Has primū audiet puer, harum uerba effingere imitando conabitur: & natura tenacissimi sumus eorū que rudibus annis percepimus. Terent. Eun. 2. 2. 60, Non temere est, & properans uenit. Ex Valla lib. 2. Et, plerunq; sententiarum initijs competit. Quint. Et finitæ quidem sunt partes due: quas hæc professio pollicetur. Ex Valla lib. 2.

lib. 2. Terent. Phorm. 1. 3. 19, Et si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi est, tum senties. Vbi Donatus, Et modò non con nexiua, sed inceptiua coniunctio est.

Et, pro Deinde, ordinandi aduerbio. Virg. —corpūq; lauāt frigentis, & ungit. Id est, deinde ungit.

Et, pro Quamuis. Cic. Defendi legem Vocontiam magna uoce, bonisq; lateribus, & uidetis annos meos. Id est, quamuis sim ita senex. Valla lib. 2, Et uidetis annos meos, Ac si dixisset, Defendi legē Vocontā iuuenili uoce, atq; lateribus, & uidetis annos meos, & sum ita senex. Locus Ciceronis de Senectute, 14, quo loco, hæc uerba, Et uidetis annos meos: non le guntur in emendatioribus cōdicibus.

Et, subauditum ante Si. Terent. Eunuch. 5. 2. 2. 6, —nam si ego digna hac contumelia sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen. Id est, etsi ego digna.

Et id scio, Quasi dicat, inquit Donat. nihil est. Ter. An. 2. 2. 11.

Et, pro Si non. Terent. Adelph. 3. 4. 8, Et si facient que illos æquum est, hæud sic auferent. Ita legit Donatus: ubi in omni bus ferè exemplaribus legitur solum si, sine &.

Et, pro Sed etiam. Terent. Adelph. 5. 5. 5, Seruum haud illiberalem præbes te, & tibi Lubens bene faxim. Donatus, Et adiectum est, ut ostendat hanc esse sententiam, Non solum te laudo, sed etiam inuoc: illud dicendo, hoc faciendo.

Et, pro Similiter. Horat. 2. Carm. od. 13. 1, Ille & nefasto te posuit die Quicunq; primum, & sacrilega manu, &c. Illum & parentis crederem sui Fregisse ceruicem, &c. Et redundans. Virg. 1. Aen. Multa quoq; & bello passus. Et ille, pro Tunc. Var. 1. de Rust. cap. 49, Dic, inquit Agrius de fructibus maturis capiendis. Et ille, primum de pratis summissis, &c.

Et certe. Terent. Eun. 5. 6. 4, Sed estne ille noster Parmeno? & certe ipse est. Cic. pro Marcel. 3, Et certe in armis, militum uirtus, locorum opportunitas, &c. multum iuuant.

Et profecto, aut hoc remedium est ægrotæ ac propè desperatæ Reipub. Cic. 1. Ver. 38.

Et ecce. Virg. 5. Aen. — ecce Cloanthum Respicit instantem tergo.

Et hercle. Cic. de Amic. 35. Et hercle ita fecit: uel plus etiam quam dixit.

Et non, pro Ne quidem. Cic. in Topic. 27, Non & legatum ar gentum est, & non est legata numerata pecunia.

Et etiam, in his duobus uidetur compositionis quædam incōcō m nitas: ideoq; aliquid solet interponi. Cic. Pæto, lib. 9. 23. 2, Vt & te uiserim, & cœnarem etiam.

Et, & etiam. Cic. Pæto, lib. 9. 25. 6, Authoritate tua nobis opus est & consilio, & etiam gratia.

Et item. Lucret. lib. 2. 117, Et superantur item.

Et iam, Virg. 1. Aen. 4. 6, Et iam finis erat, quum, &c. Idem 4. Aeneid. 117, Et iam prima nouo spargebat lumine terras. Quippe etenim. Lucret. lib. 2. 111, Quippe etenim suntant oculi, &c.

Et quidem. Cic. de Amic. 67, Rarum genus, & quidem omnia præclara rara. Idem, 1. Acad. 2. 5, Et eam quidem plenam ac refertam.

Et id quidem, in principio periodi. Cic. 1. Offic. 5. Et, sequente parenthesi cum Vt. Cic. de Amic. 65, Tales igitur amicitia sunt remissione usus leuandæ: & (ut Catonem dice re audiri) dissuendæ magis, quam discindendæ sunt.

Et quod. Terent. Eunuch. 1. 1. 19, Et quod nunc tute tecum iratus cogitas, &c.

Thefauri pars 2.

Et quod dicendum nunc fiet. Id est, Et ut uerum dicam: uel, Quod iam dicendum sit, id quod res est. Terent. An. 2. 6. 23.

Et sepe aliàs & maxime. Cic. 1. de Orat. 20, Quorum pater homo prudens, & grauis, haud quanquam eloquens, & sepe aliàs & maxime Censor saluti Reipublicæ fuit.

Et tamen. Lucret. lib. 2. 67, Et tamen est quidam locus altis montibus, &c.

Et uerò. Cic. Attic. lib. 16, Sepe præsens & illi ostendisti, & uerò etiam mihi.

Etaxalos] *Etaxalos*, Insula est iuxta sinum Persicum, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 28.

Etæra] *Etæra* (*Ἐταῖρα* & *Ἐταῖρος*) Id est, amica Venus, ab Atheniensibus colebatur, ut Apollodorus scribit. Meminit & Hesychius. Sic uerò appellata est, quod amicos & amicas cō iungeret. Eualces uerò in Ephestiacis prodidit, in Samo tēpla edificata Veneri Etære, qd' & Athenæus repetit in Cœnis.

Etearchus] *Etearchus*, Oaxi ciuitatis Creticæ rex fuit, qui amissa uxore, filia sua Phronimæ nouercam sup erinduxit: quæ domū ingressa, ut erat, ita re ipsa se nouercam præstitit, cum lædendo, atq; omne iniuriarū genus excogitando, tum ad extremū impudiciam impingendo. Etearchus criminatio nibus uxoris fidem habens, Temisonem quandam Theæ reum iururando astringit, ut acceptam Phronimā in mari demergeret. Qui quum se neq; Etearchi crudelitatis minis trum præbere uellet, neq; rursus iururandum uiolare, re uinctā funibus puellam demisit in pelagus, eaq; subito retracta, Theæam peruenit, ubi Polymnestus uir inter Theæcos spectatus, in concubinatū Phronimam accipit, qui ex ea Bac tum genuit, Cyrenarum in Africa conditorem. Author Herod. lib. 4.

Etenim] pen. corr. (*ἔτι* & *ἔτι*) pro Quia uel certe. Plaut. Amph. 3. 2. 6. Terent. Ana. 2. 6. 9, Etenim eam secum rem recta reputabit uia. Cic. 6. Ver. 13, Etenim est primus ciuitatis. Et 7. Ver. 143, Etenim tacite magis, &c.

Etenim, Similiter etiam. Terent. Eunuch. 5. 9. 44, Et libenter uiuis, etenim bene libenter uicitas. Horat. lib. 2. Satyr. 5. 13, Diuinare etenim magnus mihi donat Apollo. Etenim dicere bene nemo potest, nisi qui prudentes intelligit. Cic. de clar. Orat. 12, Etenim, mulieres? id est, quod uulgo dicitur, de mulierib. quidè Plaut. Most. 10. 21, Etenim, pro At. Terent. Phorm. 5. 8. 96, Asssequere ac retine, dum ego huc seruos euoco. c. Etenim nequeo solus, accurre huc. Etenim, pro Nunc. Cic. 5. Ver. 42, Etenim quoniā summam & numerum iniuriarum iudices, uobis non possum exponere. Etenim uero, pen. prod. Plaut. Amph. 4. 112, Etenim uero quoniā formam cepti huius in me & statū, &c. Etenim quoniam, pro Namq; quoniā. Cic. 1. de Fin. 4. 6, Etenim quoniam detractis de homine sensibus reliquit nihil est, &c. Etenim si. Cic. 4. Ver. 106, Etenim si C. Verres, &c. Etenim deinceps uideamus, Herbitensis ciuitas honesta, &c. Cic. 5. Ver. 63.

Eteobutadæ] *Eteobutadæ*, Viri fuere nobiles & perillustres Athenis, à Bute sacerdote propagati, ex qua familia sacerdotes producebantur, umbellamq; ferre soliti erāt, unumquensq; summo nentes tacite, tempus edificandi, & tectum aliquid sibi sruendi iamiam appetere. Ex Cæl. Rhod. lib. 14. cap. 13.

Eteocles] Vide Ethéocles.

Eteocretes] *Eteocretes*, Peloponnesi populi, Australè oram incolentes, quorum Prastum est pusillum (anè oppidum, ubi Dictæi tonis phanum extat. Vide Strabo. lib. 10.

h 3 Etefiacæ]

Etefiaca] Vnū genus est fallax, quae quo plus tulit, eo laudabilius fundit: mirumque fecunditate cessat. Author Plin. lib. 14. cap. 3.

Etefiaca] *ετφεα*, Venti qui certo anni tempore flant, quos Strabo lib. 3. sub solanos uocat, hoc est, Euros. Hi quotannis in uigore estatis perflant x. diebus post Caniculæ exortum. Dicitur Etefiacæ, id est anni, *ετφε* enim annus, *ατφε* annuus: quod ex omnibus uentis hi maximè stati sint, et singulis annis eodem tempore redeant. Cic. ad Attic. lib. 6. 118. 2. inde quàm primū Athenas, et si Etefiacæ ualde reslant. Cicero 2. de Natura deorum, 198. Et rursus Plinius lib. 5. cap. 9. 11.

Dies Etefiarum. Cic. Bruto, 15. 7.

Veliferæ Etefiæ. Senec. in Thyeste, 2. 2.

Moranur Etefiæ aliquem. Cic. Celio, lib. 2. 14. 10.

Etefius, Adiectiuū. (*ετφε*) ut, Flabra Etefiæ. Lucret. lib. 6. 147. De Etefijs uentis, uide eundem paulo antè, lib. 6. 144.

Ethan: on] *εθανον*, V. s. is æni genus est, quo Aegyptij uis consueuerunt. Nun, tēst Athenæo, in Aegyptiorum omnibus penè donibus, tria erant uasq. aenea, cyathus, phiala, et ethanon.

Ethecusa] Insula est in ora Cariae, non procul ab Argijs insulis. Plin. lib. 5. cap. 31.

Ethelcum] *εθελκου*, Fluuus minoris Asiae, olim Troadis et Myrsæ terminus, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. ult.

Ethelontes] *εθελοντες*, Thebanis dicebantur histriones, qui comico in lusu, cuius apud eos frequens erat usus, operam nauabant. Hos Lacedæmonij Dielictas nuncupabant. Author Cæli. lib. 6. cap. 17.

Ethemom] pen. corr. Nomen uiri propriū, de quo Virg. lib. 10. Aen. 2. 6. meminit, quum ait,
Et clarus Ethemom Lycia comitatur ab alta. Nisi forte legendum quis putet apud Virgil. Clarus et Ethemom. Quidam tamen primam corripuit, secunda producit, 5. Metam. — instabat parte sinistra
Chaonius Molpheus, dextra Nabatheus Ethemom.

Etheocles] pen. corr. (*εθεοκλης*) filius Oedipi: regis Thebarum, qui cum Polynice fratre suo ita contenerat, ut alternis annis regnarent. Sed Etheocles anno finito, fratri regno cedere noluit. Quare Polynices Adrastum regem Argiuum socerum suum, et alios principes Achææ armauit contra Etheoclem. In quo bello quum multi utrimq. occisi essent, tandem fratres ipsi mutuis se uulneribus confecerunt. Quorum cadauera quum rogo essent imposita, flammæ diuise sunt, tanquam illorum pondum cessarent odia. Statius in Thebaidæ. Sed rectius sine aspiratione scribitur Etheocles. Id quod aperte docet ipsa compositionis ratio. Nomen enim habet à uera gloria. *εθεος* uerus dicitur.

Etheoclis nefas. Stat. 3. Thebaid. 4. 2.

Sexus Etheocles. Stat. 12. Thebaid. 12.

Etheistus] lapis mortuorum. Plin. lib. 36. cap. 22.

Ethice] ethices, pen. corr. scem. gen. (*εθικες*) Pars philosophiæ ad mores pertinet. Cic. de Fato, 1. Quia pertinet ad mores, quos *εθικες* Greci uocant, nos eam partē philosophiæ De moribus, appellare solemus, sed decet augmentem linguam Latinam, nominare moralem.

Ethicus, pen. corr. Adiect. (*εθικος*) qui circa naturalia, siue moralia uersatur. Cic. in Orat. 70. Quod Greci *εθικος* uocant, ad naturam, et ad mores, et ad omnem uitæ consuetudinem accommodatum.

Ethnicus] pen. corr. (*εθνικος*) Latine dicitur gentilis.

Ethologus] pen. corr. (*εθολογος*) Morum effictor. Cic. 2. de Orat. 134. Minorum est enim ethologorum, si nimia est imitatio, sicut obscenitas, et c.

Ethologia, Quint. lib. 1. cap. 9. 3. Ethologia personis continetur.

Eti. Est autē morum, ac affectuum cuiusq. personæ effectio.

Ethopœij] *εθιοπεις*, inquit Budæus, idem sunt, ut opinor, atq. ethologi: id est, histriones qui mores imitantur eius personæ quam sustinent, auctore Suida. Vnde Ethopœia Quintilianus lib. 9. id est, morum alienorum imitatio. cuius exemplum licet apud eundem uideri. Meminit et Priscianus in præexercitiamentis.

Ethruuria] Vide Hetruria.

Ethruscus, Adiect. ut, Pontes Ethrusci. Tibul. lib. 3. eleg. 5. 1.

Ethusa] olim insula fuit in mari Myrtoeo, quæ deinde contenti apud Myndum accreuit. Plin. lib. 2. 6. cap. 89.

Etiā] coniunctio (*ετι*) pro Quoq. Cic. de claris Orat. Voce, motu, forma etiā magnifica.

Quoq. etiā. Terent. Hecyra, 5. 1. 7. Ego pol quoq. etiā timida sum, quum uenit mihi in mentem quæ sim.

Stultus atq. etiā insanus. Horat. 2. Seru. Satyr. 3. 61.

Etiā, Adhuc. Terent. And. 1. 1. 89.
Egomet quoq. eius causa in finis prodego,
Nihil suspicans etiā mali. Ibidem, 3. 2. 23.
Non satis me pernocti etiā qualis sim, Simo. Donatus.

Adhuc etiā. Cic. 5. Verr. 168. Sed fortasse adhuc in nullo etiā iudicatum.

Aut etiā. Cic. 1. de Orat. 85. Quinqueremes autem, aut etiā maiores gubernare didicisse.

Post etiā. Cic. 1. de Orat. 84. Ceteros uerò non dubitabo primū meritis condemnare sententia mea, post etiā impudentiæ iam nunc, mox etiā. Horat. 2. epist. 1. 2. 6.

Primum, mox etiā. Horat. 2. Epist. 1. 19. — aspice primū, et c.
Mox etiā, si forte uacas, sequere, et c.

Etiā minus. Horat. 1. Epist. 19. 23. Sit mihi quod nunc est etiā minus, et c.

Etiā, non solum. Liu. 3. ab Vrbe, Interim Hernici, Latiniq. pudore etiā, non misericordias solum moti.

Si ulla ratione etiā nunc efficere potes. Cic. Att. lib. 8. 164. 2.

Etiā, hortantus. Terent. And. 5. 2. 8. Etiā tu hoc respondes? Vbi Donatus, Etiā aut hortatio est, aut cōiunctio. Seruius Sulpitius, Etiā tu ab hisce rebus animum ad cogitationem tuam aduoca.

Etiā, responsio pro Ita. Plin. lib. 4. Epist. ad Tacitum, Studes inquam? Respondit etiā. Valla lib. 2.

Etiā, Præterea. Terent. And. 2. 2. 31.
Etiā puerum abiens conueni Chremis. Ibidem, 4. 1. 31.
Imò etiā, quo tu minus sis ærumas meas,
He nuptiæ non apparabantur mihi. Donatus.

Etiā, pro Et. Horat. 1. Epist. 17. 3.
He latebræ dulces, etiā (si credis) amœnæ.

Etiā, pro Quin potius. Plin. in Paneg. 129. Nullius ab eo magis gloriatus ius, nullius autoritas immutata est, aucta etiā.

Etiā, pro Contra. Cic. in Oratore, 139. Vt ea quæ utantur, non stulti homines haberi possunt, etiā plerumq. prudentes. Idem 3. Tusc. 1.

Etiā, Aduerbiū affirmantis (*ετι*) cui Non opponitur. Cic. pro Roscio Comædo, 5. Si nō, quomodo tabulas conficis? si etiā, quamobrem quum cætera nomina in ordinē referbas, et c.
Idem 4. Acad. quæst. 173. Quasi aut etiā, aut non, non modo uerum esse, sed etiā necessarium ibidem, 186.

Etiā mehercule, pro Deinde. Cic. Seruio, lib. 4. 4. 7.

Iam uerò etiā. Cic. de clar. Orat. 142. Probabilis orator, iam uerò etiā probatus, et c.

Et uerò etiā. Cic. Planco in epistolis ad Att. lib. 16. 342. 4. Et illi ostendisti, et uerò etiā mihi. Idem pro Muræna, 43.

Etiā rides? Terent. Eunuch. 5. 7. 16. Idem And. Etiā sententias loqueris carnufex?

Etiā clamat carnufex? Plaut. Amphit. 4. 222.

Etiā

Etiā negis? Plaut. Merc. 1. 6. 23.

Etiā denouo? Plaut. Amphit. 4. 24. 6.

Etiā repetit dictionem. Lucret. lib. 2. 1.
— cernere suauē est,
Suaue etiā belli certamina magna tueri, et c. Horatius 2. epist. 1. 10.

Etiā, geminatum. Virg. 2. Eclog. 2.
Nunc etiā pecudes umbras et frigora captant.
Nūc uirides etiā occultat spemeta lacertos. Idem 6. Aen. 97.

Etiā atq. etiā. Valde, summo opere. Terent. Eunuch. 1. 1. 11.
Proin iam, dum tempus, etiā atq. etiā cogita.

Quare etiā atq. etiā. Lucret. lib. 117. Idem 67.
Quare etiā atq. etiā simili ratione necesse est.

Qualem comēdes etiā atq. etiā aspice. Hor. 1. epist. 19. 17.

Diligenter etiā atq. etiā facere aliquid. Cic. 1. de Div. 12.

Etiā atq. etiā te hortor, ut, et c. Cic. Att. lib. 8. 163. 5.

Te prorsus uehementer etiā atq. etiā rogo. Cic. Quint. fratri, lib. 1. 2. 18.

Etiā sepe numero ita ponitur, ut in eo intelligatur Non solum. Cic. ad Lent. Cumq. ea contentio mihi magnum, etiā foris fructum tulisset. Hoc est non solum domi, sed etiā foris. Quasi dicat, Non solum in urbe, sed etiā extra urbem: id est, apud externos.

Etiā dum. Terent. Heaut. 2. 1. 17. Hoc ego mali nō pridem inueni, neq. etiā dum scit pater. Plin. lib. 2. 6. cap. 12. 1.

Etiāme. Terent. Eunuch. 1. 2. 63.
— sed ego quantum suspicor, ad uirginem animum
Adiect. p. n. etiāme amplius? r. nihil. Cic. ad Att. lib. 10. 203. 6. Etiāme Balbus in Senatū uenire cogit? Idem 5. Verr. 196. Etiāme frumentum pro empto gratis dare? etiāme in cellam quum cupiant gratis dare ulterò, pecuniam grandem dare? etiāme, et c.

Etiāme si. Cic. de Amic. 35. Etiāme inquam, si in Capitolium faces ferre uellent?

Etiā in super. Terent. Adelphis, 2. 2. 38.
Præterea colaphis tuber est totum caput:
Etiā in super desudat?

Non etiā. Vide Non.

Non dum etiā. Terent. Heaut. 3. 3. 35. Reperisti tibi quod placeat, an nondum etiā?

Etiānum, ponitur pro Vsq. tunc, uel Vsq. ad id tempus. Plaut. Pœn. 2. 99. Neq. quicquam cum ea fecit etiānum supriè Idem Trucul. 10. 57. — perij miser,
Iam auro contra constat filius, etiānum nihil pendit.
Varro de Re rustica, Quæ etiānum platanus nouella esset.

Etiā nunc, pro Vsq. nunc, usque ad hoc tempus. Terent. Andr. 1. 5. 47.
Memor essem? Myfis Myfis, etiā nunc mihi
Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis. De Glycærio. Cicero pro L. Muræna, 24. Homines tā ingeniosos per tot annos etiā nunc statuere non potuisse, et c. Idem in Oratore, 64. De materia loquor orationis etiā nunc, nō de genere ipso dicendi.

Quum etiā nunc in prouincia esset. Asin. Poll. Ciceroni, libro 10. 32. 15.

Etiā nunc hic stas Parmeno? Terent. Eun. 2. 3. 55.

Etiā nunc, geminatum, pro Nunc nunc, extemplo. Plaut. Aul. 4. 16. Abscede hinc etiā nunc, etiā nunc, etiā ohe istic adesto. Ibidem, 7. 77.
Quid? nunc etiā mihi respondes filiam.

Etiā quod. Plaut. Milit. 9. 83.
— si post hunc diem
Mutuero, etiā quod ego me certò sciam, et c.

Etiāsi, pro Quamuis, licet. Subiunctiuo iunctū. Cicero de A-

micilia, 83. Quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiā si tu eam minus sequutus sis. Ibidem, 86.

Facere omnia aut uoluptatis causa, etiā si eam non consequaris: aut nō dolēdi, etiā si id assequi nequeas. Cic. 5. de Fin. 32.

Etiāsi, tamen. Cic. Bruto, lib. 1. 1. 21. 8. Brianus timidi essemus, tamen omnem timorem abijceremus.

Etiāsi, attamen. Plin. lib. 7. cap. 27. Quæ mihi omnia, etiā si non prius, attamen clarius fuisse in Scipione Aemiliano uidentur.

Etiā et si. Plaut. Trin. 17. 58.
— ego ducam pater,
Etiā et si quam aliam iubebis.

Etiā tu here, isthinc amoues abs te, atq. ipse me aggredere. Plaut. Asin. 12. 124.

Etiā tum, pro Vsq. tunc, uel Vsq. ad illud tempus. Terent. Hecyra, Me educi foras; narratq. ut uirgo ab se integra etiā tum stet. Cic. 2. de Orat. 52. Omnes etiā tum etiā retinebant illum Periclis succum.

Etiā tum. Cic. 4. Verr. 67. Quum isti etiā tum de Sthenio integra tota res esset.

Etiā ut, etiā si. Cic. Att. lib. 15. 324. 2. Ille quidem periculi causa, quod sibi etiā fuisse dicit: ego autem etiā ut nulum periculum sit.

Etiāsi] *ετιαν*, Siciliæ populi, à Plinio inter stipendiarios numerati, lib. 3. cap. 8.

Etiāsi] *ετιαν*, Coniunctio, id est, quamuis, indicatiuo iungitur. Terent. And. 2. 2. 37.
Ibo, etsi hercle sepe tā me spes hæc frustrata est. Idem Heaut. 4. 1. 11. Vin' me istuc tibi (etsi incredibile est) credere? Idem Hec. 3. 4. 4. Etsi amor me grauitè cōfucudoq. tenet.
Etsi essem. Cic. de Amic. 86. Etsi illis planè orbatus essem, magnum tamen afferret ætas ipsi mihi solatium.
Etsi, cum interrogatione. Cic. Att. lib. 9. 181. 3. Do, do pœnās te meritis mee, etsi quæ fuit illa temeritas?

Etsi quāuis. Cic. Attic. lib. 16. 334. 6. Etsi quāuis nō fueris sudor et impulsor profectiois mee, approbator certè fuisti.

Etymologia] *ετυμολογια*, Latine ueriloquium interpretatur. Cic. 1. Acad. 46. Verborum etiā explicatio probatur, id est, qua de causa quæq. essent ita nominata, quam etymologia appellabant. Idem in Topic. 17. Quint. lib. 1. cap. 6. 17. Etymologia, quæ uerborū originē inquirat, à Cicerone dicta est notatio, quia nomen eius apud Aristotelem inuenitur *ετυμολογια*, quod est nota. nam uerbum ex uerbo ductum, id est ueriloquium, ipse Cicero, qui finxit reformidat.

Etymon, etymi, pen. corr. (*ετυμον*) Idem quod Etymologia. Var. 1. de Re rust. cap. 48. 2. Videtur uocabulum etymon habere à glumendo, quod eo folio deglubitur granum. De gluma loquitur.

Etymologus, pen. corr. (*ετυμολογος*) Qui rationem uerborum indagare solitus est.

E V

Euacuo] *ευακω* (*ευακω*) euacuare, Eximare significat: ut, Euacuare alium. Plinius lib. 20. cap. 6. 7. Et libro 32. capite 9. 11.

Euadne] *ευαδνη*, Martis filia ex Thebe uxore Asopi, uxor Capanei ducis, quem adeo dilexit, ut in rogum eius se miserit, et cum illius cadauere fuerit exusta. Huius meminit Virg. 6. Aeneid. 96.

Fida Euadne. Propert. lib. 3. eleg. 13. 5.

Euado] *ευαδω*, pen. prod. euasum (*ευαδω*) euadere, quasi Extra uadere, et effugere. Donatus, Euadere, est per quancunq. difficultatem ad aliquid peruenire. Plin. epist. 25. a. Cæsares, quibus suspensa, atq. etiā inuisus uirtutibus fuerat, euasit. Cicero. 4. de Finibus,

Finitibus, 106, Tamen illud in ea causa est à quo abesse uelis donec euaseris.
Ab improbis iudicibus euadere. Cic. 1. Tusc. 156.
E custodia euadere. Quint. lib. 2. cap. 17. 13.
Euadere è manibus hostium. Liu. 2. bel. Pun. 203.
Euadere è morbo. Cic. 2. de Diuinat. 20.
Euasit ex hoc aere animus. Cic. 1. Tusc. 68. Et de Senect. 73.
Euadere ex iudicio aliquo. Cic. 3. Verr. 8.
Euadere in terram. Liu. 9. bel. Pun. 140.
Euadere in tutum. Liu. 6. bel. Pun. 92.
Abijt, excepsit, euasit, erupit. Vide Erumpo.
Aliquid sicut prædictum est euadere. Cic. 2. de Diuin. 164.
Amieni euadere. Tacit. lib. 12. Hoc est, transire.
Casum euadere. Virg. 4. Georg. 97.
Claustis euadere. Valer. 7. Argon. 115.
Cursu euadere pugna. Virg. 11. Aen. 141.
Discrimen euadere. Tacit. lib. 14.
Facinus alicuius euadere. Tacit. lib. 14.
Duos iniquos euadere. Silius lib. 15. 117.
Flammam euasit clasis. Virg. 5. Aen. 137.
Furto euadere. Valer. 8. Argon. 31.
Hostes euadere. Virg. 9. Aeneid. 81.
Loca moris euadere. Ouid. 14. Metam. 26.
Mans alicuius euadere. Virg. 9. Aen. 116.
Euadere sermonem malignorum, pro Non esse obnoxium sermionibus. Plin. Epist. 14. 4.
Pestem euadere belli. Virg. 10. Aen. 11.
Euadere perpetuam ualitudinem, pro Liberari à perpetuo morbo. Plin. Epist. 12. d.
Tela euadere. Silius lib. 7. 77.
Vincta euadere. Silius lib. 7. 15.
Vndis euadere. Virg. 9. Aen. 21. —olim quæcūq; euaserit undis. Id est, de undis exierit: quum uenerit ad eum locū de quo nauigatura iam non sit. Seruius.
Voces alicuius euadere. Valer. 7. Argon. 60.
Euadere ab uel in muros, pro Ascendere. Liu. 4. ab Vrbe, 48. Et lib. 5. bel. Pun. 128.
In cacumina uites euadunt. Quintil. lib. 1. cap. 2. 18.
Euadere in summum. Liu. 7. ab Vrbe, 161.
Euadere ardua. Liuus 2. ab Vrbe, 274.
Gradus altos euadere. Virg. 4. Aen. 137. Id est, ascendere. Seru.
Euado, pro Vado. Virgil. 2. Aen. 92.
Euado ad summi fastigia culminis. Nam (inquit Seruius) euacat, ut Emortuus.
Euadere aduersus aciem. Vide Acies.
Omniem uiam euadere. Virg. 2. Aen. 145.
Lapis non euasit spatium. Virg. 12. Aen. 180.
Tum lapis ipse uiri uacuum per inane uolutus, Nec spatium euasit, totum nec pertulit ictum. Id est, euacuatus est impetus ipsius spatio longiore. Seruius.
Vana euasit spes. Liuus 5. bel. Pun. 125.
Euasit somnium uerum. Cic. 2. de Diuin. 162.
Euasit pestilentia in morbos longiores. Liu. 7. bel. Pun. 135.
Euasit, per syncopen pro euasisti. Hor. 2. Serm. Satyr. 7. 14.
Euasit, pro Euasisset. Sil. lib. 15. 73.
Euadere ante oculos, pro Apparere. Virg. 2. Aen. 106. Seru.
Euadere, peruenire. Virg. 6. Aen. 26.
—superas euadere ad auras.
Euadere ad superos. Senec. Herc. furente, 7. 12.
Euadere, fieri. Cic. de clar. Orat. 68. Perfectus Epicureus euaserrat. Idem 5. Ver. 137. Nisi hoc forte deterior est, si fieri potest, quod tu eiusmodi euasisti, non in hominis luxuriosi, sed tantum in furis ac diuisoris disciplina educatus. Idem, An uerebar, ne non pueremus potuisse probum euadere?

Minutim euadere. Cic. de Petit. Conf. 78.
In dicendo pauci digni nomine euadunt. Cic. de clar. Orat. 166.
E Philosopherum scholis tales frere euadunt. Cic. in Or. 51.
Summus euasit. Cic. de clar. Orat. 91.
Nunquam euades ne te sacrificem. Plaut. Amph. 15. 48.
Quo euadat nescio. Plau. Pœn. 3. 4. 4. intelligo hercle: sed quod euadas nescio. Hoc est, ad quid illud dicas, uel quorsum hęc dicas, et quid uelis assequi uerbis tuis. Teren. Phorm. 4. 3. 21. Quid hic coepit aut quod euadet?
Quorsum euadat. Cicer. Attic. lib. 9. 190. 6. Videamus hoc quorsum euadat. Idem eidem, lib. 7. 135. 9. Sed hęc paucis diebus ex illius ad nostra responsa responsis intelligentur quorsum euasura sint.
Huc euasit. Terent. Eun. 3. 3. 11.
Vbi friget, huc euasit, quampridem pater Mibi et mater mortui essent.
Timui semper quorsum euaderet heri lenitas. Teren. An. 2. 41.
Euadere in Teren. Adel. 3. 4. 64. —profecto euadet in aliquid quod magnum malum. Quintil. lib. 2. cap. 4. 13.
In infinitum euadere. Quintil. lib. 2. cap. 17. 11.
Euamon] εὐάμων, Pater fuit Eurypyli, qui cum Grecis ad Troiam profectus cū quadraginta nauibus presuit Orcho-menijs. Author Homer. in Catalog. nauium.
Euænetus] εὐαίνετος, Nomen regis Lacedæmoniorum, qui ad custodiendum introitum Thejsiæ contra Xerxem, unā cum Themistocle Atheniensium duce, à Grecis constitutus fuit. Author Herod. lib. 7.
Euagor] pen. cor. euagaris (εὐαγόραρος, εὐαγορέω) euagari, Idem quod Vagari. Liuus 2. bel. Pun. 195. Frontibus enim aduersis concurrendum erat, quia nullo circa ad euagandum relicto spatio, &c.
Euagantur aque. Plin. lib. 10. cap. 33. 2.
Euagatur longius appetitus. Cic. 1. Offic. 143.
Euagatur in luxuria præualens uitis. Colum. lib. 5. cap. 6. 22.
Euagatur capparitis per agros. Plin. lib. 19. cap. 8. 31.
Euagata est late uis morbi. Liuus 3. ab Vrbe, 30.
Euagari, Extra propositum aliquid dicere. Quintil. lib. 2. Venerum hactenus euagari satis fuerit.
Euagatio, Verbalis (εὐαγορία) Plin. lib. 2. cap. 17. Ac spatia longitudinis latitudinis euagatione pensat. Sen. epist. 66.
Eualeo] euales, pen. cor. eualui (εὐάλεω) eualere, Idem quod Valere et posse. Stat. 7. Sylu. 2. 16. —tibi illa nefanda Pocula lethalesq; manu cōponere succos Eualui? Lucanus lib. 1. 100. Ouid. epist. 24. 13.
Eualesco, eualescis, eualui (εὐαλέω, εὐαλέω) eualescere, Validū fieri. Plin. lib. 15. cap. 29. 4. Quintil. lib. 2. cap. 9. Adiuta cura natura magis eualescit. Idem lib. 17. cap. 15. 3. Quum eualuissent flagella pedes bimos. Id est, excreuissent.
Euallo] euallas (εὐαλλέω) euallare, Extra mittere, excludere, quasi extra uallum projicere. Titinius Prælia, Qua ego hodie extorrem hanc domo faciam pilatricem, palia euallauit, ò pulchre. Varro, Donec foras nos intus euallauerunt. Nonius.
Euallo] euallis (εὐαλλέω) euallere, purgare frumentū, non etiam frangere. Plinius lib. 18. cap. 10. 8. Et ipsa que eualluntur, uariam pisturarum rationem habent. Et paulo antè, Triticum autè perfundi aqua multa iubet, postea eualli, deinde sole siccatum pilo repeti.
Euan] εὐάν, Bacchi nomen. Ouid. 4. Metam. 3. Lucidus Euan. Stat. 5. Thebaid. 135.
Phrygiæ Euantes circum Orgia, Virg. 6. Aen. 104. Euantes (inquit Seruius) id est, Bacchates, à Libero, qui Eua dicitur. Sil. lib. 1. 21.
Non ille Euantes Masile palluit iras.

Thyades

Thyades Euantes. Catul. in Argon. 78.
**Euancter] uel Euandrus (εὐάνδρος) Arcas fuit, nepos Palantis regis Arcadiæ. Hic quum patrem suū occidisset, suadematre Niostrata (que etiam Carmentis dicta est, quia carminibus uaticinabatur) dimissa prouinci sua uenit ad Italiam: et pulsus Aboriginibus tenuit loca, in quibus nunc Rom. i. est, et modicum oppidum fundauit in monte Pallatino. Hic autem mons, Pallatinus secundum Virgilium à Pallante uo Euandri est dictus: secundum Varronem et alios à filia Euandri Pallantia eius filio illic sepulto, ut refert Seruius in hos uersus Virgilij 8. Aen. 11.
 Arcades his oris, genus à Pallante profectum, &c. Dicitur etiā nominatio Euandri in eodem lib. 107. & 109.
 Tum pater Euandrus dextrā complexus euntis Heret.
 Alter est eiusdem nominis quem ferunt celatorem ac platen Athenensem à M. Antonio Merandriam perductum, et in- de inter captiuos Romam uenisse: ut refert Acron in illud Horatij, 1. Serm. Satyr. 18. —mensæ catullum Euandri manibus tritum deiecit. Id est, calicem nobilitate celatum.**
Boues Euandri. Propert. lib. 4. eleg. 1. 1.
Mænia Euandri. Ouid. 14. Metam. 91.
Veteres Penates Euandri. Stat. 3. Sylu. 4. 10.
Sedes Euandri. Virg. 9. Aen. 2.
Arcas Euander. Ouid. 5. Fast. 129.
Fidus Euander. Stat. 2. Syluarum, 1. 19.
Rex Euandrus Romanæ conditor arcis. Virg. 8. Aen. 62. Id est, Conditor Pallatæ, ubi nunc palatium est, quod non est reuera arx, sed tenet rerum omnium principatum. Seruius.
Euandrus] Adiectiuum (εὐάνδρος) ut, Regna Euandria. Silius libro 7. 4.
Euandrus ensis. Virg. 10. Aen. 78.
Euander] Aulianus, Sculptor insignis, qui signo Dianæ, quod Thimothæi manu effectum erat, Romæ in Palatio, Apollinis delubro, caput reposuit. Author Plinius libro trigessimosesto, cap. 5.
Euanesco] euanesco, euani (ἀφανίζω, ἀφανίζω, ἀφανίζω) euanescere: Inanem fieri, et in nihilū redigi. Plin. lib. 9. cap. 51. 4. Vere peccantes, limaces, hircines eodem tempore euanescent.
Euanescere ac defluere. Plin. lib. 13. cap. 1. 6.
Euanescere inter ineptias. Quintil. lib. 1. cap. 7. 4.
Coepit euanescere. Ouid. 13. Metam. 188.
Ex oculis euaniit in tenuem auram. Virg. 4. Aen. 56.
In auras tenues euanescere. Ouid. 2. Fast. 102.
Paulatim euanescere. Lucret. lib. 2. 166.
Euauerunt et exaruerunt annes. Cic. 1. de Diuinat. 70.
Ardor animi euaniit. Ouid. 1. Amorum, 10. 2.
Cornua extreme lune euanescent. Ouid. 2. Metam. 24.
Dolor euanescit. Ouid. in Ibin, 9.
Flos Bacchi euaniit. Lucret. lib. 3. 45.
Euaniit prima, ac colliquefacta est glacies. Varr. 2. de Re rustica, lib. 4. 6.
Omnis eorum memoria sensim obscurata est et euaniit. Cic. 2. de Orat. 53.
Nubes incipiunt euanescere. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 22.
Euauerunt opera eius, pro Interciderunt. Cic. de clar. Or. 54.
Præterita euanescent. Cic. Bruto, 16. 19.
Rubor euaniit. Ouid. 6. Metam. 10.
Euanescit sententia. Cic. 5. Tusc. 123.
Extenuatur et euanescit spes. Cic. ad Att. lib. 3. 53. 1.
Virtus herbarum euaniit. Ouid. 14. Metam. 71.
Vetustate euanescere, aliquid dicitur. Cic. 1. de Diuin. 70.
Homo euanescere dicitur. Cic. de clar. orat. 180.

Euanesco, participium (ἀφανίζω) ut, Euanesco memoria alicuius rei, que effluit. Senec. de Benef. lib. 1.
Euanius, pen. corr. adiectiuum (εὐάνιος) Inane, caducum, et cito periturum. Col. de Arb. cap. 17. 1. Nam que in proceritate extenduntur, euaniæ fiunt, parum fructus ferunt. Plin. lib. 37. cap. 5. 9. Ouid. 2. de Remed. amor. 52. —in tenues euanius exeat auras.
Pectoraq; in tenues abeunt euaniæ riuos. Ouid. 5. Met. 87.
Leue et euaniidum gaudium. Sen. epist. 35.
Euangelium] euangelij (εὐαγγέλιον) Latine bonum nuntium dicitur.
Euangelia, euangeliorum (εὐαγγέλια) Pluraliter et neutro genere dicuntur sacrificia et supplicationes, que pro incunando nuntio decerni consueuerunt, uel etiam merces allati iucundi nuntij. Cic. Attico, lib. 2. 27. 1. O suauis epistolas tuas, uno tempore mihi datas duas, quibus euangelia que redam, nescio, deberi quidem planè scæor. Vlpianus in l. falsus. §. qui alienum quid de furtis. Ergo si ea que dicitur Graeci euangelia petat, id est, mercedem pro rei inuenta uel re- pte nuntio. Sunt qui hoc loco Menytra legendum existimant: hoc est, iudicium, uel premium.
Euangelus, euangeli, pen. cor. Vitruuius lib. 10. Honores ei decreuerunt, et nomen mutauerunt, ut Euangelus nominaretur.
Euanno] euannas (εὐάννας) euannare, Ventilare, uel mouere. A uanno, in qua legumina uentilantur. Pomponius Panuceatis, Dixi ego illud futuram in prima ualua est uix heret miseræ, euannentur, et mea ocyus opera ut fiat, sece- ro. Varro 1. de Re rust. cap. 52. Ita fit, ut quod leuissimum est in eo, atq; appellatur acus, euannentur foras extra aream.
Euantes] εὐάντας, Nomen auctoris satis laudati, apud Plinium lib. 8. cap. 22.
Euanthia] εὐάνθια, teste Plinio, Ciuitas Asiæ, Trallis quoq; et Seleucia dicta, quam allui Eudone anne, ibiq; Pygmaeos habitasse refert idem lib. 5. cap. 29.
Euaporatio] euaporationis (εὐαπορία) Seneca lib. 1. Natur. quæst. Nec mirum si terris omnis generis et uaria euaporatio est. Idem 3. Nec trahit saporem euaporatio, quia clausa perlabitur.
**Euarchus] εὐάρχος, fluiuius est Scythiæ Europææ. Valer. 6. Argon. 20.
 —Tarsus niueumq; ferax Euarchus olorem.**
Euares] εὐάρες, Latine execrabiles, quo nomine dicti sunt Scythæ quidam, eo quod quum templum in Ascalone expi- lassent, ira numinis in eos cum posteritate omni foemineus morbus sit immisissus. Author Herod. hist. lib. 1. Nominatiuus est Euaris.
Euasto] euastus (εὐεστώ) euastare, Idem quod uastare si- gnificat. Liu. 10. ab Vrbe, 66. Ibi duo Consulares exercitus, diuersis uagati partibus, omnia quinque mensium spatio euastauerunt. Ibidem lib. 8. 189. et lib. 5. 18.
Euax] Nomen regis Indiæ, qui de uirtutibus gemmarum scripsit ad Neronem. Ex Calep.
Euax] εὐάξ, interiectio exultantis nihil significat, inquit Varro de analogia: sed effutitū naturaliter est, ut apud Ennium hebe. Plaut. Bacchid. 5. 13. Euax aspersit aquā. Idem Casin. 20. 14. Euax nunc pol demum ego sum liber.
Euaxa] εὐάξαι, Sarmatarum populi, à Medis orti, et Tanaim fluiuium incolentes, auctore Plin. lib. 6. cap. 7.
Eubius] Scriptor quidam fuit, cuius meminit Ouid. 2. Tristitū. Nec qui descripsit corrupti semina matrum Eubius, impure et conditor historia.
Euboea] εὐβοία, inquit Plin. cap. 12. libro 4. insula amissa Bœotia, tam modico interfluente Euripo, ut ponte, innga-

ur, ad meridiem promontorij duobus. Geresio ad Atticam uergente, & ad Hellepontum Caphareo insignis, à Septentrione Ceneo, nusquam latitudinem ultra x l m. passus extendit, & c. Hec Plinius. De Eubœa uide Solinum cap. 18, Eubœa hodie Nigri ponti insula dicitur.

¶ Eubœus, Adiectiuum (εὐβοῖος) ut, Plebs Eubœa. Stat. 5. Syl. 3. 28.

¶ Euboicus, Aliud adiectiuum (εὐβοῖος) ut, Carmen Euboicū. Ouid. 4. Fast. 52.

Aquarum cultor Euboicus. Ouid. 13. Metam. 1.

Gurges Euboicus. Ouid. 9. Metam. 46.

Littus Euboicum. Propert. lib. 2. eleg. 27. 8.

Euboicum mare, duplex esse dicitur, aliud in Aegeo, aliud in Cápato, seu Tusco. Quod in Aegeo, Eubœa adiacet insule, à qua denominatum est: quod autem in Tusco, Cumarum, Baïarumq; alluit oram, ab Euboicis aduenis, & Cumarum conditoribus nuncupatum.

Montes Euboici. Valer. 6. Argon. 64.

Oræ Eubœicæ Cumarum. Virg. 6. Aen. 1. Vbi Seruius, à colonia, inquit, Cumas appellauit. Nam Eubœa insula est, in qua Calchis ciuitas est, de qua uenerunt qui condiderunt ciuitatem in Campania, quam Cumas uocauerunt.

Penates Euboici. Stat. 3. Sylu. 5. 3.

Rupes Euboica. Virg. 6. Aen. 9. de antro Sibyllæ Cumanæ.

Rupem Euboicam exponit Seruius montem Cumarum, quem Euboici habitauerunt. Est aut (inquit ille) Acyrologia: Colonia enim epithetum, rei dedit immobili.

Sibylla Euboica, id est, Cumanæ. Stat. 1. Syluar. 2. 36.

Sinus Euboicus. Ouid. epist. 22. 16. Et in libris, 69, Viscera sic aliquis scopulus tua figat, ut olim Fixa sub Euboico Grata fuere sinu. Hanc historiã con firmat. Propert. lib. 2. eleg. 27. 8.

Vnda Eubœica. Seneca Hercule furente, 6. 9. Ouid. 9. Metamorph. 44.

Vrbs Euboica. Ouid. 14. Metam. 31.

Euboicum] talentum, authore Festo, nummo Græco, septem millium & quingentorum cistophorum est, nostro, quatuor millium denariorum.

Eubule] Filia fuit Leo cuiusdam, Orphei filij (sicut nonnulli existimant) quam cum Phafitheæ & Theope sororibus ciuitati immolandas exhibuit, ut ingens annonæ caritas, quæ Atticam uehementius premebat, finem secundum oracula caperet. Hec Cælius Rhod. libro decimotertio, capite septimo.

Eubulia] εὐβουλία, Latine consultatio bona: alijs etiam promptitudo. Est autem Eubulia Cælio, directio secundum utilitatem, & secundum id cuius opus est, & ut, & quando. Vide eum lib. Antiq. lect. 11. cap. 9.

Eubulus] pen. prod. (εὐβουλός) Atheniensis ciuis fuit, contrarias ferè Demostheni in Reipub. administratione partes fouens, & interpretatur, prudens, consilius, boni consilij. Fuit & Eubulus modicæ Comœdiæ poeta, ut scribit Suidas. Eubulus præterea nomen fuit historici, qui historiam Mitre multis uoluminibus explicuit.

Euburates] Celeberrimi Ligurij populi, citra alpes habitantes, ut tradit Plin. lib. 3. cap. 5.

Euburo] Oppidum Lusitanie. Plinius libro quarto, capite uigesimo primo.

Eucarta] εὐκαρτία, Opportunitas dicitur. Cic. 1. de Finib. Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellamus eucertiam) nõ fit maior productione temporis. Idem 1. Offi. 19. occasione interpretatur.

Eucarpenti] εὐκαρπία, Populi ad Laodiceam, in conuentu qui à Synnada accipit nomen, ut scribit Plin. libro quina-

to, capite 29.

Eucarpia] εὐκαρπία, Vrbs Phrygiæ, in qua racemi seracitate ac magnitudine spectabiles sunt: unde & nomen, quasi uber fructuum prouentus. Memnit huius oppidi Strabo, libro duodecimo.

Euchadia] εὐχαδία, Villa in Macedonia, cuius meminit Cicero in Pisonem.

Eucharistia] εὐχαριστία, Latine gratiarum actio.

¶ Eucharisticus, pen. corr. (εὐχαριστικός) ut, Eucharisticum carmen, apud Statium libro quarto, Syluarum quo Poeta Imperatori Domitiano gratias agit, quod epulo ab eo fuerit acceptus honorifice.

Euchata] εὐχάται, Scythiæ populi apud Plinium, libro 6. cap. 17.

Eucheta] εὐχέται, Heretici quidam erant, quorum dogma nefarium in Syria propagatum fuit. Horum fuit hæresis posse humanam uirtutem ac scientiam, non ad Dei modò similitudinem peruenire, sed perfectionem quoque ac equalitatem, adeò uti sit mox εὐαγγελιστῶν, id est, ut sic dicam, impeccabilis, quoniam ne cogitatione quidem aut inscitia, ubi perfectionis fastidium contingerit, queat relinquere. Ceterum hoc nomen illis inditum tradunt de orationis assiduitate, quod incredibiliter, ut inquit Augustinus, perpetuò faciebant, adeò, ut monachos fouende uitæ gratia quidpiam facere impium ducerent, quia interpellaretur orandi facultas. Porro quàm sceleratissimi obire soliti essent cum Gnosticis sacrificiis, & quo tempore, uide apud Cæli Rhod. lib. 2. cap. 16.

Euchion] εὐχίων, Bacchum cognominant Poete, ἀπὸ τοῦ εὐχῆν, id est, à uoto, ut notant Grammatici, inter quos Sipiuntinus.

Euchir] Statuarij nobilis nomen, de quo Plin. libro 34. capite 8. Fuit & alter Euchir fictor, laudatus Plin. libro 35. capite duodecimo.

Euchyla] εὐχύλα, Dicuntur quæ sunt boni succi, ut carnes auicularum montanarum, & piscium saxatilium. His opponuntur ναυίχουλα, quæ malum succum generant, ut caseus uetus, & salisamenta. ἄλλοι enim Græcis est succus, siue liquor.

Euchyma] εὐχύμα, Græca appellatione dicuntur, quæ boni sunt succi, siue præstantis saporis. Nam ἄλλοι Græcis modò succum significat, modò saporem.

Euchla] Dea: de qua sic Alex. Genial. diæ. libro primo, capite 24. Bœotij & Locris nihil erat in sponsalibus firmū, nisi sponsus & sponsa in ara Euclie uirgini dicata, prius libarent, haud aliter, nisi more solenni antea libassent, matrimonium esse rati. Hec ille.

Euclides] pen. prod. (εὐκλείδης) Megarensis philosophus, auditor Socratis & insignis geometra, qui è patria Athenas ueniebat, ut Socratem audiret, & tempore belli uestitu muliebri induebatur, ne nosceretur. Alter Euclides elementorum author tempore Ptolemæi secundi. Huius meminit Cicero in Academ. quæst. libro 4. Sidonius in laudibus Narbonis, Euclideus spatium sciens Olympi. Phaleucium est.

Eucrasia] εὐκρασία, Latine temperamentum, quam Galeanus libro primo, de Sanit. tuend. facit duplicem: alteram, quæ in animantium saltem corpore cogitatione potius usurpetur, quàm solidè subsistat: Alteram, quæ in sanis omnibus est, atq; apparet.

Euocratida] εὐκρατία, ciuitas Bactrianæ regionis ab Euocratida imperante sic cognominata, authore Strabone libro undecimo.

Euocratis] tidis, Bactrianorum rex fuit. Hic, quum ingentes Demea

Demetrii copias parua manu fultisset, Indiamq; exterminato hoste, magno consilio subegisset, dum Bactra peteret, à filio impuro & flagitioso, quem socium regno ascuerat, ut solus potiretur imperio, imprudens ex insidijs occupatur, turpiq; necè in uia trucidatur: qui patris cadere non contentus, pari scelere & audacia per corpus uulneribus affecti, currum agere, & sanguine aspersus paterno, insepultum abijcere non dubitauit, ausus facinus, quod in nulla unquam Scythia tyrannus admisit. Alexander ab Alexandro libro 2. capite 6.

Eucteria] εὐκτηρία, Loci in quibus orationes actaq; prouinciarum conueniunt. Alciat. in l. immunitatis. C. de agric. & censit. lib. 11.

Euctici] εὐκτινοί, Hymni dicuntur, qui uotum habet & precæ, sicut Apocritici, reijciantes deprecationem, quorum exemplum passim suppetunt ex poetis. Vide Cæli Rhod. libro 7. capite 5.

Eudæmon] onis, pen. prod. (εὐδαίμων) Aegyptius grammaticus, teste Suida, patria Pelusotes, Libanij sophistæ contemporaneus. Scripsit uaria poemata: item artem grammaticam, & de dictionum orthographia. Græcis εὐδαίμων, felicitem significat. Vnde etiam Mela illam Arabie partem, quæ inter sinum Arabicum & Persicum in Pelagus excurret, seruato Græco nomine, Eudæmona appellauit, quam nos uerbum uerbo reddentes, Felicem appellamus.

Eudæmonidas] Nomen uiri proprium. Torfello.

Eudamidas] pen. corr. (εὐδαμίδης) Nomen filij Archidami & fratris Agidis Lacedæmoniorum regis, authore Plutarcho.

Eudamius] εὐδαμῖος, Vir quidam fuit professione philosophus, quem annulos quosdam solitum conficere memorie proditum est, quorum uis esset mira aduersus demonia: item serpentium morsus, & id genus alia pleræque. Inerat ijs quoque contra fascinoles uirtus præclara. Ex Cælio Rhodig. Antiquitat. lect. libro sexto, capite duodecimo.

Eudemia] εὐδμία, Insula in Pagasico sinu, non longe à Scyro & Cycladum extrema referente. Plinius libro quarto, capite duodecimo.

Eudemus] εὐδήμος, Orator fuit Megalopolitanus, Philoemenis præceptor. Authore est Plutarchus in uita Philoemenis. Alterius Eudemi meminit Cicero 1. Diuinationum libr. quem ad Syracusas præliantem occidisse scribit.

Eudæon] Lineum filum, quod medici extremo in clysterio relinquunt, per quod uisus & emittitur. Authore Festus. Sic Græci uocant foramen in nauti, per quod emittitur sentina: unde & per translationem, ut opinor, medici in clysterio, id est, instrumento quo aluus perluitur, sic uocantur.

Eudæus] εὐδαῖος, dicitur clauis in nauium carinis, quo exempto est uis aqua, ne computrescant. Vocatur & China res. Cæli Rhod. lib. 13. cap. 9.

Eudielus] εὐδιέλος, Submutato nomine Aspledon ciuitas posteriori dicta est, à bono crepusculo, quod Græcis ἀσπλέδων uocatur. Plura Strabo lib. 9. quem uide.

Eudora] pen. prod. (εὐδώρα) Nympha, Oceani & Thyos filia, ut placet Hesiod. in Theogon. Item una ex Atlantidibus, quæ septem numero esse perhibentur, Ambrosia, Eudora, Pasithoe, Coronis, Plexora, Pitho, Tyche, Cælius duodecim fuisse scribit, inter quas & hanc connumerat, lib. 16. cap. 16.

Eudorus] εὐδωρος, Mercurij filius fuit, ex Polymela Phry-

lantis filia, qui Achillem ad bellum Troianum secutus est, ut est uidere apud Homerum 2. Iliad.

Eudorus, Statuarius & pictor fuit, scena depicta, & signis exere fabricatis, ut scribit Plin. lib. 35. cap. 11.

Eudoxus] εὐδοξός, Aeschimis filius, patria Gnidius, Geometra, et Astrologus, summus medicus, Socratis auditor, qui primus annum cõposuit. Huius meminit Cic. 2. de Diuin. Fuit & alius Eudoxus Rhodius historicus. Alius Siculus, filius Agathoclis, poeta comicus.

Eudoxia] εὐδοξία, Latine bona fama dicitur. Cicero, 3. de Finibus 86, De bona autem fama, quam enim appellant εὐδοξίαν, aptius est hoc loco bonam famam appellare, quàm gloriam.

Euectice] εὐεκτήκη, Medicina pars est, quæ exactè perfectiq; ualentem accipiens, in hoc ipsum gradu conseruat: sic dicta, quasi boni habitus seruatrix. Authore Gal. libro ad Thrasymbulum.

Eueho] euehis, euechi, euectum (εὐεχίον, εὐεχίον, εὐεχίον) euehere, Extra uehere. Varro de Re rust. Aut flumina propinqua, quæ nauigari possent, quibus utrisq; euehere atq; inuehi ad multa prædia scimus.

Euehere angusto tramite. Plin. lib. 12. cap. 14. 2.

Euehere suas merces. Plin. lib. 6. cap. 19. 1.

Euehere aquas ex planis locis. Liu. 1. ab Vrbe, 17. 1.

Euehi equo. Liu. 1. ab Vrbe, 16. 3.

Virtus euehit ad ethera. Virg. 6. Aen. 2. 6.

Euehere in altum. Liu. 5. bel. Pun. 158.

In caelum euehere aliquem. Iuuenal. Satyr. 1. 4.

¶ Euectus participium (εὐεκτήσθαι) ut, Eloquentia euectã è Perreo. Cic. de claris Orat. 25.

In auras æthereas euectus. Claud. ad Christum, 9. 4.

Confragois atq; asperis euecti, tota pandere possumus uela. Quintil. lib. 6. cap. 1. 39.

Titan caruleis euectus equis. Senec. Herc. furente, 2. 2.

Aliquid plostris euectum & asportatum esse. Cic. 3. Verr. 36.

¶ Euectus, huius euectus (εὐεκτήσιος) Hoc est, uectio & portatio, quæ fit uel nauibus uel carribus in aliquem locum. Plin. lib. 18. cap. 5. 2, Vt operariorum copia propè sit, oppidiq; ualidum: ut nauigiorum euectus uel itinerum: ut bene edificatus & cultus. De agro.

¶ Euectio, Verba (εὐεκτήσιος) Euectiones (inquit Bud.) dicuntur diplomata, siue chartule signo principis obsignate. In tractatu, de cursu publico, Cod. Euectiones ab omnibus posuissentur: & tam indices quàm custodes, & c.

Euelatam] Veteres dixere, pro euentilato. Vnde uelabra dicuntur, quibus frumenta uentilantur. Authore Festus.

Euello] euellis, euelli, & euulsi, euulsum (εὐελλω, εὐελλω) euellere, Vi quadam uellere, siue extrahere: ut, Euellere sibi capillum luctu. Cic. 3. Tusculan. 105. Et ad Att. lib. 15. 323. 7, Excisa enim est arbor, non euulsa, itaque quàm fructuetur uides.

Euellere sese ex conuo. Plin. lib. 8. 42. 5.

Euellere ex complexu. Cic. ad Att. lib. 3. 49. 2.

Euellere arborem radicibus. Vlpian. in l. furtim. §. 1. ff. de bor. furtim cæsarum.

Castra obfessa euellere. Silius lib. 7. 68.

Femur puellæ pulex euellit. Ouid. de Pulce, 3.

Lingam alicui euellere. Cic. pro Sestio, 51. Idem 3. de Or. 3.

Plantam cæno euellere. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 6.

Radices euellere. Cic. Attico, lib. 10. 203. 4.

Tela confixis membris euellere. Lucan. lib. 6. 50.

Euellere per translationem: ut, Euellere sibi scrupulum ex animo. Cic. pro Rosc. Amerino, 4.

Ex memoria euellere. Cic. pro Sestio, 26.

Euellere ex intimis mentibus. Cic. 1. de Orat. 12. 4.
 Euelli ex ordine. Cic. 4. de Fin. 12. 6.
 Euellere aculeum feueritatis. Vide Aculeus.
 Mala radicibus euellere. Lucret. lib. 3. 63.
 Odorem è thuris glebis euellere. Lucret. lib. 3. 66.
 Euellere opinionem aliquam animis hominum. Cicero pro Cluent. 2.
 Inserere nouas opiniones, euellere insitas. Cic. in Orat. 52.
 Spinas animo euellere. Horat. 1. epist. 14. 1.
 ¶ Euulsus, Participium (ἐκκενθῆς) ut, Sinu matris euulsus filij. Seneca Medea, 12. 14.
 Palus euulsa. Catul. ad Mallium 63. 22.
 Trunci euulsi. Horat. 3. Carm. ode 4. 11.
 ¶ Euulsio, uerbale (ἐκκενθῆσις) ut, Euulsio dentis. Cic. 3. de Natura deor. 78.
 Euenentus] uir Cardianus magna uirtutis, qui ad amicitiam Philippi Macedonis accessit, & breui tempore in intimam familiaritatem eius peruenit, quam cum Alexandro continuauit. De hoc multa in Græcorum historijs.
 Euenerus] pen. corr. (Εὐμερῆς) Nomen historici, de quo Lactantius sic inquit, Euenerus antiquus auctor fuit, è ciuitate Messanarum gestas Iouis, & cæterorum, qui dii putantur, collegit, historijsq; contextit ex titulis & inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur. Hanc historiam interpretatus est Ennius, & sequutus. Fuit & Euenerus Tegyætes, ad eum dicitur, de quo Alex. ab Alexandro lib. 6. cap. 26.
 Euenor] εὐνορός, Pictor fuit illustris Parrhasij pater & præceptor maximi pictoris, floruit nonagesima Olympiade, referente Plin. lib. 35. cap. 9.
 Eucnetus] Lacedæmoniorum dux, qui ad custodiendam introitum Thessalæ contra Xerxem unâ cū Themistocle Atheniense sum duce, à Græcis constitutus est, ut scribit Herodot. lib. 2.
 Euenio] euenis, pen. cor. eueni, euentus (ἐπεισιχθῆσις, εὐπεισιχθῆσις) euenire, idè quod Venire, & accedere, redire. Plaut. Casin. 10. 1. Sine modo rus eueniat, remittam ad te uirum.
 Euenire, Contingere. Terent. Heaut. 1. 1. 105. Quod si esset factum, hæc nunquam euenissent tibi. Plaut. Afer. 12. 130.
 Accidere & euenire. Cic. Toranio, lib. 6. 2. 1. 2. Timebam enim ne euenirent ea quæ acciderunt.
 Euenire & cadere, ferè pro eodem. Cic. 1. de Diuin. 203. Vt qui eueniret, ita cadat ut prædictum sit.
 Euenit ex sententia. Terent. Heaut. 4. 5. 17.
 Euenit præter sententiam & spem. Plaut. Merc. 19. 20.
 Euenire in aliquid. Cic. Calio, lib. 2. 9. 3.
 Euenire aliter. Terent. in Prol. And. 3.
 Contrà euenit. Horat. 1. Serm. 3. 6.
 Bene atq; feliciter euenire. Cic. pro Muræna, 1.
 Euenit facile. Liu. 1. ab Vrbe, 173.
 Fortè euenit ut. Cic. 2. de Orat. 123. Fortè euenit ut in Priuerna nati essemus.
 Malè euenire, cui opponitur Optimè euenire. Cic. 3. de Natura deorum 116.
 Malè illis eueniat. Plaut. Curcul. 2. 39.
 Prosperè euenire. Cic. Appio, lib. 3. 12. 4.
 Euenit ut moueretur ille. Cic. 1. Tuscul. 2. 4. Sic de Amicitia, 66.
 Sin tale aliquid eueniret, ut extingueret potius amicitia, quam oppresse uideantur.
 Vt plerunq; euenit. Cic. pro Plancio, 12.
 Eueniunt ea que tibi Plaut. Capt. 7. 56.
 Non hæc sine numine diuini Eueniunt. Virg. 2. Aen. 15. 4.
 Id euenit ob eam rem, quod, & c. Cic. Att. lib. 16. 33. 22.
 Integer exercitus. Vide Integer.
 Iustus exercitus. Vide Iustus.
 Maximus et fortissimus exercitus. Cic. pro Muræna. 30.
 Pedestris exercitus. Vide Pedestris.
 Accipere exercitum. Vide Accipio.
 Amittere exercitum. Cic. in Pisonem. 36.
 Carpere exercitum. Vide Carpo.
 Circumfluens exercitus. Vide Circumfluo.
 Colligere exercitum. Cic. de Prouin. Consul. 3.
 Concidere exercitum. Vide Concido.
 Inuidium exercitum conducere. Cic. 4. Phil. 154.
 Conficere exercitum. Vide Conficio.
 Conficere exercitum, et ei præesse. Cic. pro lege Manil. 4. 2.
 Conflare exercitum. Vide Conflo.
 Conscribere et comparare exercitum. Cic. 5. Phil. 190.
 Continere exercitum castris. Vide Contineo.
 Contractus exercitus. Vide Contraho.
 Largiendo corrumpere exercitum. Quintil. lib. 5. cap. 13. 14.
 Cum exercitu urbes depopulare, agros uastare, domos exhaui- rere. Cic. in Pisonem. 31.
 Dimittere exercitum. Cic. in Pisonem. 37.
 Ducere exercitum. Cic. pro Muræna. 17. Quintil. lib. 2. capi- te 16. 11.
 Educere exercitum ex aliqua prouincia. Cic. in Pison. 38. et 39.
 Facere exercitum. Cic. 5. Phil. 180.
 Imposuit exercitum Brundisij. Vide Impono.
 Incidens portis exercitus. Vide Incido.
 Increpare exercitum. Vide Increpo.
 Instructus exercitus. Cic. de Prouin. Consul. 8. Vide Instruo.
 Intentus atque infestus exercitus. Vide Intendo.
 Lustrare exercitum. Vide Lustrum.
 Mutilatus exercitus. Vide Mutilus.
 Transferre exercitum in aliquem locum. Quintilian. lib. 3. ca- pite 8. 12.
 Transportare exercitum in aliquâ prouinciâ. Cic. in Pis. 37.
 Turbati exercitus. Quintil. lib. 7. cap. 1. 3.
 Cornuorum increpuit densis exercitus alis. Virg. 1. Georg. 77.

Phorci exercitus omnis. Virg. 5. Aen. 164. Id est, dii marini.
 ¶ Exercito, exercitas, pen. cor. (ἀσχυρία) exercitare, Frequen- tatiuum.
 ¶ Exercitatus, pen. prod. Participium, siue nomen ex Participio (ἀσχυρτός) Qui longa exercitacione doctus, et melior ac ualidior est. Plin. epist. 53. e. Solet dicere Claudius resitutus, qui mihi respondit, uir exercitatus et uigilans, et quâ- libet subitis paratus. Caesar 2. bel. Gal. 303. Superiorib. præ- lijs exercitati.
 Exercitatus ad rem aliquam. Terent. Hecyr. 3. 3. 47.
 Exercitatus et uersatus in causis homo. Cic. pro Quint. 2.
 Exercitatus in dicendo. Cic. pro. Cluent. Sic, ad Atticum lib. 1. 4. 398. 4. Exercitatus in Arithmeticis. Et 4. Acad. 198. Idem, Cas. 1. bel. Ciuil. 2. 14. Exercitati in armis.
 Exercitatus et agitata curis. Cic. in Somn. Scip. 32.
 Bona disciplina exercitati. Cic. in Orat. 116.
 Exercitati subigendis glæbis. Cic. pro lege Agrar. contra Rul- lum, 83.
 Exercitatus usu. Liu. 5. ab Vrbe, 9.
 In maximis rebus et gerendis et sustinendis exercitatus anti- mus. Cic. Quint. frat. lib. 1. 13.
 Syrtis exercitata. Horat. Epod. 9. 7.
 ¶ Exercitator, et exercitatus (ἀσχυρτός) Cic. 2. Off. 76. Deinde consuetudine beneficentia paratioris erant, et tanquam exercitatoris ad bene de multis promerendum.
 Exercitatus et paratissimus in re aliqua. Cic. pro leg. Manil. 38.
 Interpres exercitatus. Cic. 1. de Diuin. 153.
 Valentissimus et ad uerberandos homines exercitatus. Ita- for. Cic. 7. Verr. 11.
 ¶ Exercitatio, Verbale seem. (ἀσχυρία, γυμνασία, μάχη) ut, Exercitatio corporis. Cic. 1. de Finib. 50. Idem, lib. 1. Off. 2. Neque id in philosophia solum, sed etiam in dicendi exercita- tione feci.
 Exercitatione ludoque campestri uti. Cic. pro Cælio, 7.
 Studia et exercitationes. Cic. Lent. lib. 1. 9. 102.
 Vsu forensi et exercitatione tyro, non etate. Cic. 1. Verr. 26.
 Labores corporis minuendi senibus, et exercitationes animi augendi. Cic. 1. Offic. 172.
 Exercitationes ingenij, et curricula mentis. Cic. de Senec. 34.
 Iuris Ciuilis exercitatio. Cic. 1. de Orat. 126.
 Malorum exercitatio. Quintil. lib. 2. cap. 4. 12.
 Scholarum exercitationes. Quintil. lib. 3. cap. 8. 29.
 Artes et exercitationes uirtutum. Cic. de Senec. 8.
 Dicendi exercitatio. Quintil. lib. 2. cap. 12. 7.
 Laboriose exercitationes. Vide Labor.
 Ludicra exercitatio. Cic. 1. de Nat. deor. 142.
 Modice exercitationes. Vide post Modus.
 Non parua exercitatio. Vide Non.
 Prima exercitationes. Quintil. lib. 2. cap. 4. 26.
 Puerilis exercitatio. Quintil. lib. 1. cap. 11. 11.
 Quotidiana dicendi exercitatio. Cic. pro leg. Manil. 1.
 Subita ad propositas causas exercitationes, et accurate et meditate commentationes. Cic. 1. de Orat. 134.
 Accommodata exercitatio. Quintil. lib. 2. cap. 4. 24.
 Dicendi exercitacione linguam acuerre. Cic. de clar. Orat. 186.
 Consuetudo et exercitatio et intelligendi prudentiam acuit, et eloquendi celeritatem incitat. Cic. 1. de Orat. 35.
 Stuprorum et scelerum exercitacione assuescitur. Cic. 2. in Catil. 31.
 Augere exercitationes. Vide Augeo.
 Conficere exercitacione. Vide Conficio.
 Firmari atque ali memoria exercitacione. Quintil. lib. 1. ca. 1. 26.
 Exercitacione et stylo ad certam legem formanda oratio. Cic. 3. de Orat. 105.

Coniutij

Coniutij exercitacionem cum intolerabili petulantia, tam etiâ diuturna impunitate munire. Cic. pro Domo sua, 2.
 Motu et exercitacione recalescunt corpora nostra. Cic. 2. de Natura deor. 39.
 Meditatione atque exercitacione multi nature uitium sustulerunt. Cic. 2. de Diuinat. 144.
 Corporis exercitacione tuendus color. Cic. 1. Off. 181.
 Modicis exercitacionibus utendum est, et ratio ualetudinis ha- benda. Cicero de Senect. 32.
 ¶ Exercitator, penult. prod. Verbale (ἀσχυρτός, γυμναστής) Qui exercet. Plin. lib. 23. cap. 7. 7. Pythagoras exercitator, primus ad carnes eos transfudit. De athleticis. Idem lib. 35. cap. 11. 14. Lacythion agilitatis exercitator.
 ¶ Exercitatrix, pen. prod. exercitricis (ἀσχυρία) Quintil. lib. 2. cap. 15. 17. Quod duas partes ciuilitatis corpori assi- gnet, medicinam, et quam interpretantur exercitricem.
 Exercio] cis, compositum ex præpositione Ex, et uerbo Sarcio. Vide Sumpitum suum exercere, in Exerceo.
 Exero] exeris, pen. corr. exerui, exercitum (ἐξέρω) exerere, Ab Ex, et Sero compositum, Extrahere, quasi dimouere.
 Herba exerit cacumen et tepida humo. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 3.
 Exerere caput. Colum. lib. 8. cap. 7. 1.
 Caput exerere ab. Lucan. lib. 5. 120,
 Primus ab oceano caput exeris Atlanteo
 Core mouens ælius.
 Galatea ponto caput exerit. Ouid. 13. Metam. 179.
 Neptunus imis exerens undis caput. Senec. Agamem. 6. 33.
 Phœbus illustre letis exerit teris caput. Senec. Herc. fur. 8. 1.
 Altius uitij exeruisse caput. Ouid. ad Liu. 10. Id est, excelluisse.
 Roma caput magnanimis uribus altè exerit. Sil. lib. 1. 6.
 Exerere se domicilio dicuntur cochleæ. Plin. lib. 9. cap. 32.
 Exerere eisem. Statius.
 Humerum exerere. Ouid. 1. Fast. 82.
 Exerere ius in librum alicuius. Plin. epist. 160.
 Latentem exerere. Ouid. ad Pisonem, 51,
 Tu nanti protende manum, tu Piso latentem
 Exere. Prouerbialiter.
 Exerere linguam. Plin. lib. 10. cap. 23. 8. Liu. 7. ab Vrbe, 38.
 Linguam etiam ab irrisu exerentem produciunt.
 Exerere manum. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 30.
 Manu subter togam ad mentum exerta. Liu. 6. ab Vrbe, 45.
 Delphin sydus exerit ora patrijs uadis. Ouid. 1. Fast. 92.
 Exerere radicem. Colum. lib. 12. cap. 56. 1.
 Mentis secreta exerere. Senec. Herc. Oeth. 4. 5.
 Exerere uincula. Colum. lib. 8. cap. 8. 10.
 Phœbe uultus exerit. Senec. Hippol. 6. 3.
 Exerere aliquem, pro Exhibere aliquem et proferre. Clau. 4. Paneg. 98.
 ¶ Exeritus, Participium, siue Nomen ex Participio (ἐξέρτης) Plin. lib. 11. cap. 37. 34. Dentes exerti sunt apro, hippopo- tamo, elephanto. Stat. 9. Theb. 137.
 Amazon unum exerta latus pugna. Virg. 11. Aeneid. 130.
 Humero exertus. Silius, lib. 8. 117. Statius 4. Thebaid. 47.
 Exerti ingentes humeros.
 Humeros exertaque brachia uelat. Stat. 1. Achil. 70.
 Cethegus exertus. Lucan. lib. 2. 109. Ab Horatio Cinctutus di- citur. Solebat enim Cethegorum familia in publicum et pugna prodire humero et brachio exerto, id est, nudato.
 Ensis exertus. Stat. 11. Thebaid. 75. Ouid. 3. Fast. 163.
 Lacerati exerti. Senec. Herc. Oeth. 12. 6. Virg. 1. Aeneid. 100.
 Exerta mam. Ma. Et lib. 11. 161. Papilla exerta.
 Medulla exerta. Horat. in Epod. 8.
 ¶ Exerto, exertas, exertare (ἐξέρω) frequentatiuum, Virgil. 3. Aeneid. 85.

At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris
 Ora exertantem, et naues, et saxa trabentem.
 Humeros exertare, id est, nudare. Stat. 1. Theb. 83.
 Exesus] Vide Exedo.
 Exfacili] et trioua. Vide Ex.
 Exfilatus] Extra uestimentum filo contextus. Festus.
 Exfio] exfio (ἐξέρω) exfire, Purgare. A quo Exfius, purgatio. Veteres exfir quoque pro purgamento posuere, teste Festo.
 Exfodio] exfodis, pen. corr. exfodi, pen. prod. exfossium (= ἐξέρω) exfodere, Quod fossium erat extrahere. Plautus Aulul. 2. 4. 9. Exfodio aulam auri plenam. Antiquum est. magis enim est in usu Exfodio.
 Exfundio] exfundas (ἐξυδμύω) exfundare, a fundo euer- tere. Cælius Antipater lib. 7. Respub. amisso exfundato pul- cherrimo oppido.
 Exfuti] exfusi, ut Merat, pro Merfat. Festus.
 Exgregeius] uel Egregeius, id est, e grege lectus. Festus.
 Exgrumo] exgrumas, pen. prod. (ἐξερύω) exgrumare, Dicitur cochleæ grumos eruentes, et ex grumis exsilietes. Grumus enim est terre collectio, a congerie ductus. Varro 3. de Re rust. cap. 14. 3. Denique ipse exgrumantes ad pro- palam uitam diu produciunt, quum ad eam rem pauca lau- rea folia interijciant, et aspergant surculos non multos.
 Exgurgito] exgurgitas, pen. corr. (ἐξερύω) exgurgita- re, Extra gurgitem emittere. Vnde per translationem, Exgurgitare argentum domo, dixit Plaut. Epid. 12. 12.
 Exheredo] exheredas, pen. prod. (ἀποκληρόω) exhereda- re, Extra hereditatē abijcere, et pseribere. Vide Abdico. Mart. lib. 3. 10. Exheredauit te Philomuse pater. Cic. pro Cluent. 106. Exheredare filium. Et pro Domo sua, 28.
 ¶ Exheredans, Participium (ἀποκληρόω) Cic. 2. Philipp. 59. Igitur fratrem exheredans, te faciebat heredem.
 ¶ Exheredatus, pen. prod. (ἀποκληρόω) Aliud Parti- cipium. Author ad Heren. lib. 4. 181. Sed a necessarijs omni- bus exheredatus est. Plin. epist. 119. a.
 ¶ Exheredatio, Verbale (ἀποκληρόω) Quintil. lib. 7. cap. 2. Tu impiè fecisti, quum exheredationem meruisti.
 ¶ Exheres exheredis, pen. prod. com. gē. (ἀποκληρόω) qui priuatus est hereditate quæ ad eum pertinebat. Cic. 1. 1. de Orat. 84. Nempè in ea causa quæsitum est de iure Ciuil. pos- set ne paternorum bonorum exheres esse filius, quæ pater tes- tamento neque heredes, neque exheredes scripsisset nominatiui.
 Exheredem se facere bonis suis. Plaut. Most. 4. 76.
 Scribere sine elogio exheredem filium. Vlpian. in l. 1. S. Pon- tonius. ff. de Carboniano edicto.
 Exheredem uite sue aliquem facere, per translationem dicitur à Plauto Bacchid. 19. 8. pro Occidere.
 Exheresimus] pen. corr. dies (ἐξέρω) Id est, exema- ptilis. Cic. 4. Verr. 99. Est consuetudo Siculorum, cetero- rumque Græcorum, quod suos dies mensisque congruere uo- lunt cum solis luneque ratione, ut nonnunquam si quid discre- pet, eximant unum aliquem diem, aut summum biduum ex- mense, quos illi ἐξέρω dies nominant. Budæus.
 Exhalo] exhalas, penult. prod. (ἀναθυμάω, ἀποπνέω, ἀναπνέω, ἀπνέω) exhalare, Expirare, et ncluti per hallium emittere aerē. Plin. lib. 17. ca. 4. 2. Quæ tenues exhalat ne- bulas. Virg. 7. Aen. — seuamque exhalat opaca Mephitida. Multa per os exhalantur. Lucret. lib. 4. 174.
 Alitaria uapore exhalant. Lucret. lib. 3. 88.
 Animâ exhalare. Mori. Ouid. 6. Met. 50. Iuuen. Satyr. 10. 29.
 Exhalare crapulam. Cic. 1. Phil. 51. Edormi crapulam inquantâ et exhalâ. Idem 5. Verr. 22.
 Lucem supremam exhalare. Mori. Sil. lib. 10. 31.
 Metalla exhalant. Lucret. lib. 6. 163.

m 4 Plimi-

Flumina natas Exhalant nebulas. Ouid. 13. Met. 132.
 Nebulâ fumosq; uolucres exhalat terra. Virg. 2. Georg. 4. 4.
 Nebule caligine mistæ Exhalantur humo. Ouidius 11. Metamorph. 120.
 Terra pulueris exhalat nebulâ, nubesq; uolâtes. Lucr. li. 5. 51.
 Ventos solum exhalat. Lucan. lib. 5. 17.
 Vestes exhalant. Stat. 10. Theb. 21.
 Exhalare uim, idem quod exhalare crapulam. Cic. 2. Phil. 60.
 Vitam exhalare. Virg. 2. Aeneid. 123.
 ¶ Exhalans, pen. prod. (ἀτμίζων) Participium: ut, Spiramenta exhalantia flammam. Ouid. 15. Met. 68.
 Vitam exhalans. Ouid. 5. Metam. 13.
 ¶ Exhalatus, pen. prod. Participium (ἀναυδός) ut, Anima exhalata. Ouid. 11. Metam. 9.
 ¶ Exhalatio, Verbale (ἀναυδία, ἀναυδία) Plin. lib. 31. cap. 3. 14. Certior multo nebulosa exhalatio est.
 Exhalationes terre, Tenues spiritus qui per æstum maximum terra diffusa exhalantur, et sursum in aerē feruntur. Cic. 1. Tusc. 69. Quod et humidum et caliginosum est, propter exhalationes terræ.
 Exhaurio] exhauris, exhausti, exhaustum (ἐξαιρέω, ἐξαιρέω, ἀφαιρέω, ἀφαιρέω) exhaurire, Prorsus euacuare significat: ut, Exhaurire sentinam urbis. Cic. Attic. lib. 1. 14. 6.
 Exhaurire poculi. Hauriēdo uacuare et ebibere. Liu. 9. bel. Mac. 211. Ouid. 5. Fast. 103. Sic, Exhaurire sanguisugam. Plin. lib. 20. cap. 13. 17.
 Exhaurire poculum mortis. Cic. pro Cluen. 23.
 Exhaurire uinum, et Vomere, contraria. Cic. 2. Phil. 74.
 Exhaurire, per translationem: ut, Exhaurire ararium. Cic. 2. Off. 107. Et 5. Verr. 140.
 Dilapidare pecuniâ et exhaurire ararium. Cic. Off. 107. 6.
 Exhaurit agrum cubantem fluens alius. Cels. lib. 7. cap. 3.
 Exhaurire ararium, et compilare Remp. Cic. in Vatin. 3.
 Amorem aliquorum exhauriri nulla iniuria posse. Cic. Attic. lib. 2. 36. 5.
 Exhaurire et penè perdere aratores. Cic. 5. Verr. 65.
 Bellis maximis exhaurire. Cic. de Prouin. Consul. 3.
 Ciuitatem aliquam exhaurire. Lucan. lib. 3. 37.
 Exhausti totas quamuis delectus Athenas. Id est, militum ingentes copie educte sunt à ciuitate.
 Euertere miseris funditus ciuitates, et bonis exhaurire. Cice. in Pisonem, 68.
 Exhaurire maximas copias. Cic. in Parad. 56.
 Dolere rem exhaurire. Cic. Titio, lib. 5. 16. 7.
 Exhaurire et exinanire domum alicuius. Cic. 7. Verr. 85.
 Exhaurire domos, et Replere, contraria. Cicero de Prou. Conf. 3.
 Genas citius exhauriet Sippleidæ genitrix: id est, Niobe, de re im possibili. Stat. 5. Syl. 1. 7.
 Exhaurire heredem legatis, Onerare, et legatis heredem uexare, ita ut nihil ei reliquum fiat. Plin. epist. 96. c.
 Ligonibus humum exhaurire. Horat. Epod. 5. 7.
 Idem exhaurire. Stat. 5. Theb. 113.
 —nam mollia colla refusus
 In tergum serpens uenientem exhaurerat ictum.
 Laborem exhaurire. Silius lib. 17. 71.
 Exhaurire labores in re aliqua. Plinius epist. 53. a. Idem epist. 100. b. Quod me recordantem miseratio subit quantum uigilantium, quantum laboris exhaurerit frustra.
 Laboris exhaurire cū sole. Stat. 6. Thebaid. 48. Significat finem imponere laboribus discedente iam sole, et ipso quoque functo suis laboribus.
 Exhaurire partem aliquam laudum alicuius. Cic. ad Atticum, lib. 14. 315. 5. Hoc est, auferre.

Exhaurire mandata alicuius, pro Absoluere et perficere. Cic. ad Attic. lib. 5. 88. 6.
 Minus inanes exhaurire. Stat. 10. Theb. 58.
 Pecuniam omnem ex arario exhaurire. Cic. pro leg. Agr. 95.
 Plebem exhaurire. Cic. 2. pro leg. Agrar. 72.
 Exhaurire potionem. Quint. lib. 7.
 Predam ex fortunis aliquorum, ex agris urbibusq; sociorum exhaurire. Cic. in Pisonem, 38.
 Sumptus prouinciam exhaurire. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1. 13.
 Immanes questus M. Antonij tota exhaurit domus. Cicero 5. Philip. 171.
 Fluuius aliquam regionem exhaurire dicitur, quum omnia secum rapit et depopulat. Lucan. lib. 2. 83.
 Exhaurire sentinam surum ex urbe. Cic. 1. in Catil. 9. Idem 2. in eundem, 30. Fortunatam Rempublicam, si quidem hanc sentinam huius urbis elegerit, uno mehercle Catilina exhaurit, releuata mihi et recreata Respublica uidetur.
 Exhaurire sermone sollicitudines. Cic. ad Att. lib. 1. 13. 3. Id est, sermone et colloquutione adimere atq; auferre.
 Reliquum spiritum exhausti plaga. Cic. pro Sest. 69.
 Supplicia exhaurire. Silius lib. 6. 58.
 Exhaurire uires. Plin. epist. 63. b.
 Exhaurire sibi uitam. Cic. pro Sestio, 40.
 Pœnarum exhaustum satis est. Virg. 9. Aeneid. 75.
 ¶ Exhaustus, Participium (ἐξαιρέω) ut, Exhaustus fons, in quo nihil amplius est aquæ. Cæsar 8. bel. Gal. 152.
 Omnibus iam castibus exhaustus. Virg. 1. Aeneid. 121.
 Exhaustus magnificentiâ publicorum operum. Liu. 1. ab Vrbe, 249.
 Sonitu exhaustus, id est, exhaustus assiduo labore sonandi, apud Claud. 4. Paneg. 53.
 Lumbos exhaustus. Iuuen. Satyr. 9. 6.
 Rebus exhaustum esse. Stat. 3. Syl. 332.
 Excussum et exhaustum dimittere aliquem. Cic. de Arusp. resp. 34.
 Inops et exhaustum ararium. Cic. 5. Verr. 140.
 Annes solibus exhausti. Stat. 3. Theb. 52.
 Anno exhausto. Lucan. lib. 5. 9.
 Apes exhaustæ, imminute. Virg. 4. Georg. 50.
 Exhausta aqua. Cic. 2. de Nat. deor. 177.
 Bella exhausta. Virg. 4. Aeneid. 3.
 Exhausta benignitas amicorum. Cic. ad Attic. lib. 4. 71. 11.
 Exhaustæ bonis ciuitates. Cic. in Pisonem, 68.
 Consumpta et exhausta motu domus. Cic. 3. de Orat. 57.
 Cursu exhaustus equus. Lucan. lib. 8. 1.
 Fœmina uisceribus lassis, partuq; exhausta. Lucan. lib. 2. 69.
 Flumine exhausto uincere est, Potâ aqua uincere sitim. Propert. lib. 4. eleg. 10. 13.
 Hortus floribus exhaustus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 13.
 Multo sudore exhausta iuuentus. Lucan. lib. 4. 62.
 Labore exhausto. Lucan. lib. 3. 100. Quint. lib. 4. cap. 5. Nâ et exhausti laboris nosse mensuram, uoluptati est: et horatatur ad reliqua fortius exequenda, scire quantum super sit.
 Pars est exhausta laboris. Ouid. 1. de Arte, 155.
 Opes exhaustæ. Propert. lib. 3. eleg. 13. 1.
 Pars exhausta. Lucan. lib. 3. 27.
 Pericula exhausta commemorare. Ouid. 12. Metam. 33.
 Pharetra telis exhausta. Ouid. 1. Metam. 90.
 Exhausta plebs impensis. Liu. 6. ab Vrbe, 22.
 Rubor exhaustus. Auctor ad Heren. lib. 4. 156.
 Exhaustus enim est sermo hominum, et multæ emisse iâ eiusmodi uoces, et c. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 1. Id est, cōsumptus, etiam rancor conicebat.
 Sanguine turba exhausta, pro semibus. Lucan. lib. 5. 67.
 Vbere exhausto ministræ spumat. Virg. 3. Georg. 61.

¶ Exhaus

¶ Exhaustum, Substant. (ἐξαιρέω) Virg. 2. Georg. 80.
 Est etiam ille labor curandis uitis alter
 Cui nunquam exhausti satis est. Id est (inquit Seruius) exhaustiōnis, Finitio. quod quia asperum uisum est, se ad figuram transiit, et at Exhausti, ut Seruantiſsimus æqui, pro æquitatis.
 ¶ Exhaustant, efferunt. Festus.
 Exhebenus] ni (ἐξέβη) Gemma speciosa et candida, qua artifices aurum poliunt, ut ex Zoroastris sententia tradit Plin. lib. 37. cap. 10.
 Exherbo] exherbas (ἐξαιρέω) exherbare, Herbas extirpare, et auellere. Colum. lib. 4. cap. 31. 2. Et quum germinauit, ad unam perticam summittitur, crebroq; seditur, atq; exherbatur, nec minus quàm uinea pampinatur. Idem lib. 11. cap. 3. 6. Exherbandus est locus.
 Exhibeo] exhibes, pen. corr. exhibui, exhibitum, pen. corr. (παρέρχου, ἀποφάσσω) exhibere, Proferre, et in publicum deducere, et (ut ait Vlpian.) iudici tangendiq; facultatē dare. Plaut. Mil. 9. 65. Exhibeas heri uolo. Cic. 7. Verr. 14. 15 omnino seruus in familia nō erat: eū statim exhiberi iubet.
 Exhibere, inquit Paulus Iurecons. est facere in publicum potestatem, ut ei qui agit, experiri sit copia.
 Exhibere alicui affectum parentis. Plin. epist. 2. 5. c.
 Arguitis alteri: pro Irritare et laceſſere. Plaut. Mostel. 2. 2.
 Authorē salutis alicuius et supplicem alicui se exhibere. Cic. Curam alicui. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 13. (pro Sestio, 93.
 Faciem parentis. Plin. lib. 15. cap. 13. 1.
 Eidem ac beneuolentiam domino suo. Colum. lib. 11. cap. 1. 7.
 Carbafus uinos ficos exhibuit Claudia. Propert. lib. 4. eleg. 12. 11.
 Formam. Colum. lib. 5. cap. 2. 1. Ager nonnunquam plurium angulorum formam exhibet.
 Horam in re aliqua agenda. Cic. 6. Phil. 209.
 Imperiū, id est, dominari alicui, et imperare. Plaut. Casin. 8. 56.
 Se iudicij hominum. Plin. in Paneg. 109.
 Iustitiam. Plin. in Paneg. 53.
 Laborem difficile colonis exhibere dicitur terra, qua difficile laboratur sine colitur. Colum. lib. 5. cap. 5. 15.
 Molestiam, Molestare. Plaut. Capt. 13. 48. Cic. ad Cornific. lib. 12. 29. 4. Noli impudēs esse, nec mihi molestiam exhibere.
 Negotium alicui, quod et facere negotium dicitur, uulgus dicit facere penam. Plaut. Mostel. 8. 39. Cic. lib. 3. Offic. 152.
 Quod quum audiuiſſet adolescens filius, negotium exhiberi patri. Idem 1. de Natur. deor. 65. Quod beatum æternūq; sit, id nec habere ipsum negotij quicquam, nec exhibere. Omnia integra exhibere. Cic. 7. Verr. 51. (bere alteri.
 Notam lingue baccis oleaster amaris exhibet. Ouid. 1. 4. Mē Opus exhibere alicui. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 5. (tam. 105.
 Populo exhibere. Cic. 1. Acad. 2.
 Promissum librum. Plin. epist. 2. a.
 Pupillum exhibere. Cic. Attico, lib. 5. 106. 6.
 Rationes. Plin. epist. 12. 6.
 Rem saluam. Plaut. Aſin. 9. 51.
 Reum exhibere quid sit, patet in l. si quis ff. de exhibitione reorum, si quis reum criminis, de quo satisfecit, non exhibuerit: poena pecuniaria plectitur. puto tamē si dolo malo non exhibeat, etiam extra ordinem esse damnandam. Est enim quod dicitur, Ducere personaliter. Budæus.
 Sonos. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 11.
 Spectaculum. Plin. epist. 2. 5. a.
 Nox exhibuit pulsa sidera clara die. Ouid. epist. 18. 7.
 Vicem spodij. Plin. lib. 23. cap. 7. 12.
 Vires. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 3.
 Virtus. Ouid. 2. de Arte, 70.

Exhibere alterum, pro illum representare. Ouid. 6. Metam. 9.
 Idem epist. 16. 24.
 Tres tibi se nudas exhibere deæ. Verba ad Paridem.
 Exhibere, est etiam alimenta suppeditare iurifconsultis. Paulus in l. Nefennius. ff. de negotijs gestis. Pone peregrē patrem eius obijſſe: et matrem, dum in patriâ reuerteretur, tam filium, quam filiam eius exhibuisse. Hermogenianus in l. 1. ff. de numeribus et honoribus, æque personale munus est uti tela, cura adulti furiosiſſe, item prodigi, muti et uentris, etiam ad exhibendum cibum, potum, lectum et similia.
 ¶ Exhibitus, pen. corr. Participium (παρεστέλλω) ut, Tori exhibitus. Ouid. epist. 16. 39.
 ¶ Exhibito, Verbale (παρεστέλλω) Gellius, Probari apud me debere pecuniam datam consuetis modis, expenſi latione, mensa rationibus, chirographi exhibitionibus.
 ¶ Exhibitorius, Adiectiuum. Vlp. in l. deinde. ff. de liber. exhibenda. item ducend. Superiora interdicta exhibitoria sunt. Hoc est, pertinētia ad exhibitionē liberorum, ceterorumq; de quibus supra diximus.
 Exhilaro] exhilaras, pen. corr. (ἐλαφύνω, χαλαρῶω) exhilarare, idem quod simplex hilaro. Colum. lib. 6. cap. 2. 4. 2.
 Quoniam nimietate uerni pabuli pecudes exhilarata lasciuunt. Idem lib. 11. cap. 1. 15. Plin. lib. 22. cap. 25.
 Exhilarantur arbores. Plin. lib. 16. cap. 2. 5. 3.
 ¶ Exhilaratus, pen. prod. Partic. (χαλαρωθείς) Cic. Pato, lib. 1. 26. 1. Miraris tam exhilaratam esse seruitutem nostram?
 Exholicimus] Galeno dicitur ofſis translatio à superficie in profundum: Phragma uero, ex profundo in superficiem. Cel. Rhod. lib. 20. cap. 29.
 ¶ Exhorresco, exhorrescis, exhorruī (ἐξέρω) exhorrescere, Expauſcere, et præ timore horrere et contremiscere. Plancus Cic. lib. 10. 18. 8. Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutē subest uulneris. Cic. 1. de Fin. 68. Quæ nos exhorrescere metu non sinat.
 Exhorrescere in aliquo. Cic. 3. de Orat. 30. in quo igitur homines exhorrescunt: quem suspēcti dicentem intuentur? Furores exhorrescere. Silius lib. 3. 30.
 Vt serpentem patrias exhorruit iras. Silius lib. 3. 86.
 Vultus alicuius exhorrescere. Virg. 7. Aeneid. 53.
 Exhorrescere, pro Fremere. Ouid. 4. Metam. 28.
 —exhorruit æquoris instar.
 Quod fremit, exigua quum summum stringitur aura.
 Exhortor] exhortaris (ἐκτρέπω) exhortari, Vehemēter hortari. Plin. lib. 12. cap. 14. 10. Alexander Magnus Arabia potitus, thure onustam nauim misit Leonidi, exhortatus ut largē deos adoraret.
 Exhortari ad uirtutis studium. Cic. 1. Acad. 23.
 Ciues exhortari in hostem. Ouid. 13. Metam. 47.
 Equos exhortari. Ouid. 5. Metam. 81.
 Tauros in aliquem exhortari. Ouid. 7. Metam. 7.
 ¶ Exhortans, Participium (ἐκτρέπω) ut, Ciueos exhortans. Stat. 8. Thebaid. 131.
 ¶ Exhortatus, pen. prod. (ἐκτρέπεται) Aliud participium Virg. 12. Aeneid 32. —sic exhortata reliquit incertam, et tristi turbatam uulnere mentis.
 Exhortatus, passiuè aliquando accipitur. Cic. in Catone, 38. Illa enim quum esset Consul in Gallia, exhortatus est in contumelio à scorto, ut securi ferret alicquem eorum, et c.
 ¶ Exhortatio (ἐκτροπή) Quintilian. lib. 1. cap. 3. Exhortatio docentium.
 Exhubero] exhuberas, pen. corr. (ἐξυβύνω) exhuberare, Quasi super abundare. Plin. in Paneg. 47. Nōne cernere datur ut sine ullius iniuria omnis uſibus nostris annus exhiberet?

beret? Colum. in Pref. in Asia, Myſſiaq; denſa & glutinoſa terra maxime exhuberat. Virg.
 — pomisq; exhuberat arbor.
 Exhuberare, actiue. Colum. lib. 2. cap. 16. Melioremq; cenſebat eſſe materiam uindemijs exhuberandis. Idem lib. 9. cap. 4. Quae herba ſuorum ceras exhuberant.
 Exhilo [exhibilis, pen. corr. (ἐπιβλητός) exhibilare, Popula- ri, tumultuariq; ſibilacione aliquem exploare, uel deridere. Cic. in Parad. 31. Hiſtrio ſi paulum ſe mouit extra nume- rum, aut ſi uerſus pronuntiatuſ, eſt ſyllaba una breuior aut longior, exhibilatur, exploditur.
 Exicco [exiccus (ἐξικκώ) exiccare, Siccare, aut ualde ſic- care ſignificat. Cic. 2. de Diuim. 49. Arboresq; ut hyemali tempore, cum luna ſimul ſeneſcentes, quia tū exiccatae ſunt, tempeſtiue cadi putentur. Plin. lib. 18. cap. 26. 11. Quintus Tironi, lib. 16. 26. 2.
 Exiccatus, Participium (ἐξικκωμένος) Stat. 5. ſyl. 1. 7. Exiccatum genus orationis. Cic. de claris Orat. 160.
 Exigo [exigis, pen. corr. exegi, pen. prod. (ἐπιμαρτύω, ἐξείρω, ἐξείρω) exactus, exigere, ab Ex & Ago cōpoſitū, Exclu- dere, eijcere, expellere, quaſi extra agere. Plau. Merc. 3. 68. Idem Aulul. 11. 9.
 Exigit omnes foras. Virg. 2. Aeneid. 72.
 — quos improba uentris
 Exegit caecos rabies. Plin. lib. 3. cap. 5. 13. Exegere Umbros. Cic. 2. Phil. 78. Mimam illam ſuam ſuas res ſibi ha- bere uſit, ex x 11. Tab. cauſam addidit, exegit.
 Haſta exigere aliquem. Valer. 6. Argon. 114.
 Exigit a ſe uirum. Plaut. Mil. 18. 62.
 Exigere ex. Plaut. Perſa. 4. 61.
 — exigam ego hercle te ex hac decuria.
 Exigere ex corpore mœrores, pro Abigere triſtitias. Plautus Capt. 13. 72.
 Exigere ex ciuitate reges. Cic. 2. de Orat. 108.
 Triſte tēpus a malis alicuius exigere. Ouid. 4. Triſt. eleg. 3. 8.
 Exigitur ſabula, inquit Donatus, cum diſplicet. Terentius in Prol. Hecyre. 15.
 Exigere atq; eximere aliquem honoribus, id eſt, priuare. Plin. epiſt. 36. 4.
 Exigere hoſtem. Plin. in Paneg. 46. Exactus hoſtis mari.
 Exigere laſtitudinem ex corpore. Plaut. Capt. 19. 4.
 Exigere uxorem matrimonio. Plaut. Merc. 20. 6.
 Exigere ærumnam. Plaut. Capt. 19. 12. Id eſt, perferre & pati.
 Exigere atatem, Viuere. Plaut. Caſina. 7. 12.
 Aeuum exigere, Tranſigere. Virg. de Virbio, 7. Aeneid. 156.
 Annos exigere, Ducere atatem. Virg. 1. Aeneid. 16. Ouidius 3. Triſt. eleg. 4. 9.
 Viue ſine inuidia, mollesq; inglorius annos
 Exige, amicitias & tibi iunge pares.
 Exigere noctem, pro Tranſigere. Plin. epiſt. 12. 5.
 Exigere tempus. Plin. epiſt. 4. 5. 4.
 Exigere: Petere, Rogare. Plin. epiſt. 17. 4. Exegerat profocer- meus ut Amerina prædia ſua inſpicerem.
 Exigere a. Quint. lib. 2. cap. 13. 1. Nemo autem a me exigat id præceptorum genus. Idem, lib. 1. cap. 12. 7.
 Exigere ab aliquo. Plin. in Paneg. 130.
 Dare & Exigere, contraria. Cic. 2. Off. 93. Conuenit autem cū in dando munificum eſſe, tum in exigendo non acerbum.
 Expeſtare & Exigere, contraria. Cic. de claris Orat. 9. Ego ue- ro & expeſtabo ea qua polliceris, neque exigam, niſi tuo commodo, & erunt mihi pergrata ſi ſolueris.
 Exigere aliquid acerbius. Cic. 1. Tuſc. 14. 8.
 Aes exigere. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 3.
 Amicitiam exigere. Catul. epiſt. 9. 5. 2.

Exigere aurum, Repetere creditū aurum. Plaut. Bacch. 19. 62.
 Exigit aurum de. Plaut. Bacch. 4. 45.
 Qui de amittenda Bacchide aurū hic exigit. Id eſt, petit.
 Benefacta pro debitis exigimus. Brutus Ciceroni, 16. 18.
 Collectam a conuiuiis exigere. Cic. 2. de Orat. 12. 9.
 Creditum exigere. Suet. in Veſpaſiano, cap. 11.
 Damna exigere. Ouid. 5. Faſt. 63.
 Facta alicuius exigere. Ouid. 2. de Arte, 26.
 Exigit Odryſſi facta cruenta ducis. Id eſt, petit ab Vlyſſe ut re- citet.
 Fruſtus prætermiſſos exigere. Cic. Attico, lib. 4. 70. 3.
 Gratiam exigere. Cic. de Amicitia, 30.
 Iura debita polliciti tori exigere. Verecundē dictum. Ouid. ex piſt. 20. 28.
 Exigere mercedem. Cic. Verr. 82. Et 2. de Fin. 11. 6.
 Munera pacta cum plena fide exigere. Ouid. epiſt. 15. 76.
 Exigere nomina. Ad diſſolutionem cogere. Cic. 3. Ver. 19. Pal- lus De uſuris. I. Caius, Que ſecundum formam ab his exi- gi ſoleant, etiam ſi omnia nomina idonea ſint.
 Exigere operam. Cic. 4. de Finib. 12. 8.
 Exigere operā, aliter. Cic. 1. Off. 64. Eſt aut inſima cōditio & fortuna ſeruorū, quibus nō malē præcipiunt, qui ita iubent uti, ut mercenarijs, operam exigendam, iuſta præbenda.
 Opus exigere oculis alicuius, Exhibere ſpectandū. Ouid. epiſt. Deſperatas pecunias exigere. Cic. pro Muræna, 40. (11. 2. Penſionem exigere. Cic. Lept. lib. 6. 18. 8.
 Exigere pondus, Meſurare. Suet. in Cæſare.
 Pretium exigere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 8. 14.
 Exigere promiſſum. Cic. 3. Off. 12. 7.
 Tributa exigere. Cic. Pulchro, lib. 3. 7. 3.
 Veſtigal exigere. Cic. Quint. frat. lib. 1. 1. 50.
 Voluptatem exigere. Cic. 2. de Finib. 11. 6.
 Exigere ut recitetur carmen. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 8.
 — niſi ſi crudelis id ipſum Exigis ut pereat. Oui. 5. Met. 5.
 Eſt qui nequitiam locus exigit. Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 4.
 Exigit neceſſitas. Colum. lib. 7. cap. 12. 8.
 Quum exiget iſus epularum. Colum. lib. 9. in Proem. 2.
 Exigere. Lilius 4. belli Maced. 122. Nolite ad ueſtras leges atq; inſtituta exigere qua Lacedæmone ſunt.
 Ad ueritatem legitimi ius exigere. Cælius Ciceroni, lib. 8. 6. 3.
 Ad celeſtitarum ueritatem exigere humanos. Ouid. 9. Metam. 101.
 Ad planctus brachia exigere. Lucan. lib. 2. 5.
 Exigere ad perpendicularium columnas. Cic. 3. Verr. 94.
 Ad ures ſuas omne opus exigere. Ouid. 2. de Arte, 101.
 Exigere ſtylo, pro Exacte ſcribere. Quint. lib. 1. cap. 15.
 Exigere, Extorquere. Cic. 1. Verr. 17. Et quum eſſet tritici mo- dius feſterijs quinq; pro ſumeto in modios ſingulos duo- denos feſterios exegiffe. Idē, pro Fonteio, 8. Itaq; Titurium Tolofe quaternos denarios in ſingulas uini amphoras por- torij nomine exegiffe.
 Exigere ab aliquo ueritatem. Plinius epiſt. 24. 7. Cicero 1. de Leg. 6.
 Exigere & cogere. Cic. 2. de Fin. 188.
 Exigere, & Rogare, opponit Cic. Curioni, lib. 2. 5. 4. Græue eſt enim homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo ſe bene meritum putet: ne id quod petat, exigere magis quam rogare, & c. uideatur.
 Facile exigere. Cic. 2. de Orat. 69. Quo facilius id a te exigant quod peto, nihil tibi a me poſtulant reuſabo.
 Exigere imperatam pecuniam. Cæſar 3. bel. Ciuil. 9.
 Pœnam exigere, Sumere pœnam. Ouid. 4. Metam. 30. Idē 4. Faſt. 4. 6. Item, 5. Triſt. eleg. 5. 2.
 Exigit ad dignas ultrix Rammyſia pœnas.
 Impoſito calcas quod mea facta pede. Iunē. Satyr. 10. 19.
 Hæ

Hæ toties optata exigit gloria pœnas.
 In pœnas uſq; nocentum exigit. Stat. 1. Theb. 43.
 Exigere diacula. Lilius 9. bel. Pun. 95.
 Exigere ſupplicium ab aliquo, Punire aliquem. Plinius de Vi- ris illuſtr. 12.
 Exigere uotū. Trāquillus, Votū exegit ab eo, qui pro ſalute ſua gladiatoria operā promiſerat. Alibi Votū repoſcere dixit.
 Exigere opus, Perficere. Ouid. 15. Metam. 17. 5.
 — iamq; opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,
 Nec poterit ferrum, nec edax abolere uetiſtas.
 Fortuna clades omnes exigit in uno die. Lucan. lib. 8. 137.
 Quum ſummas exigit horas Cōſumpta dies. Id eſt, quū erit ultimum tempus uitæ ac ſinis. Senec. Herc. Oeth. 171.
 Mediam dies exigit horā, Meridies eſt. Ouid. 1. Amor. eleg. 1.
 Prona dies longos ſuper æquora ſines exigit. Stat. 2. Theb. 9.
 Periphraſis eſt occidentis ſolis, quæ ſingunt immergere ſe ſe mari.
 Iuppiter annum quatuor ſpatijs exigit. Ouid. 1. Metam. 24.
 Phœbus ædiuos ſpatioſus exigit igneis. Propert. lib. 3. eleg. 20. 3.
 Exigere, pro Compensare. Cic. de Petit. Conſul. 25. Bellē negan- dum eſt, ut offendas neceſſitatem, demonſtres quā in moleſtē ſeras, alijs te id rebus exacturum eſſe perſuadens. Id eſt, cu- mulatē compensaturum. Budæus.
 Ferrum exigere, Trajicere enſem. Ouid. epiſt. 9. 32.
 Ferrum exegit per pectus. Stat. 10. Theb. 61.
 Gladium per omnes exegit gentes. Lucanus lib. 10. 7. Id eſt, om- nes populos bello fatigauit. De Alexandro.
 Enſem exigere per medium iuuenem. Virg. 10. Aeneid. 163.
 Exigere, Tranſire, Trajicere. Plin. lib. 12. cap. 19. 3. Præterea hybernum mare exigit circa brumam, Euris tum maxime ſtantibus. Hi recto curſu per ſinus impellunt, &c.
 Exigere, pro Extra mittere, ut, Exigere ſues paſtum. Varro 1. de Re ruſt. cap. 4. 6.
 Fluius admiſſus & quas exigit. Ouid. epiſt. 2. 23.
 Exigere de re aliqua. Plin. epiſt. 20. 3. Id eſt, diſceptare.
 Exactus, Participium (ἀκτῶν) Præteritum.
 Exacta erat media æſias. Lilius 4. bel. Pun. 92.
 Exacta ætate. Terent. Adelph. 5. 4. 16. Cic. 7. Verr. 100. Hōt tantum exacta ætate laboris, iuuenisq; ſuſcepit.
 Exacte ætatis uir. Liu. 1. ab Vrbe.
 Ætates exacte. Virg. 3. Georg. 38.
 Per exactos annos, Quotannis. Horat. 3. Carm. ode 22. 2.
 Exacto errore, Finito errore. Propert. lib. 2. eleg. 15. 1.
 Exacto frigore. Plin. lib. 17. cap. 25. 8.
 Hora exacta multis tridentibus. Propert. lib. 3. eleg. 10. 6.
 Lux exacta ſolis, Finitus dies. Stat. 2. Sylu. 2. 10.
 Exacta maturitate. Plin. lib. 18. cap. 7. 29.
 Menſis exactus. Virg. 1. Georg. 87.
 Totus & ille dies, & qui adſentur ab illo
 Exactū ad meſem, pluuia uētisq; carebūt. Sic 3. Geor. 2. 7.
 Annuus exactis completur menſibus orbis. Virg. 5. Aeneid. 10.
 Quia meſes (inquit Seruius) in ſe recurrūt, & annū faciūt.
 Exacto meſe. Plaut. Ciſtel. 4. 15.
 Syderibus exactis, Diluculo fugatis. Propert. lib. 1. eleg. 3. 8.
 Tempore exacto. Horat. 1. Serm. Sat. 1. 24.
 Temporibus exactis. Cic. 3. Verr. 32.
 Vigilia exacta. Cic. 3. in Catil. 52.
 Voluntas exacta. Ouid. epiſt. 16. 36.
 His domum exactis. Virg. 6. Aeneid. 128.
 Fides exacta. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 10. Credit & exacta cuncta locare fide.
 Pecunia exacta. Cic. 3. de Nat. deor. 12. 2.

Enſis exactus, Traiectus. Senec. Herc. Oeth. 7. 21.
 Eat per artus enſis exactus meos. Ouid. 5. Metam. 35.
 Exacti reges. Cic. 1. de Orat. 20. Id eſt, expulſi.
 Furijs exactus: id eſt, agitatus. Ouid. 4. Triſt. eleg. 4. 14.
 Verſus tenui pumice exactus. Propert. lib. 3. eleg. 1. 2.
 Exacta referre. Virg. 1. Aeneidos,
 Querere conſtituit, ſocijsq; exacta referre. Id eſt, queſita, ſiue exquiſita.
 Exactus, adiectiuum nomen (ἐκτῶν) Perfectus, conſuma- tus. Horat. 2. epiſt. 1. 15. — emendata uideri
 Pulchraq; & exactis minimum diſtancia, miror.
 Effigies exacta. Propert. lib. 3. eleg. 9. 2.
 Exactis Calamis ſe mihi iactat equis. Id eſt, in equis ele- gāter ſculpēdis gloria querit. Nam Calamis, inſignis ſcul- ptor fuit.
 Exactus, exactior, exactiſſimus (ἀκτῶν) Diligens. Mart. lib. 4. 4. 2.
 Nihil exactius, eruditiusq; Plin. epiſt. 17. 6. a. Quod ille obſequium Seruiano exactiſſimo uiro præſtitit?
 Nota exacta. Ouid. 3. Faſt. 33.
 Ratiōe exacta. Horat. 2. Ser. Satyr. 4. 8. Id eſt, exacte cognita.
 Exactus, cum genitiuo: ut, Artis exactus, cuius comparatiuum eſt exactior. Ouid. 3. Faſt. 77.
 Mamurius morum, fabre ne exactior artis
 Difficile eſt illi dicere, clauſit opus.
 Exactum, Subſtantiuum. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 7.
 Te nihil exacto, niſi nos peccaſſe ſatentem
 Sponte ſua probitas officiumq; iuuant.
 Exactus, Verbale (ἀκτῶν) pro Venditione: quia merx dum uenditur, exigitur a nobis, id eſt, emittitur. Quint. Dea- clam. 19. Sacro ſanctus mercator oportuuum mercis exactum puto inuenit.
 Exactor, Verbale (ἀκτῶν) Qui pecuniam exigit. Cæ- ſar 3. bel. Ciuil. 12. 7. Erat plena licitorum, & imperiorum prouincia, conſerta præſectis atq; exactoribus.
 Exactor regum. Lilius 9. ab Vrbe, 90.
 Exactor ſupplicij. Lilius 2. ab Vrbe, 20.
 Exactor Latini ſermonis moleſtiſſimus. Suet. de Clar. græ. 22.
 Aſtiduus ſtudioſus exactor. Quint. lib. 1. cap. 3. 9.
 Aſper exactor. Quint. lib. 1. cap. 7. 17.
 Exactio, exactioſus, Verbale, ſœm. (ἀκτῶν)
 Nominum exactio. Cic. Attico, lib. 5. 88. 2.
 Operum publicorum exactio. Cic. pro Domo ſua, 41.
 Exactio operis. Colum. lib. 1. cap. 7.
 Exactio pecuniarum. Cic. 2. de Legibus, 81.
 Publicæ exactioſes. Aſtinus Pollio Ciceroni, lib. 10. 32. 1.
 Acerbiſſima exactio. Cic. Pulchro, lib. 3. 8. 18.
 Exactio regum. Cic. 1. de Oratore, 20.
 Exacte, Aduerbiū. Pompon. Mela lib. 1. in ſumma Africa deſcriptione, Nunc exactius oras ſituſq; dicturo inde eſt commodiſſimum incipere, unde terras, &c.
 Exiguus, Adiectiuum (ἐπιμαρτύω) Paruus, modicus.
 Ingens immenſusq; & Exiguus, contraria. Cic. 3. de Orat. 4. 12.
 Ex ingenti quodam oratore, immenſoq; campo in exiguū ſanę gorum compelliſti.
 Maior & Exiguus, contraria. Cic. pro Deiotaro, 15.
 Ager exiguus. Virg. 2. Georg. 83.
 Aqua exigua. Ouid. 3. Metam. 90.
 Aura exigua. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 6.
 Campis exiguis equitare. Horat. 2. Carm. ode 9. 5.
 Caſa exigua. Ouid. 4. Faſt. 10. 6.
 Cenus exiguus. Horat. 1. epiſt. 1. 9.
 Ceres exigua, Modicum panis. Virg. 7. Aeneid. 23.
 Cibum exiguus. Ouid. in Ibm. 23.

Exigua amicorum copia. Cic. pro Quintio. 1.
 Cōtractū, exile, exigui, et uietū cor bouis. Cic. 2. de Diuin. 55.
 Homo corporis exigui. Horat. 1. epist. 21. 5.
 Dapes exigue. Ouid. 2. Fast. 73.
 Exiguum diem præfinire operi. Cic. 5. Verr. 13.
 Exiguum discrimen. Plin. lib. 11. cap. 45.
 Elegi exigui. Horat. in Arte poet. 16.
 Fines exigui. Cic. 1. de Orat. 128.
 Finis exiguus libidinum. Horat. 1. Carm. ode 18. 3. Quum fas atq; nefus exiguo sine libidinum. Discernunt auidi.
 Foramen exiguum. Ouid. 2. Fast. 135.
 Exigua fortuna. Cic. 1. de Finib. 95.
 Fumus exiguus. Ouid. 15. Metam. 71.
 Gestus exiguus. Ouid. 3. de Arte. 55.
 Haustus exiguus. Ouid. 3. Fast. 55.
 Exigua et angusta hora. Cic. pro Rab. Perduel. reo. 6.
 Humor exiguus. Virg. 1. Georg. 14.
 Exiguus ignis. Virg. 1. Georg. 40.
 Ab exiguis initijs profecta. Lilius 1. ab Vrbe. 3.
 Internalla exigua. Lucretius lib. 2. 21.
 Lapis exiguus. Ouidius 2. Amorum. eleg. 6. 12.
 Lappillus exiguus. Ouidius 8. Metam. 4.
 Laus exigua. Cicero pro lege Agrar. 21.
 Exiguissima legata. Plinius epist. 14. 4. c.
 Limen exiguum. Ouidius 10. Metam. 137.
 Locus exiguus. Ouidius 6. Fast. 53.
 Merum exiguum. Ouidius epist. 1. 7.
 Mimus exiguum. Ouidius 2. de Arte. 58.
 Murmur exiguum. Ouidius epist. 17. 4.
 Murmure exiguo uerba loqui. Ouid. 5. Fast. 92.
 Exiguus mus. Virg. 1. Georg. 37.
 Nox exigua. Virg. 2. Georg. 41.
 Exiguus numerus. Cicero Cassio. lib. 12. 2. 10.
 Numerus exigui. Virg. 5. Aeneid. 150.
 Opus exigua. Ouidius 1. de Ponto. eleg. 1. 16.
 Opus exiguum. Ouidius 2. Fast. 1.
 Orbis exiguus. Ouidius epist. 4. 16.
 Pars exigua. Virg. 10. Aeneid. 2. 41.
 Pectus exiguum. Propert. lib. 4. eleg. 1. 12.
 Res exigua. Ouidius 3. Amorum. eleg. 3. 2.
 Preces exigua. Ouidius 1. de Arte. 89.
 Exiguus pulvis. Virg. 4. Georg. 18.
 Requies exigua. Ouidius 4. Metam. 126.
 Res exigua. Ouidius 2. Trist. 43.
 Sedes exigua. Virg. 7. Aeneid. 46.
 Tenui et exiguo sermone disputare. Cic. 1. de Orat. 30. Prop. libro 3. eleg. 1. 7.
 Significatio uoluntatis unius erga alterum exigua. Cic. Cn. Pompeio. lib. 5. 7. 3.
 Solatia exigua. Virg. 11. Aeneid. 13.
 Solum exiguum. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 5.
 Sonus exiguus. Ouidius epist. 14. 11.
 Spes exigua. Lilius 5. bel. Pun. 80.
 Sumptus ad fructum et scenus exiguus. Cic. in Parad. 63.
 Lewis et exiguus tactus. Lucretius lib. 1. 88.
 Ad exiguum tempus. Cic. de Senect. 67.
 Tempus exiguum alicui concedere. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 14.
 Exiguo tempore liber eris. Ouid. 2. Amorum. eleg. 2. 8.
 Exigua uindemie. Plin. epist. 19. 3.
 Vires exigua. Ouid. 2. Trist. 106.
 Vmbra exigua. Ouidius 3. Metam. 16.
 Vocem exigua tollere. Virg. 6. Aeneid. 99.
 Vrbs exigua. Virg. 4. Aeneid. 43.
 Vfus exiguus cum aliquo. Ouidius 4. Trist. eleg. 6. 2.

Animi exiguus. Claud. 2. in Eutrop. 77.
 Exiguissimus. pen. corr. Superlatiuum. Ouid. epist. 14. 23.
 De fratrum turba pars exiguissima restat.
 Exiguum. Substantiuum. Silius lib. 4. 50.
 — ut in tenui spes exiguumq; salutis iam uidet esse sue.
 Exiguum aque. Ouid. 5. Trist. eleg. 2. 4.
 Exiguum temporis medium. et rursum, simile aliud priori fide fecit. Plinius epist. 14. 7. e.
 Intra temporis exiguum. Ouid. 13. Metam. 188.
 Exiguo post. Paul. post. Plin. lib. 31. cap. 2. 4.
 Exiguum aliquando. pro Exiguo capitur. Plin. epist. 50. Quam tum ego sapio, qui fortasse in omni re, in hac certe per qua exiguum sapio.
 Exiguo. Aduerbium (φειδωμένως) Id est, parce et tenuiter. Exiguo facere sumptus. Terent. Heaut. 1. 2. 33. Sic, Exiguo suppeditare aliqui. Lilius 9. ab Vrbe. 66.
 Tribuere exiguo. Plautus Ciceroni. lib. 10. 9. 4. Nihil aut sero, aut exiguo à patria cui tributum potest uideri.
 Celeriter exiguoq; dicere. Cic. 3. de Orat. 80.
 Exiguo et celeriter ad calculos uocare amicitiam. Cicero de Amic. 52.
 Exiguo scripta epistola: hoc est, stylo exiguo et non elaborato. sed simplici. Cic. ad Atticum. lib. 11. 2. 24. 1.
 Exiguo se habuit frumentum dies xxx. Cæf. 7. bel. Gal. 28. 2.
 Exiguitas. pen. cor. huius exiguitatis (μικρότης) ut, Exiguitas laetis. Varro 2. de Re rust. cap. 4. 12.
 Exiguitas cibi. Colum. lib. 7. cap. 5. 4.
 Copiarum exiguitas. Cælius Ciceroni. lib. 8. 10. 2.
 Exiguitas pellis. Cæsar 4. bel. Gall. 4. 68.
 Exiguitas temporis. Lilius 4. bel. Pun. 75.
 Exiguitas uoluptatum. Cic. 4. de Finib. 48.
 Exilio] exilis, pen. corr. exilii, exilium uel exilij, exilium (ἐξίλιον, ἐξίλιον, ἐξίλιον) exilire, ab Ex et Sillio compositum, Gaudere, et quasi pre nimio gaudio salire significat. Cic. Tironi, lib. 16. 16. 1. Mibi crede, tuis et illius literis perlectis, exilii gaudio. Idē 7. Verr. 59. et 129.
 Perniciter exilire. Catul. Argon. 2.
 Foras emergere et exilire. Lucet. lib. 2. 41.
 Domo leuis exilij. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 20.
 Spatibus exilire. Lucan. lib. 1. 97.
 Stratis exilire. Ouid. 5. Metam. 7.
 Exilire cathedram. Plin. epist. 60. Dum hæc dicit, exiluit cathedram, aduersusq; parieti caput ingenti impetu impexit. Nihil forte in ablatiuo legendum.
 Exilire è uel de. pro Exire et prodire. Plaut. Amph. 17. 63.
 Citus è cunis exilii. Cic. 4. Ver. 53. Ita properas de sella exiluit.
 Exilire ad aliquem. Terent. Heaut. 4. 1. 49. Hoc est, ueluti saliendo et gestiēdo currere.
 In arma exilire. Stat. 9. Theb. 23.
 In calum exilii arundo, id est, sagitta. Senec. Herc. Oeth. 7. 16.
 Crimes exilium. Stat. 1. Achil. 106.
 Ad superos uolucer deus exilii. Id est, Mercurius reuolat ad superos. Stat. 2. Thebaid. 12.
 Equi exiluerunt. Ouid. 5. Fast. 4.
 Fretum exiluit è medio uulnere saxi. Ouid. 6. Metam. 16.
 Lumen exilii. Lucet. lib. 6. 33.
 Exilii preteritum. Lucan. lib. 5. 559. — sic fata relicta exiluit stratis.
 Exilij. Aliud preteritum. Ouid. 9. Metam. 63.
 Exilij, iunctasq; manus patefacta remisit.
 Exilij] et hoc exile, pen. prod. (ἀεφός) Id est, tenuis. Plin. lib. 11. cap. 51. 4. Bubus tantū feminis uox grauior, omni in alio genere exilior quam marib. in homine etiam castratum.
 Exilia, plenis opponit Plinius epist. 11. 4. Itē Cic. 2. de Diu. 46.
 Iecur

Iecur nitidum atq; plenum est, alie horridum et exile.
 Tenuis et exilis. Cic. pro Muræna, 4. 4. Comoti animi tenuis, et alium in nostrum ordinem. Hoc est, plebeiorum.
 Exilis aper, Gracilis et miule signatus. Varr. 3. de Re rust. cap. 2. 9.
 Arus exiles. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 6.
 Exilis copia. Cic. de Finib. 20.
 Dignis exiles. Ouid. 6. Met. 29.
 Domo exilis. Horat. 1. Carm. ode 4. 4.
 Genus sermons exile, ad idum, concisum, ac minutum: cui opponitur. L. quidam sison, profuens. Cic. 2. de Orat. 87.
 Membra exilia. Ouid. 5. Metam. 87.
 Sp. 10sa et exilis oratio. Cic. 1. de Orat. 41.
 Pectus exile. Stat. 11. Thebaid. 128.
 Gliebis exilis regio aliqua. Lucan. 1. b. 3. 41.
 Exile et macrum solum. Cic. 2. de lege Agrar. 69.
 Exilia dicere de uirtute. Cic. 4. de Finib. 12.
 Exili. er. pen. corr. Aduerbium (ἀεφός) Cicero 1. de Orat. or. 27. Etenim uidentur isilem de rebus uisus quosdam et exiliter, ut eum quem acutissimum ferunt Ceryippum disputauisse. Idem lib. 3. 23.
 Exilia, pen. corr. (ἀεφός) Denominatiuum. ut, Foliorum exilitas. Plin. lib. 21. cap. 6. 3.
 Exilias uitis. Colum. lib. 5. cap. 5. 8.
 Exilias in dicendo. Cic. de claris Orat. 156.
 Cōpia et exilitas in dicendo, contraria. Cic. 1. de Orat. 27.
 Exilias, et Pinguitudo literarum opponuntur. Quintil. lib. 1. cap. 11. 3.
 Pangi feminæ uocis exilitate. Quint. lib. 1. cap. 11. 1.
 Exilium] Vide Exul.
 Eximius] Vide Eximo.
 Eximio] eximis, pen. corr. exemi. pen. prod. exemptum (ἐξίμιον, ἐξίμιον) eximere, Ab Ex et Bino compositum, signifi- cat auferre.
 Eximere cupressos cum radicibus. Cato cap. 28.
 Eximere è doli aliquid. Cato cap. 112. 3.
 Eximere alicui quod eum angit. Cic. 2. Tusc. 51.
 Eximere lapides sub terra. Plautus Capt.
 Eximere in libertatem. Liu. 1. bel. Maced. 110.
 Actionem eximere quando di. aur. index, et aret Vlpianus 1. sed est per Prætorum. s. aut Prætor. s. Ex inibus causis maiores, siue cui, inquit, per magistratus factum sine dolo malo ipsius actio exempta esse dicitur. hoc quoq; ut si per dilationes iudicis effectum sit, ut actio eximatur, fiat restitutio. Actio autem exempta sic erit accipienda (ut paulo post inquit) si desistit agere posse.
 Ambitus longos eximere. Stat. 4. Syl. 3. 5.
 Beneuolentia coniunctionem ex rerum natura eximere. Cic. de Amicitia, 22.
 Eximere curam. Plaut. Casina, 11. 3. Curam erue, curam exime.
 Eximere diem. Lilius 5. bel. Pun. 16.
 Diem dicendi eximere. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 5. 5. alio loco, Tol- lere diem dixit.
 Eximere diem ex mense. Cic. 4. Verr. 90.
 Eximere dubitationem. Liu. 5. bel. Pun. 50.
 Labem concretam eximere. Virg. 6. Aeneid. 149.
 Eximere lassitudinem. Plautus Merc. 4. 17.
 Eximit ipsa dies omnes de corpore mendas. Oui. 2. de Arte. 131.
 Ebrietas sollicitis animis onus eximit. Horat. 1. epist. 5. 4.
 Otium eximere. Horat. 4. Carm. ode 15. 4.
 Exemisti tute huic pateram. Plaut. Amph.
 Prenomen è familia eximere. Quint. lib. 3. cap. 7. 14.
 Eximere alicui serupulum. Plin. lib. 3. epist. ad Seruianum.
 Eximere tempus. Cic. ad Atticum. lib. 4. 7. 2. 6. Metellus calum-
 Theauri pars 2.

nia dicendi tempus exemit. Id est, dicendo diem consumpsit.
 Eximere tempus studij. Plin. epist. 4. 9.
 Tempus eximunt ferie. Vlpianus in l. sed et si per Prætorē. §. si ferie. s. ex quibus causis maiores, Se quum ferie repenti- ne tempus eximunt, restituito duntaxat ipsorum diem faci- enda est, non totius temporis.
 Conijcere in ordinem et Eximere, contraria. Cic. in Pis. 74.
 Inde non eximam te. Terent. And. 1. 2. 29.
 De feritate alicuius loci eximi. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 22.
 Eximere de uel ex reis, in criminalibus causis id dicitur quod nunc uulgò Dare congelium dicimus. Cic. 6. Verr. 37. Con- demnare Diodorum non audeat, absentē de reis eximere. Idem 4. Verr. 69. Quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis, ob eam causam ne tu ex reis eximerere, si ego non assuissem ad diem. Budeus.
 Eximere de uictis alibus. Cic. 2. Philipp. 100.
 Nomen alicuius de tabulis eximere. Cic. pro Rose. Amer. 15.
 E uinculis aliquem eximere. Cic. in Orat. 42.
 Eximere ex ararijs. Est condonare uel mutam: id est, Quictare em- mendam. Cic. 2. de Orat. 14. 9. Budeus.
 Eximere ex culpa. Cic. 2. de Inuen. 137.
 Eximere ex manu manubrium. Plaut. Aulid. 14. 12.
 Eximere ex miserijs. Plaut. Cap. 16. 3. Et Epid. 13. 4.
 Ex obfidiōne aliquos eximere. Cic. Sestio. lib. 5. 6. 6.
 Eximere, cum ablatiuo: ut, Eximere metu. Plaut. Rud. 6. 13.
 Eximere obfidiōne. Plin. lib. 7. cap. 28. 5. Cremonam obfidiōne exemit. Id est, liberauit.
 Eximere uinculis. Plaut. Capt. 5. 10.
 Eximere seruitute. Liu. 4. bel. Maced. 194.
 Eximere seruitute. Liu. 8. bel. Pun. 208.
 Vmbis infernis aliquem eximere. Silius lib. 15. 132.
 Eximere, cum datio constructum: ut, Eximi uox. Absolui uel eu. idere condemnationem. Liu. 8. ab Vrbe. 179. Non no- xæ eximuit. Qu. Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnauit.
 Aceruo eximere aliquid. Ouid. 1. Metam. 5.
 Eximere et exigere honorib. Plin. epist. 16. a. Id est, excludere.
 Eximere memorie. Suet. in Claudio, cap. 11.
 Eximere nota. Gel. lib. 4. cap. 20.
 Eximere numero, id est, Reijcere et excludere. Qu. 1. b. 1. cap. 5.
 N omero beatorum aliquem eximere. Horat. 2. Carm. de 2. 4.
 Eximere in ius uocatum quomodo dicitur, docet Paulus in l. sed eximendi. s. Ne quis eum, qui in ius uocabitur, ui exinat. Sed eximendi, inquit, uerbum generale est, ut Pomponius ait. Eripere enim, est de manibus auferre per raptum: exime- re, quo quomodo auferre: ut puta, si quis nō rapuerit quem, sed moram fecerit quo minus in ius ueniret, ut actionis dies exiret, uel res tempore amitteretur, uidebitur eximisse. quia uis corpus non exemerit.
 Reum eximere. Vlpianus in l. si interueniente s. ad sen. et con- sultum Turpilianum. Nec enim ui letur desistere qui exem- ptum reum non deserit. Eximitur aut reus publica abolutio- ne interueniente.
 Eximere, Interimere. Propert. lib. 3. eleg. 18. 6.
 Nireu non facies, non uis exemit Achillem.
 Exemptus, Participium (ἐξέμπτω) ut, Exemptus dies. Cic. ad Qu. fratrem. lib. 2. 10. 9.
 Pames exempta epulis. Virg. 1. Aeneid. 4. 4.
 Finis exempta. Lucret. lib. 1. 198.
 De spinis pluribus una exempta. Horat. 2. epist. 2. 43. Id est, nu- num tantum de multis sublatum uitium.
 Exemptilis, et hoc exemptille, pen. cor. (ἐξέμπτω) Quod auferri et eximi potest. Colum. lib. 8. cap. 11. 4. Sed idcirco sunt exemptilles, ut quum rex exigit, à papillis deductæ libe- rum ad-

rum aditum conuerrentibus stabulum præbeant.
 Margaritæ exemptiles. Vlpianus in L. argumento. §. margarita.
 ff. de aur. & arg. leg.
 ¶ Exemptio, Verbalis (ἐξέποις) Col. lib. 3. cap. 18. Quum enim
 per exemptionem inæ partes eorum præfractæ sunt, aperta
 medulle deponuntur. Ibidem, cap. 19. Ne depressus altius,
 quam adoleuerit, exemptionem difficilem præbeat.
 ¶ Exemptor, Verbalis (ἐξέποιος) Qui eximit lapides sub terra.
 Plin. lib. 36. cap. 15. 26. Et inter plurima alia Italia miracu-
 la, ipsa marmora in lapidicinis crescere, auctor est Papyrius
 Fabianus, naturæ rerum peritissimus. Exemptores quoque as-
 firmant compleri sponte illa montium ulcera.
 ¶ Eximius, Adiectiuum (ἐξίμιος) Donatus, Exi-
 Comes exterior. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 40.
 Exterior, pro Extra, apud Plautum Men. 5. 89,
 Exterior sis, obseruato modo.
 ¶ Extremus, pen. prod. ἀκρῶς, ὑπερῶς) Superlatiuum ab Exter, Initium alicuius rei aliquando significat Spononino. Plautus, Ab extremo narrare incipiam.
 Ab extremo. Vide Ab.
 Extremus, Vltimus. Virg.
 Extremum hunc Arethusa mihi concedere laborem. Cicero de Amicitia, 13, Cuius disputationis fuit extremum fere de immortalitate animorum.
 Caelum extremum atq; ultimum mundi est. Cic. 2. de Diuin. 137.
 Dies extremus sati. Ouid. epist. 1. 23.
 Finis extremus laborum. Virg. 4. Georg. 24.

Fortuna extrema stare. Cic. in Salust. 9.
 Gemitus extremos ciere. Virg. 3. Georg. 10. 2.
 Halitus extremus. Virg. 4. Aen. 37.
 Hora extrema. Virg. 8. Aen. 4.
 Extrema hyeme apparauit. Cic. pro lege Manil. 25.
 Manus extrema non accessit operibus eius. Cicero de claris Oratorib. 65.
 Morte extrema. Virg. 2. Aen. 90.
 Extrema & prima nox, contraria. Cic. in Arato, 10.
 Pars extrema & conclusio muneris & negotij. Cicero Quinto fratri, lib. 1. 68.
 Extrema pueritia miles fuit imperatoris. Cicero pro lege Manilia, 19.
 Reccessu penitus extremo abditus. Senec. Hipp. 8. 15.
 Spiritum extremum filiorum excipere. Cic. 7. Verr. 92.
 In extremo spiritus: hoc est, usq; ad mortem, & extremum spiritum. Cic. 2. de Fin. 159.
 Supplicium extremum. Cic. 7. Verr. 133.
 Primum & extremum. Senec. Agam. 7. 13.
 Ad extremum. Horatius 1. epistoliarum, 1. 2. Vide Ad praepositionem.
 Ad extrema descendere. Pollio Cicero, lib. 10. 33. 13.
 Ad extremum, pro In extrema parte. Liu. lib. 1. Decad. 3.
 Ad extremum manus dare. Cic. Attic. lib. 2. 37. 3.
 Ad extremum, pro Postremo. Tacit. lib. 17, Et ad extremum bella ciuilia ruebant.
 Vitam adducere in extremum. Tacit. lib. 14.
 Durare in extremum. Ouid. epist. 7. 22.
 Usq; in extrema obstinatus. Tacit. lib. 19.
 Liberis quibus in extremis erat: sub. scriptum. Cicero Attico, libro 14. 305. 1.
 In ea Pompeij epistola erat in extremo ipsius manu. Subaudi, scriptum. Cic. Att. lib. 8. 145.
 In extremo tertio scribere. Cic. 1. de Diuin. 15. sub. libro.
 Habet extremum quod finitum est. Cic. de Diuin. 154.
 Extrema cum primis contexere. Vide Contexo.
 Extremum omnium rerum mors. Cicero ad Toranum, libro 6. 21. 5.
 Summum atque extremum honorum omnium. Cicero 1. de Finibus, 83.
 Sed hoc extremum eorum est, postulant ut excipiantur haec inexplicabilia. Cic. 4. Acad. 172.
 Curarum extrema. Silius lib. 17. 16.
 Extremum tunicae. Plin. lib. 37. 23.
 Extremo anni, pro extrema parte anni. Tacitus libro 5, Idem libro 19, In extremo Pontica ora. Item libro 21, Extrema, & latissima mcaenium.
 Extremus, Perditus & nequam. Virg. 4. Aen. 36,
 Illam terra parens, ira irritata deorum
 Extremam (ut perhibent) Caeo, Enceladog; sororem
 Progeniuit. Hoc est, pessimam. Quod non sine ratione esse uidetur: quandoquidem medici affirmant deteriores esse qui ultimi nascuntur. Spononius ex Seruio. Sic extremum ingenium apud Liuium lib. 2. bel. Punici.
 Extremus, Remotus. Hor. 1. Epist. 1. 9,
 Impiger extremos currit mercator ad Indos.
 ¶ Extimus, pen. corr. (ἐξωτῶς) similiter ab Exterior: opponitur Citimo. Plin. lib. 2. cap. 78. 2, Iisdem imperia quam nunquam extimis gentibus fuerint.
 Extimum promontorium. Plin. lib. 6. cap. 28. 11.
 ¶ Extremò, Aduerbiu (ὑπερῶς) Cicero ad Attic. libro 12. 251. 1, Quod enim scribis extremò, uide, &c. Legitur & extremi.
 ¶ Extremitas, pen. corrept. (ὑπερῶς) Denominatiuum, dicitur id

tur id quod in quaque extremitate est: ut, Extremitas circuli. Plin. lib. 2. cap. 17. 4.
 Ora & extremitas regionis. Cic. 2. de Finib. 163.
 Celi extremitas. Cic. de Vniuers. 34.
 Mundi extremitas paribus a medio radijs attingitur. Cicer. de Vniuersitat. 22.
 Extraho] extrahis, pen. corr. extraxi, extractum (ἐξάγω, ἀνασπάω) extrahere, extra trahere. Cic. pro Cluent. 28, Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manilio.
 Aculeos corpore extrahere. Vide Aculeus.
 A uita extrahere aliquem. Senec. Theb. 1. 2.
 Extrahere ui aliquem in publicum. Liu. 6. bel. Pun. 63.
 Extrahere serpentes cantu. Plin. lib. 8. cap. 16. 8.
 Telum e corpore extrahere. Cic. pro Rosc. Amer. 11.
 Extrahere uenena corpori. Plin. lib. 7. cap. 2. 4.
 Extrahere se ex aliquo negotio. Terent. Phorm. 1. 4. 3.
 Extrahere ex animis affectionem. Cic. 4. Acad. 19. 4.
 Tollere atque extrahere cupiditates radicibus. Cicero 2. de Finibus. 47.
 Radicibus ex animis religionem extraxit Epicurus. Cicero. 1. de Natur. deor. 165.
 Rem aliquam ab aduersarijs uarijs calumnijs extrahere. Cicero Lentulo. lib. 1. 4. 1.
 Extrahere scelus aliquod in lucem ex occultis tenebris. Id est, prodere & manifestare. Liu. 9. bel. Maced. 63.
 Secreta mentis extrahere. Senec. Hipp. 8. 5.
 Extrahere diem: Trahere in longum, & differre, ac proprie procrastinare, Cesar in Comment. Liu. ab Vrbe condita, Cunctando extraxeram diem.
 Extrahere in annum rem aliquam. Liu. 2. ab Vrbe. 244. Idem lib. 3. 4. Extractum in tertium annum bellum est.
 Extracta utraq; res in Consulium aduentum est. Idem de bello Punico, Extrahi rem in suum aduentum iussit.
 Extrahere rem aliquam per aliquot dies. Liu. de bello Punico.
 Extractum certamen usq; ad noctem. Liu. 4. ab Vrbe. 174.
 Mortem extrahit a uates dulci testudine. Valer. 1. Argon. 57.
 Pugnam in posterum extrahere. Tacit. lib. 4.
 In infinitum aliquid extrahere. Quint. lib. 4. cap. 130.
 Extrahere iudicium. Paulus Ad exhibend. Si optione intra certum tempus data, iudicium extractum est, in id tempus quo frustra exhiberetur, utilitas petitoris conseruetur.
 Extrahere aliquem, pro Inducere, & uehementer sollicitare ut aliquid faciat. Liu. 2. bel. Pun. 145.
 Extrahendus (ἐξελκτέος) Senec. Oedip. 4. 22.
 —populus inferna Stygis
 Huc extrahendus.
 Extractus, Particip. (ἐξελκτός) Cicer. Quint. fratri, libro 2. 6. 4. Sed per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta est.
 Rure in urbem extractus, Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 3.
 Extractorius, Adiectiuum (ἐξελκτικός) Plin. lib. 2. 4. cap. 11. 3. Vulgaris arundo, extractoriam uim habet. Hoc est, uacuatoriam & educatoriam.
 Extremitas, Extremus] Vide Extra.
 Extrico] extricas, penult. prod. (ἀνατρίβω, ἀνατρίβω) extricare, Verbum a trico compositum significat liberare.
 Extricare se. Plaut. Epid. 3. 49.
 Aliqua ope exoluam, extricabor aliquis. Videtur hic Plautus in passua uoce protulisse Extricor, ni mendosus est codex.
 Extricare syluestrem agrum, pro Purgare & mundare. Col. lib. 4.
 Nummos unde unde extricare. Horatius primo, Sermon. Satyr. 3. 18.

De Dionysio tuo adhuc nihil extrico. Vatinus Cicero libro 5. 10. 1.
 Cerua extricata densis plagis. Horat. 3. Carm. ode 5. 7.
 Extricatus, ta, tum, Adiectiuum: ut, Extricate margarite, id est, perpurgate, mundate, expolite. Vlpianus 1. 27. §. 19. ff. ad l. Aquilian, Si quum maritus uxori margaritas extricatas dedisset, eaq; inuito marito perforasset, &c.
 Extringo] extringis, extrinxi, extrictum (σφίγγω) extringere, Idem quod Stringere. Cicero 4. Acad. 260. Deinde quum paulum digitos extrinxerat. Quo in loco extenuis exemplaribus legitur, contraxerat, non autem extrinxerat.
 Extrinsecus] ca, cum, penult. corrept. Boethius libro 3. De differentijs Topicis, A comparatione maioris uel minoris idem locus est, qui apud Themistium inter extrinsecos locos ponitur a maiore & minore.
 Extrinsecus] penult. corr. (ἐξωθεν) Aduerbium, quasi dicat externè, uel ab extra. Cicero. 5. de Finib. 70. Et nunc quidem quod eam tuetur, ut de uite potissimum loquar, est id extrinsecus. Idem 1. de Orat. 92. Adhibita est igitur ars quedam extrinsecus ex alio genere quodam. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 41. 2. Vt non denudes medullam, ne extrinsecus imbres noceant. Liu. 2. ab Vrbe. 142. Sine ullo metu extrinsecus immentis belli.
 Accipere extrinsecus aliquid. Cic. 3. de Nat. deor. 38.
 Addita corpora sunt extrinsecus. Lucr. lib. 2. 22.
 Adhibentur extrinsecus corporum adiumenta. Cicero 4. Tu scul. 93.
 Allapsus extrinsecus humor. Cic. 2. de Diuin. 86.
 Assumere auxilia extrinsecus. Quint. lib. 7. cap. 5. 6.
 Assuntur extrinsecus loci Cic. in Topic. 5.
 Excitari ui & commoueri extrinsecus. Cic. de Fato. 63.
 Complecti extrinsecus aliquid. Cic. 2. de Nat. deor. 165.
 Ducunt extrinsecus spiritum pulmones & cor. Cic. 2. de Nat. deor. 204.
 Inaurata extrinsecus columna. Cic. 1. de Diuin. 87.
 Iniecta extrinsecus presagitia, atq; inclusa diuinitus, inest animis. Cic. 1. de Diuinat. 115.
 Extrinsecus intrare. Pers. Satyr. 5. 13.
 Irrumpunt extrinsecus in animos nostros per corpus imagines nobis dormientibus. Cic. 4. Academ. 125.
 Nulle imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus. Cic. 2. de Diuinat. 205.
 Extrinsecus alicunde aliquid querere. Cic. 6. de Orat. 174.
 Vestituit extrinsecus animum Deus & circumdedit corpore. Cicero de Vniuers. 26.
 Extror] extras (ἐξω) extrare, Verbum ab extra formatum, significat egredi. Sicut intrare, ingredi est. Afranius, Simul lumen intrabo, illi extrabunt illico. Antiquum est.
 Extrudo] extrudis, extrusi, extrusum, pen. prod. (ἐξωθώ, ἐξομώ) extrudere, Proprie dicitur qui manibus expellit, & ueluti extra trudit. authore Donato.
 Esse in numero, & Extrudi, contraria. Cicero Trebatio, libro 7. 6. 4.
 Extrudere edibus. Plaut. Aulul. 4. 31.
 Extrudere ex edibus. Plaut. Casina. 17. 18.
 Extrudere foras. Plaut. Trucul. 3. 51. Terent. Eun. 4. 5. 11. Correxit miles quod intellexi minus: nam me extrusit foras.
 Extrudere inuitum. Terent. Hecyr. 1. 2. 98.
 Eo amantem inuitum Pamphilum extrudit pater. Vt Donatus, hic translatione usus est Terentius, ut ostenderet tantum importunitatis uerbis sensus fuisse, quantum impulsio manuum efficere potuisset.

Extrudit,

Extrudit, Verbum necessitatis. Plaut. Merc. 19. 4. 2.
 Vnicus mihi Dorippa est gnatus, scis? D. scio. P. hinc pater Oum a se extrudit Rhodium.
 Extrudere & eijcere aliquem in uiam. Cic. 2. de Orat. 130.
 Extrudi, per translationem, pro Abalienari: ut, Extrudi ab aliquo. Cicero ad Atticum, lib. 3. 54. 2. Sed iam extrudimur, non a Planco (nam is quidem retinet) uerum ab ipso loco minime appposito, &c.
 Extrudere domo sua aliquem. Cic. 7. Verr. 31.
 Extrudi, & Prohiberi, contraria. Cic. 10. Phil. 176. Qui tanquam extruderetur a Senatu Macedoniam, & non contra prohiberetur proficisci, ita cucurrit.
 Extrudere aliquem, pro Accelerare. Cic. Terent. libro 14. 2.
 Extrudere tabellarios, pro Accelerare ad iter. Cicero ad Brutum. 14. 6. 2.
 Merces extrudere. Horat. 2. epist. 2. 3.
 Extruo] extruis, pen. corr. extruxi, extructum (κατασκευάζω) extruere, ab Ex & Struo, Construere, & adificare. Cæsar 3. bell. Gal. 460. Omnem eam materiam que erat extructa, conuersam ad hostem collocabat, & pro uallo ad utrumq; latus extruebat.
 Extruere, & Euertere, contraria. Cic. pro Domo sua. 77.
 Aceruum magnum ad pedes alicuius extruere. Cicero Attico, lib. 2. 17. 1.
 Extruere adificium in alieno, per metaphoram. Cicero pro Mil. 56.
 Extruere aggerem in altitudinem. Cesar 2. bel. Ciuil. 4.
 Altitudinem excellentiamq; uirtutum animo extruere. Cicero 5. de Finib. 124.
 Casus extruere ex uirgis. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 5.
 Extruere cumulum. Cesar 6. bel. Gal. 68.
 Fundare & extruere disciplinam. Cic. 4. de Finib. 1.
 Focum extruere lignis. Horat. Epod. 2. 9.
 Extruere mensas epulis. Cic. 5. Tusc. 87. Cic. de Senect. 48. Ca ret epulis, extructisq; mensis & frequentibus poculis.
 Mensas festas extruere. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 13.
 Montem extruere. Cic. in Pisonem. 38.
 Montes extruxit in aethera. Valer. 2. Argon. 4.
 Extruere monumentum. Cic. 14. Philip. 406.
 Extruere rogam. Cic. 3. de Finib. 115.
 Extruere sepulchrum alius. Cic. 2. de Legib. 105.
 Extruere fragmenta in aceruum. Colum. lib. 6. cap. 3. 1.
 Extruere thermas de marmore. Mart. lib. 9. 39.
 Toros extruere. Virg. 3. Aen. 4. 5.
 In numerum uerba extruere. Author ad Heren. lib. 4. 198.
 Ad celum uillam uisceribus arari extruere. Cicero pro Domo sua. 95.
 Urbem extruere. Virg. 4. Aen. 54.
 Extructus, Participium (κατασκευαστός) Cicer. in Pisonem, 53. Extructa mensa non conchylijs aut piscibus, sed multa carne subrancia.
 Foci extructi. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 9.
 Mensæ extructæ dapibus. Ouid. 11. Metam. 25.
 Extructio, Verbale (κατασκευασίς) Cic. 14. Philip. 408. Ea q; extructio que fit ad memoriam eternitatis.
 Extructio testorum. Cic. 2. de Nat. deor. 225.
 Extubero] extuberas, pen. corrept. (ἐξυβρίζω) exturbare, A Tuber deriuatum, significat excrescere, inflari, & quasi tuberi figuram efficere. Plinius libro 21. capite 16. 3. Neq; in omnibus terris est, radice foliosa, ex qua media ueluti malum extuberat. Idem lib. 37. capite 8. 4. Vtrobiz autem in rupibus inuis & gelidis, oculi figura extuberans leuiterq; adherens.
 Exturbare, Aditium, pro Tuberibus asperare. Senec. libro 6.

Natur. quæst. Desert montes, subrigit plana, ualles extuberrat, nouas in profundo insulas erigit.
 Exturbantes gemme: quibus opponuntur Cause. Plinius libro 37. cap. 12. 4.
 Extuberatio, Verbale (ἐξυβρίσις) Plin. lib. 31. cap. 9. 8. Lunæ xaxis imponitur cum farina & melle, item extuberationibus. Hoc est, tuberculis per corpus enascentibus.
 Extumeo] extumes, penult. corr. uel Extumescere, extumescere (ἐξυμύω) extumescere, idem quod Tumescere, & in tumorem redigi. Plin. lib. 37. cap. 5. 8. Democritus in hoc genere posuit Hermeos & Persicos illos extumescentes pingiter.
 Extumidos, pen. corr. Adiectiuum (ἐξυμύδης) ut, Extumida media æra. Varro de re Rust. cap. 51. 1.
 Extunc] Ext illa hora. Apuleius lib. 7. Asini aurei, Extunc poenæ referuatus.
 Extundo] exundis, extudi, pen. corr. extisum, penult. prod. (ἐκκύνω, ἐκκύνω) extundere, Extorquere uel in uenire, Nonius. Plaut. Most. 4. 64.
 Eundem animu oportet nunc mihi esse gratum ut impetraui, atq; olim prius quam id extrudi, quum illi subblandiebatur. Sueton. Ea demum extudit magis conuitio qua precibus.
 Vfus extudit artes. Virg. 1. Georg. 27.
 Labor extudit fistula. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 3.
 Extundere aliquem. Quint. lib. 1. cap. 4.
 Extundere, Studiosè facere. Virg. 8. Aeneidos, Lanigerosq; apices, & lapsa ancilla celo Extuderat. Seruius.
 Extundere, in tuber tendendo transformare. Cassius Scauerus lib. 6. Controuers. apud Senecam, Alterius diminutas scapulas in deforme tuber extundit.
 Exturbo] exturbas (ἐξυβρίζω) exturbare, Violenter eijcere ab aliquo loco. Metaphora sumpta a turbine uenti, qui dum perflat, puluerem ueluti in globum uolenter sursum erigit.
 Expellere atq; exturbare aliquem. Cic. pro Cluent. 10.
 Exturbare, Eijcere, expellere. Cic. pro Muræna. 43. Magnum est enim te comparare ea quibus possis hominem e ciuitate, præsertim non inopem, neq; infirmum, exturbare, qui & per se, & per suos, & uero etiam per alienos defendatur. Budeus.
 Exturbare, & Manere, contraria. Cic. Attic. lib. 8. 169. 3.
 Exturbare aliquem foras. Plaut. Trinum. 14. 74.
 Dejicere Senatui a gubernaculis, Populum e nauis exturbare. Cic. pro Domo sua. 20.
 Exturbare homines e possessionibus. Cic. pro Sylla. 53.
 Exturbari præcipitem e prouincia. Cic. 6. Verr. 59.
 Exturbari ex agris. Cic. pro lege Agraria. 83. Sic, Exturbare aliquem bonis. Cic. 4. Verr. 32.
 Exturbare ex numero uitorum. Cic. pro Quintio. 28.
 Exturbare aliquem edibus & ex edibus. Plaut. Trinum. 11. 56. & 4. 74.
 Miserum fortunis omnibus exturbari. Cic. pro Quint. 63.
 Exturbare penatibus. Plin. in Paneg. 56.
 Exturbare sede. Colum. lib. 8. cap. 17. 9.
 Exturbare ciuem innocentem, expellere. Cicero Antequeret in exil. 101.
 Exturbare ex animo ægritudinem, pro Excute. Plautus Cure. 5. 9.
 Animas exturbare e sede. Ouid. 25. Metam. 3. 5.
 Exturbare mentem alicuius. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 4. 3.
 Noctem exturbabat noctiferans. Stat. 1. Theb. 43.
 Silentia noctis exturbare. Stat. 1. Theb. 88.
 Exturbare stem pacis. Liu. 6. ab Vrbe. 80.
 Exturbare calculos, dicitur radix herbe, pro Eijcere & constringere.

fringere. Plin. lib. 20. cap. 10. 2.
 Comas exturbare. Stat. 5. Theb. 61.
 Exturbare oculos alicui, pro Excludere & exculpere, siue es-
 judere. V. laut. Pœnulo, 4. 160.
 ¶ Exturbatus, pen. prod. (ἐξουράσθαι) Participium. ut, Radici-
 bus exturbata pinus. Catul. epig. 59. 22.
 Exulsire] Idem quod Tustire, & cum tusti aliquid ejcere,
 (ἐξέρπει) Plin. lib. 35. cap. 15. 4. Purulenta quoq; extusa-
 fientibus, & contra scorpionum idus. Idem lib. 23. cap. 3. 4.
 Celsus lib. 2. cap. 8. Nisi uomicam aliquam excitauit sic, ut
 pus extusiretur.
 Exubero] ὑδύρεο. Vide Exhubero.
 Annus exuberat pomis. Virg. 2. Georg. 10. 4.
 Humor malus mēbris exuberat. Claud. de Aponi balneis. 5. 19.
 Umbra exuberat luxuria foliorum. Virg. 1. Georg. 39.
 Aflu exuberans. Silius lib. 1. 12. de Hannibale.
 Exuccus] ἐξυκός, Qui succo caret. Seneca epist. 30. Scis il-
 lum infirmi semper & exucci corporis fuisse. Quint. lib. 12.
 cap. 10. Vnde nunc quoq; aridi, & exucci, & exanguis.
 Exudo] exudas, pen. prod. (ἐξοδέω) exudare. Veluti per su-
 dorum emittere. Plin. lib. 24. cap. 9. 1. Vnum arbor ipsa e-
 xudat gummi modo. Colum. lib. 12. cap. 4. 8. 3. Quum oliua
 quicquid habuit amara exudauit. Et, Exudare liquorem,
 Colum. lib. 7. cap. 8. 3.
 Humor exudat. Virg. 1. Georg. 18. Nouē locutus est: nam non
 ipse humor, sed terra desudat. Vnde exudat pro exudatur
 accipimus. Seruius.
 Exudare laborem. Liu. 5. ab Vrbe. 20.
 Edomiti exudatq; labores. Silius lib. 3. 107.
 Exudare causas, pro magno labore agere. Horatius 1. Serm. Sa-
 tyr. 10. 6. Vide Caula.
 Exuerræ] Vide supra in Euerrator.
 Exuerro] Vide Euerro.
 Exuertio] exuertis, exuerti, exuersum (περὸ λαμῶν) exuer-
 tere, Præuenire, præoccupare. Plaut. Pœnulo, 14. 52.
 Verum enim qui bene eum nunt, citō homo exuerti potest.
 Antiquum.
 Exugo] exugis, pen. prod. exuxi, exustum (ἐξυγίω) exuge-
 re, Succum omnem sugendo extrahere. Legitur & Exuge-
 bo, in secunda. Plaut. Rud. 2. 3. 89.
 Ego ita te hic iudē, quasi penicillus nomis solet exugere,
 Ni hunc amittis, exugebo quicquid humoris tibi est. 1.
 dem Pœnulo, 8. 37.
 Iam nunc ego illi egredienti sanguinem exugam procul.
 Colum. lib. 4. cap. 2. 4. 8. Sed ab uno latere exugitur. Cato,
 cap. 15. 6. 2.
 Exugere sudorem. Colum. in Proem. lib. 1. 14.
 ¶ Exugentes, Experimentes. Festus.
 ¶ Exuctus, Particip. Gell. lib. 20. cap. 7. Luna nunc uidelicet
 senescit, ea re ostrea quoq; sicuti alia quædam, tenuia exu-
 ctasq; sunt. Hoc est, sine succo & humore.
 Exul] exulis, pen. corr. com. gen. (ἐξυλάσθαι) exul-
 59) Is dicitur, qui ex patria eiectus est: quasi extra solum.
 Festus, Exules dicuntur loco patriæ suæ pulsi. Cic. pro Do-
 mo sua, 57. Quid est enim exul? Ipsum per se nomen calami-
 tatis, non turpitudinis. Quando igitur est turpes Re uera
 quando est pœna peccati, opinione autem hominum si est
 pœna damnati.
 Mentis domusq; exul. Ouid. 9. Metam. 82.
 Patriæ exul. Horat. 2. Carm. ode 16. 4.
 Vagus exul. Ouid. 11. Metam. 82.
 Exul agor. Ouid. epist. 7. 23.
 Vagum exulem errare aliquem, atq; undiq; exclusum. Cicero

pro Cluentio, 138.
 Reducere exules. Cic. Casio, lib. 12. 1. 4. Et pro Sestio, 48.
 Vi eiectos exules reducere. Author ad Heren. lib. 2. 83.
 Restituere exules. Cic. 1. Philipp. 2.
 Venit exul ad Antiochum Ephesum Hannibal Carthagine ex-
 pulsus. Cic. 2. de Orat. 4. 2.
 ¶ Exilium, huius exilij (ἐξουχία) dicitur ipsa priuatio
 soli patrij. Cic. lib. 5. Tusc. 14. 9. Exilium credo quod in ma-
 ximis malis ducitur: idem in Parad. 38. Nescis exilium, sce-
 lerum esse pœnam?
 Exilij species tres ponit Martianus in l. exilium. ff. de interdi-
 ctis & relegatis. Exilium, inquit, triplex est: aut certorum
 locorum interdictione: aut lata fuga, ut omnium locorum, præ-
 ter certum locum: aut insule vinculum, id est, relegatio in
 insulam. Exilium autem pœna est iudicij capitalis. Pau-
 lus in l. 2. ff. de publicis iudicijs, Capitalia iudicia sunt, ex
 quibus pœna mors, aut exilium est: hoc est, aquæ & ignis
 interdictione: per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate.
 Nam cetera, non exilia, sed relegationes propriè dicuntur.
 tunc enim & ciuitas retinetur. Cicero pro Cecinna, 73.
 Tum amittitur hæc ciuitas deniq; quum is qui profugit re-
 cepus est in exilium: hoc est, in aliam ciuitatem. Idem pau-
 lo antè, 72. Exilium enim, non supplicium est, sed profugij,
 portusq; supplicij. Nam qui uolunt pœnam aliquam subter-
 fugere, aut calamitatem, eo solum uertunt: hoc est, sedem ac
 locum mutant.
 Exilij causa solum uertisse aliquem, nec postea esse restitutum.
 Cic. 5. Philipp. 174.
 Infelix exilium. Virg. 10. Aeneid. 168.
 Terribile exilium illis quibus quasi circumscriptus est habitan-
 di locus, non ijs qui omnem orbem terrarum unam urbem
 esse ducunt. Cic. in Parad. 20.
 Pœna scelerum, exilium est. Cic. in Parad. 38.
 Quos leges exilio affici uolunt, exules sunt, etiam si solum nō
 mutarunt. Cic. in Parad. 38.
 Afficiunt exilio sceleratos & impios leges. Cic. in Parad. 38.
 Fugam meditari, & exilium cogitare. Cic. 1. in Catil. 19.
 Confensere ere in exilio. Vide Confensere.
 Delitescere exilio. Ouid. in Ibin. 3.
 In exilio depellere, & agere. Plin. lib. 7. cap. 30.
 In exilium aliquem ejcere. Cic. 2. in Catil. 33.
 Ire in exilium. Cic. in Catil. 16. Quint. lib. 6. cap. 4.
 Exigere in exilium, iustinus, Quod per iniuriam se in exilium
 exegissent.
 Fugere in exilium. Iuuen. Satyr. 10. 16.
 Imperare exilium alicui. Senec. Medea, 7. 6.
 Liberatus exilio. Vide Liber.
 Meditari exilium. Vide Meditor.
 Mutare exilio maleficiū. Cic. pro Cecina. 72. Idem pro Syl. 55.
 Mutatum exilio maleficiū. Vide Multa.
 Mutare domos exilio. Virg. 2. Georg. 103.
 Pati exilium. Virg. 2. Aen. 12. 8.
 In exilium pulsus aliquis. Cic. 2. de Orat. 30.
 Pellere in exilium. Vide Pello.
 Pendere pœnam exilio. Ouid. 10. Metam. 47.
 Rectā pergere in exilium. Cic. 1. in Catil. 17.
 Petere exilium. Lucan. lib. 3. 23.
 In exilium proficisci. Cic. 1. in Catil. 15.
 In exilium aliquem projicere. Cic. Antequam iret in exil. 19.
 De exilio quendam reducere. Cic. 2. Philip. 35.
 In exilio esse. Cic. 3. de Nat. deor. 115.
 In exilium uenire. Cic. 1. de Orat. 36.
 Exulo] exulas, pen. corr. (ἐξουλάσθαι) exulare, Patria
 priuata

priuatam esse. Cic. ad Metellum, lib. 4. 8. 5. Sin autem nulla
 sit, hunc tamen aptissimum esse ad exulandum locum. Idem
 3. Tusc. 68. Aut Telamonem pulsam patriā exulantem.
 Exulare à patria sua. Plaut. Mostel. 8. 71.
 Exulare domo. Terent. Eunuch. 3. 5. 61.
 Exulat auaritia ex urbe, per translationem. Plautus Pers. 16.
 89.
 In oris ignotis exulare. Ouid. epist. 9. 31.
 Per externas profugus pater exulat oras. Ouidius 3. Trist. eleg.
 14. 3.
 Rempublicam discessu alicuius exulare. Cic. in Parad. 37.
 Rome exulare ius esse alicui. Cic. 1. de Orat. 86.
 Exulatum abijt res patrij. Plaut. Merc. 3. 43. Vide Abeo.
 ¶ Exulans, pen. corr. Participium (ἐξουλάσθαι) Cic. 2. de Di-
 uin. 78. Rex Prusias quum Hannibali apud eum exulanti
 depugnari placeret, negabat se audere, quod exta prohibe-
 berent.
 Exulatio, onis, Verbale. Florus lib. 1. cap. 22. Populus Roma-
 nus clarissimos principes, quod aduersarentur uoluntati
 suæ, exultatione multauit.
 Exulatio] exulceras, pen. corr. (ἐξυλάσθαι) exulcerare, Pro-
 priè est ulcus facere & exasperare, ac nouam cicatricem
 inducere. Plin. lib. 20. cap. 6. 10. Lepras, lichenas, lentiginis
 exulcerat. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 9. 12. Quidam nu-
 cibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, & inter digi-
 tos: quod mulce, & ricini, & pulices soleant (si hoc ungui-
 ne non sit istis) ea exulcerare. De canibus.
 Exulcerare, per translationem, significat Exasperare, exacca-
 bare, & deterius facere. Cic. 2. de Orat. 167. Quum aduer-
 satorum aduementa confirmant, aut ea quæ sanare neque-
 unt, exulcerant.
 Exulcerare animum. Cicero. Ita mihi animum exulcerauit. Idem
 pro Deiotaro, 4.
 Exulcerare gratiam alicuius. Cic. de claris Orat. 80.
 Suspicionibus hominum & scelere exulcerari. Cic. pro Domo
 sua, 23.
 ¶ Exulceratus, pen. prod. Participium (ἐξυλάσθαι) Cicero:
 Lentulo, lib. 1. 112. Vi in rebus multo antè quàm profectus
 es, ab ipso rege, & ab intinis & domesticis Pompeij clam
 exulceratis.
 ¶ Exulceratio, Verbale (ἐξυλάσθαι) Plin. lib. 20. cap. 3. 5.
 Sed omnium consensu, stomacho uilissime iudicantur, &
 interaneorum uescicarumq; exulcerationibus.
 ¶ Exulceratorius, Adiect. (ἐξυλάσθαι) Quod exulcerat, ut,
 Exulceratorium medicamentum. Plin. lib. 23. cap. 7. 12.
 ¶ Exulceratus, pen. prod. huius exulceratricis, Verbale. scem.
 gen. (ἐξυλάσθαι) Plin. lib. 27. cap. 12. 2. Visi septica &
 exulceratrix.
 Exulto] exultas (ἐξυλάσθαι, ἐξυλάσθαι, ἐξυλάσθαι) exultare,
 & exilire, Ab Ex & Salio compositum: estq; ueluti gestu
 corporis lætitiā ostendere. Nonius, Exultare est supra mo-
 dum exilire & efferrī. Cic. lib. de Rep. Est igitur quiddam
 turbulentum in hominibus singulis, quod uel exultat uolu-
 ptate, uel molestia frangitur. Idem ad Atticum, lib. 6. 112. 1.
 Lecta tua & distola gaudio exulat.
 Exultare, nimium, & gaudere. Catul. ad Lesbiam, epig. 4. 8. 2.
 Exultare, immoderātèq; iactari. Cic. 1. de Diuin. 107.
 In herbis exultat uac. ca. Ouid. 1. de Arte, 63.
 Inter medias cædes exultat. Virg. 11. Aeneid. 130.
 Alacris improbitas exultat. & in uictoria. Cic. Attic. lib. 1. 11. 12.
 Oratio exultat. Cic. 4. Acad. 199.
 Exultat & triumphat oratio mea in hoc. Cic. in Catil. 2. 6.
 Pauor exultat circa pectus. Lucret. lib. 3. 29.
 In aliqua re audacius exultare. Cic. in Orat. 14.
 Theauri pars 2.

Exultare, Cum iactantia gloriari. Cic. de Senect. 9. Hannibalē
 iuueniliter exultantē, patientia sua mollebat. Idem in Catil.
 17. Insuper patriæ bellum, exulta impio latrocinio. Nonius,
 Gestis in suam famam exultare. Tacit. in uita Agricole.
 Lætitia exultare. Cic. Attico, lib. 15. 32. 9. 15.
 Victoria nobilitatis exultare. Cic. pro Rosc. Amer. 10.
 Nimis exultare secundis rebus. Senec. Hipp. 2. 24.
 Exultare, Gestu uel dicto iniuriam facere. Lucilius libro 30,
 Quin totum purges, debellas me, atq; deuras, exultes, solia-
 cites. Nonius.
 Iniuriam unius in alium exultare. Cic. Attico, lib. 7. 12. 2. 9.
 Exultare, Scuire. Cic. lib. 2. de Rep. Que sanguine alitur, quas
 in omni crudelitate exultat, ut uix hominū acerbis fineria-
 bus satietur. Nonius.
 Exultare, Extra saltare. Virg. 3. Aeneid. 111. Exultantq; uada,
 atq; æstu miscentur arene.
 ¶ Exultans, Participium (ἐξυλάσθαι) Cic. 3. de Orat. 91.
 Erras, erras: nam exultantem te & presidentem tibi
 Reprimere ualde legum habent. Ex quodam poeta.
 Elatus lenitate, inaniq; lætitia exultans & temere gestiens. Cic.
 5. Tusc. 25.
 Furentem & exultantem continere. Cic. de Arusp. resp. 1.
 Successu exultans. Virg. 2. Aeneid. 77.
 Equos ferocitate exultantes domitoribus tradere. Cicero. 1. Off.
 128.
 Corda exultantia. Virg. 3. Georg. 20.
 Cruor exultans in ora erupit. Silius lib. 5. 14.
 Furorem exultantem ex parte reprimere. Cic. pro Sestio, 82.
 Exultantem lætitiā comprimere. Cic. in Topic. 46.
 Loliginibus exultantibus tempestatem significari gubernato-
 res putant. Cic. 2. de Diuinat. 25.
 Sanguis altè exultans è corpore emicat. Lucret. lib. 2. 40.
 ¶ Exultanter, Aduerbium (ἐξυλάσθαι) Plinius epist. 62. 6.
 Quum ea potius que prestius & adrius, quam illa que
 huius, & quasi exultantius scripsi, possint uideri accer-
 sta & inducta.
 ¶ Exultatio, Verbale (ἐξυλάσθαι) Plinius, lib. 8. cap. 54.
 Mutianus causa luna tristis esse: quibus in eo genere cauda
 sit, nouam exultatione adorare. De jimijs.
 Indecora exultatio. Quint. lib. 2. cap. 2. 7.
 ¶ Exultantia exultantia (ἐξυλάσθαι) Idem Gellius, libro
 12. cap. 5. Cum petulantia morbi dolorisq; exultantia col-
 luctantem. Id est, eruptione uiolenta. Solinus, cap. 4. 5. Ve-
 rium omnem excessus originem de sole fieri, primūq; exul-
 tantiam iunioris concipi quum per Cancrum sol uebatur,
 De incremento Nili.
 ¶ Exultim, Aduerbium (ἐξυλάσθαι) id est, exultando &
 saliendo. Horat. 3. Carm. ode 11. 2.
 Exululo] exululas, penult. corr. (ἐξυλάσθαι) exululare, pro
 Valde ululare. Ouid. 1. Metam.
 Territus ipse fugit, nactusq; silentia ruris Exululat.
 Comis ruptis exululare. Ouid. epist. 2. 1. 23.
 ¶ Exululatus, pen. prod. Part. (ἐξυλάσθαι) Ouid. 4. Trist.
 eleg. 1. 9.
 Vix suum Bacche non sentit faucia uulnus,
 Dum stupet Idæis exululata iugis.
 Exum] Extra sum. Sic enim licet in quibusdam sacris clami-
 tare solebat, Hostis uictus, mulier, uirgo, exesto: hoc est, nō
 introito, qd scilicet ingredi ea sacra, phibebatur. Ex Festo.
 Exundo] exundas (ἐξυλάσθαι) exundare, Alueum exire,
 uel extra alueum undas proferre. Plin. lib. 2. cap. 103. 7. in
 Tenedo insula fons, semper à tertia noctis hora in sextā ab
 aestiua solstitio exundat. Colum. lib. 8. cap. 17. 5.
 Dolor exululat altè merfus. Senec. Orat. 12. 2. 11.
 q Eloquet

Eloquentiam exundare, & exuberare. Tacitus in Dialogo de Oratoribus.
 Furor exundans. Stat. 10. Thebaid. 121.
 pruripsum exundat pelagus. Silius lib. 3. 11.
 pestis exundat. Silius lib. 17. 21.
 Terra exundavit cheydris. Silius lib. 3. 64.
 Vapor exundat antro. Seneca Hippol. 2. 4.
 ¶ Exundatio, Verbale (ἐκχυσις) Plinius lib. 19. cap. 31.
 Negant nasci nisi exundatione fluminum inuicta femine ab Tiaris.
 Exungo] exungis, exunxi, exunctum (ἀλσίσω) exungere, Vngere. Plaut. Rud. 1. 4. 22.
 Eluas tu, an exungare siccus.
 Exungulo] exungulas, pen. corr. (ἀπορυγίσσω) exungulare, Vngues auferre. Plautus Trucul. 6. 52.
 — hem, tuos exungula, male uinitis.
 Exuo] exuis, exui, exutum, pen. prod. (ἐποδύω, ἀποδύω, λούω, ποδύω) exuere, contrarium habet Induo.
 Exuere uestem alicui. Senec. epist. 91.
 Exuere aegritudinem. Cic. 3. Tuscul. 48.
 Acqualitas exuitur. Tacit. lib. 3.
 Anticitiam exuere. Tacit. lib. 5.
 Animam exuit. Ouid. 1. 4. Metam. 156.
 Anima memet pariter ac scelere exuam. Senec. Hipp. 12. 5.
 Animum sylvestrem exuere. Virg. 2. Georg. 11. De arboribus.
 Animus exuitur. Stat. 10. Theb. 187.
 Serpens nouus exuit annos. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 7.
 Armis exuere aliquem. Silius lib. 3. 120.
 Arrogantiam, & auaritiam exuere. Tacit. in uita Agricole.
 Aspectum exuere. Tacit. lib. 16.
 Astus exuere. Silius lib. 7. 150.
 Exuere castris hostem, pro Expellere. Liu. 9. bel. Pun. 15. Et 3. ab Vrbe, 293. Nisi paucis diebus hos populatores agrorum fusos fugatosq; castris exuero. Id est, abstulero eis castra.
 Charitatem exuere. Tacit. lib. 18.
 Ciues nostros exuimus. Id est, perdidimus, aut orbati sumus illis. Stat. 3. Thebaid. 42.
 Cupido glorie alicui exuitur. Tacit. lib. 20.
 Exuere insem humero. Virg. lib. 9. 63.
 Insem uaginis exuerat. Stat. 9. Theb. 16.
 Fastus exuere. Ouid. 2. de Arte. 49.
 Feritas exuitur. Ouid. 3. Fast. 57.
 Ferociam exuere. Tacit. lib. 2.
 Fidem exuere. Tacit. lib. 1.
 Fœdus exuere. Claud. de bello Get. 73.
 Exuere gratiam nouitatis dicitur. id, quod iam uetus esse incipit. Plinius, epist. 2. b.
 Habitus regales exuere. Stat. 11. Theb. 87.
 Hominem exuere. Ouid. 10. Metam. 21.
 Exuere hominem ex homine. Cic. 5. de Fin. 62.
 Exuere humanitatem. Cic. pro Ligario, 8.
 Exuere iugum, & exuere se iugo. Liuus, 5. bel. Maced. 64. Et lib. 4. 56. pro Se liberare a feruitute.
 Ius fasq; exuere. Tacit. lib. 19.
 Iussa exuere. Tacit. lib. 11.
 Iustitiam exuere. Tacit. lib. 3.
 Lacertos exuere. Id est, nudare. Virg. 5. Aeneid. 84.
 Magistrum exuere. Tacit. lib. 14.
 Exuere metem, Animum uel affectum deponere. Virg. lib. 4. Aen. Mentem aliquam exuere. Id est, repudiare consilium aliquod. Virg. 4. Aeneid. 64.
 Montes exuere. Id est, denudare syluis. Stat. 4. Syl. 3. 10.
 Exuere mores. Mart. lib. 1. 176.
 Antiquos mores exuere. Liu. lib. 7. Decad. 3.

Munia exuere. Tacit. lib. 4.
 Obsequium erga imperatorem exuit. Tacit. lib. 3.
 Otium exuere. Tacit. lib. 11. Vbi uidetur legendum, indueret.
 Senatorium ordinem exuere. Tacit. lib. 18.
 Exuere ossa, Discooperire, Retegere. Virg. 5. Aeneid. 84.
 Pacta exuere. Tacit. lib. 5.
 Patriam exuere. Tacit. lib. 21.
 Pacem exuere. Tacit. lib. 4.
 Pectus exuere curis. Stat. 4. Syl. 4. 6.
 Pedorem exuere. Tacit. lib. 5.
 Tithonia polium exuerat. Id est, Aurora celum reliquerat. Valerius 3. Argonaut. 1.
 Promissa exuere. Tacit. lib. 13.
 Exuere aliquem regno, pro Priuare, & auferre ei regnum. Plinius de Viris illust. 6. Ibidem, 51. Regem Philippum prelio fudit, castris exuit.
 Reuerentiam imperij exuere. Tacit. lib. 17.
 Profanos ritus exuere. Tacit. lib. 2.
 Sacramentum exuere. Tacit. lib. 19.
 Exuere se paterno agro, pro Diuendere uel dilapidare pateram hereditatem. Liu. 2. ab Vrbe, 97. Suet. de Clar. gram. 11. Eoq; scilicet licetia Syllani teporis exutum patrimonio.
 Exuere se ex laqueis, pro Liberare. Cic. 7. Verr. 118.
 Sedibus aliquem exuere. Tacit. lib. 13.
 Exuere senectam dicuntur serpentes. Plin. lib. 20. cap. 23. 2.
 Exuere seruitutem. Liu. 4. bel. Maced. 37.
 Seruitutem exuere. Tacit. lib. 20.
 Societatem exuere. Tacit. lib. 10.
 Spiritum inimicum exuere est, animum qui te exerciat. Senec. Thebaid. 1. 9.
 Tributa exuere. Tacit. lib. 1.
 Tunicas exuerat. Ouid. 2. Fast. 35.
 Serpens exuit in spinis uestem. Lucret. lib. 4. 12.
 Vetusitas exuitur anguibus. Ouid. 3. de Arte, 16.
 Virtutes exuere. Tacit. lib. 1.
 Vitia exuere. Tacit. lib. 5.
 Vultus seneros exuere. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 9.
 ¶ Exutus, pen. prod. Participium (ἀποδύεις) Plin. lib. 35. cap. 11. 17. Herculem ab Oeta monte Doridos exuta mortalitate consensu deorum in caelum euntem. De nauis picturis.
 Bonis exutus. Tacit. lib. 4.
 Campus exutus. Tacit. lib. 12.
 Diademate exutus crines. Stat. 9. Theb. 33.
 Forma exutus. Silius lib. 8. 88.
 Pudorem castum exuta. Silius lib. 5. 3.
 Pedem unum exuta uinclis. Virg. 4. Aeneid. 104.
 Vititis exuta comam. Stat. 11. Theb. 92.
 Anguis exutus annis. Stat. 4. Theb. 20.
 Dignitas exuta. Tacit. lib. 3.
 Lucius exuti morte. Silius, lib. 6. 63.
 Laqueis exute mulæ. Claud. de Mulabus Gallicis, 12. 4.
 Palme exuta uinclis. Virg. 2. Aeneid. 31.
 Pectus exutum. Claud. in Epithal. Palladij, 4. 6. 2.
 Gelu exuta sidera tepuerunt lögis solibus. Stat. 5. Theb. 92.
 ¶ Exuens, tis, Particip. Cic. lib. 50. de Finib. Et hominem ex homine exuens; naturam odisse uideatur.
 Exuero] exuperas, pen. corr. (ὑπερβαίνω, ὑπερβαίω) exuperare, Idem quod Superare & excellere. Cic. 4. Tuscul. 125. Quis homo te exuperant unquam gentium impudentia? Ex poeta antiquo.
 Quod fore paratum est, id summum exuperat Iouem. Carmel traductum è Greco à Ckerone, 2. de Diuin. 37.
 Exuperare animam: cui mortuum esse opponitur. Cic. Post reditum in Senatu, 19. Quapropter memoriam uestri beneficij colam

colam beneuolentia sempiterna, non solum dum anima exuperabo meam, sed etiam cum mortuo monumenta uestri in me beneficij permanebunt. Vbi ex uetusto codice legitur, superero anima.
 Ardua exuperare. Silius lib. 3. 105.
 Dolor exuperabat. Lucret. lib. 6. 257.
 Flamme exuperant, furit aestus ad auras. Virg. 2. Aeneid. 151.
 Genus exuperat nobilitate morum. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 1.
 Exuperare laudes alicuius. Liu. 8. bel. Pun. 234. Et lib. 1. ab Vrbe, 242.
 Materiam exuperans uires. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 12.
 ¶ Exuperatus, pen. prod. (ὑπερβαίνω) Lucret. lib. 2. 47. Sed citius cedunt grauioribus exuperate.
 ¶ Exuperantia, exuperantia, Verbale (ὑπερβαίνω) Eminentia. Cic. 5. Tuscul. 148. Nonne omnem exuperantiam uirtutis oderunt?
 ¶ Exuperatio, Aliud uerbale (ὑπερβαίνω) Author ad Herennium, lib. 4. Per exuperationem quum plus dictū est quam patitur ueritas augende suspicionis causa.
 ¶ Exuperabilis, & exuperabile, pen. corr. (ὑπερβαίνω) Qui potest superari. Stat. Theb. 43. Exuperabile ingenium.
 Vallum non exuperabile. Claud. 2. in Ruffin. 26.
 Exuperabile, a sua significatione, quod exuperare potest. Virgilius 3. Georg. 7.
 — tortosq; Ixionis angues,
 Immanemq; rotam, & non exuperabile saxum. Seruius.
 Exurdo] exurdas (ἐκχυσις) exurdare, Cuius passiuum posuit Valerius Max. lib. 2. cap. 1. Graecis actionibus aures curie exurdantur. Id est, obtunduntur. Plinius lib. 32. cap. 10. 26. Paniculae flos si aures intrauerit, exurdas. Senec. epist. 94. Ea scilicet que tibi tātis clamoribus exurdato salubria insinuret uerba.
 Vina exurdant palatum. Horat. 2. Serm. Saty. 8. 8.
 Aliqui legunt, exurdant, interposita l littera.
 Exurgo] exurgis, exurrexi, exurrexum (ἔγχεσθαι, ἔγχεσθαι) exurgere. E loco surgere. Plautus Mostel. 15. 28. Quæso exurge, pater aduenit.
 Exurgere & erigere se. Cic. 2. pro leg. Manil. 86.
 Si esset iugulata, nunquam exurgeret. Cic. 13. Phil. 376.
 Exurgere a genibus. Plaut. 7. 15.
 Exurgere de nocte impigre. Plaut. Rud. 22. 8.
 Exurgere foras. Plaut. Milit. 4. 3. Foras abire.
 Exurgere ex insidijs. Liu. 7. bel. Pun. 223.
 Paulisper exurge, & perfer hunc dolorem commemoratio nis non necessaria. Cic. pro Cluentio, 134.
 Exurgere atq; erigere se, per translationem, pro Erigere sese, & afflictionibus liberari. Cic. pro leg. Agr. 86. Idem ad Atticum, lib. 7. 132. 2. Nos autem ubi exurgere poterimus, aut quando?
 Exurget Resp. Cic. ad Cassium, lib. 12. 10. 9.
 Exurgit mons ab Indico mari. Plin. lib. 5. cap. 27. 7.
 Colles exurgunt uertice. Silius, lib. 7. 55.
 Dolor exurgit grauior. Seneca Medea, 2. 10.
 Exurgere ad insidias dicitur urbs. Liu. 6. ab Vrbe, 18.
 Voluntas exurgendi. Lucret. lib. 3. 35.
 Exuro] exuris, pen. prod. exusti, exustum (ἐκχυσις) exurere, Idem quod Vrere, & igne prorsus consumere significat. Cic. in Pis. 77. Epirus excisa, Locri, Phocij, Bœotij exusti.
 Ex animo exuri. Cic. 3. de Natur. deor. 9. Fortè legendum est exui uel erui.
 Igni exurit scelus. Virg. 6. Aeneid. 149.
 Sitis exurit miserum. Lucret. lib. 3. 188.
 Sol graciles exurit artus. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 2.
 ¶ Exustus, Participium (ἐκχυσις) ut, Media uero ter Theauri pars 2.

rarum, quasi solis orbita est, exusta flammis & cremata. Plinius lib. 2. cap. 68. 2.
 Vinus exustus est. Cic. 3. Verr. 48.
 Ager exustus morientibus aestuat herbis. Virg. 1. Geofg. 2. 2.
 Exustus sole caseus. Colum. lib. 7. cap. 8. 4.
 Corpus exustum. Silius lib. 3. 55.
 Flos exustus sui ueteris ubertatis exaruit. Cicero de claris Oratorat. 8.
 Palus exusta. Virg. 3. Georg. 85.
 ¶ Exustio, Verbale (ἐκχυσις) Cic. in Somnio Scip. 2. 4. Propter eluisiones exustionesq; terrarum, quas acciderè tempore certo necesse est, &c.
 Exustio solis. Plin. lib. 17. cap. 24. 7.
 Exu(cito)] exuscitat, pen. corr. (ἐκχυσις, ἐκχυσις) exuscitare, Idem quod Suscito. Cicer. pro Murena, 18. Te gallorū, illum buccinarum cantus exuscitat. Idem 3. de Orat. 121. Quietum exuscitat.
 Exuscitari & commoueri. Author ad Heren. lib. 3. 131.
 Clamore aliquem exuscitare. Author ad Heren. lib. 3. 114.
 Exuscitare animos. Cic. 1. Off. 21.
 Memoriam naturalem exuscitare. Author ad Heren. lib. 3. 129.
 Exuscitare se. Brutus ad Cic. 16. 20.
 Exutus] Vide Exuo.
 Exuuia] exuuiarum, pluralis tantum numeri (ἀέριος, ἄερα) dicuntur spolia hostibus detracta, ab exuendo quidem dicta, ut inquit Festus. Cic. pro L. Manil. 38. Quum eum uobis maiores uestri exuuijs nauicis & Classium spolijs ornatum reliquissent. Virg. 2. Aeneid. 55.
 — qui redit exuuias indutus Achilli.
 Bellorum exuuia. Iuuenal. Satyr. 10. 14.
 Capitis exuuia. Senec. Hippol. 12. 6. Intelligit capillos.
 Dulces exuuia. Virg. 4. Aeneid. 131.
 Nauicæ exuuia. Vide Nauis.
 Exuuia non solum (inquit Notius) hominum tegmina aut uestes dicuntur, sed etiam animalium quorumlibet: ut, Exuuia bubule, pro corio aut tergoe aut pelle bubula. Plauti Mostel. 12. 23.
 Exuuia serpentis. Virg. 3. Georg. 88.
 Exuuia pecudum. Aclius Bacris.
 Postus exuuijs nouus coluber. Virg. 2. Aeneid. 95.
 Leonis exuuia. Virg. 9. Aeneid. 64.



LITERA, sextordinē alphabeti, quā ueteres aliquando aspirationis loco scribebāt, Fordeū dicētes, Trafo, Vefo, Firrus, Forreum, pro Horreum, Trabo, Veho; Hircus, Horreum. Aliquando eius loco priora quadam secula pronuntiarunt b, Bruges scribentia, & alia quæ posteri per b fruges scribere maluerunt. Dicta est & Aeoicum digamma. Vide Digamma.
 F. uel F. Filius. F. uel F. Filia. F. Fecit. F. F. A. Filiusfamilias. F. A. B. Fabius. F. A. B. R. Fabricius, Faber, uel Fabrortij. F. A. C. Facili. F. A. C. C. Facundium curauit. F. C. Fideicommissum, Fideiucæ causa, Fraude creditoris, Faciendum curauit, uel curauit. F. D. Fides data, uel Fide data. F. E. Fides eius. F. E. D. Factum esse dicitur. F. F. Fecerunt, q 2 uel

Fabulae comicorum. Terent. in prolo. And. 3.
 Populo ut placentur quas fecisset fabulas.
Apologus, fabula, irrisio. Cic. 1. de Inuent. 36.
Nutricularum fabulae. Quintil. lib. 1. cap. 9. 2.
Aniles fabulae. Quintil. lib. 1. cap. 8. 13.
Coniunales fabulae. Tacit. lib. 5.
Monstrifia, turpisq; relatu fabula. Claud. 2. in Eutrop. 110.
Notissima fabula. Ouid. 4. Metam. 38.
Par fabula somnio. Senec. Troad. 5. 8.
Personata fabula. Vide Personatus.
Poeticae fabulae. Quintil. lib. 5. cap. 11. 14.
Puerilis fabula. Stat. 2. Achil. 55.
Vulgaris fabula. Silius lib. 4. 11.
Accommodare fabulas. Vide Accommodo.
Agere fabulam. Vide Ago.
Conficere totam fabulam. Cic. 2. Philipp. 54.
Fabulas contaminare. Vide Contaminio.
Credere fabulis. Cic. 2. de Diuinat. 168.
Decantata erat fabula, sed complere paginam uolui. Cic. Attic. lib. 13. 288. 6.
Fabulae ad actus scenarum compositae, argumenta dicuntur. Quintil. lib. 5. cap. 10. 7.
Conciliationis et gratiae fabulam dare. Cic. pro Cluent. 68.
Docuit primus fabulam Liu. Cic. de clar. Orat. 36.
Ficta fabulae. Cic. pro Milone, 6.
Fieri fabulam. Horat. 1. epist. 13. 2.
Cinis et manes, et fabula fies. Pers. Satyr. 5. 6.
Inceptare fabulam. Vide Incepto.
Inseratur huic loco fabula. Vide Insero.
Peragere fabulam. Cic. de Senec. 59.
Fabulam esse. Horat. Epod. 11. 2.
In fabulis esse, Est hominum sermone temerario celebrari. Suet. in August. cap. 70. Vide In.
Fabulae Verbum in responsione poni solitum, quum negamus uerum esse quod quis dicit, ueluti per tadium. Terent. Heaut. 2. 3. 9. Idem And. 1. 3. 19.
 — ibi tum hanc eiectam Chrysidis
 Patrem recepisse orbam, paruant fabulae:
 Mihi quidem hercle non fit uerisimile.
Fabella, Diminutiuum (αβέλλιον) Cicero pro Caelio, 51. Veru haec tota fabella ueteris et plurimarum fabularum poetria.
Breuiter fabella. Quintil. lib. 5. cap. 11. 16.
Commentitiae fabellae. Cic. 2. de Diuinat. 120. Nihil debet esse in philosophia commentitij fabellis loci.
Agere festiuam fabellam. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 16. 13.
Narrare fabellam. Cic. 2. de Orat. 133.
Fabulor, pen. corr. fabularis (αβουλορ) Plaut. Milite, 8. 32.
 — mala es. P. H. imo ecastor stulta multum,
 Quae uobiscum fibulem.
Fabulandi sermones conferre. Plaut. Pcenulo, 2. 34.
Fabulator, pen. prod. huius fabulatoris (αβουλορ) facum-

Leptorum facies sicut puer. Catul. in Asin. epig. 12. 2.
Facie magis quam facietis homo. Cic. Attico, lib. 1. 8. 4.
Facietiarum et urbanitatis oratorius, non scurrilis lepos. Cicero de claris Orat. 74.
Acerbe facietis. Tacit. lib. 5.
Astere facietis. Tacit. lib. 15.
Accedat eodem oportet lepos quidam, facietisq; et eruditio libero digna. Cic. 1. de Orat. 10.
Capi mirifice facietis. Cic. Peto, lib. 9. 15. 5.
Conditus sale et facietis Caesar. Cic. 1. Offic. 185.
Oblita Latio facietis. Vide Oblino.
Sale, lepore, politissimis facietis pellicere aliquem. Cicero 1. de Orat. 125.
Festiuitate et facietis equalibus suis prestare. Cicero de clar. Orat. 91.
Superabat sale, facietisq; omnes Scipio. Cic. de clar. Orat. 66.
Facetis, pen. prod. Aduerbium (αμυγος, αμυγος) Verba ne, et festiuat atq; eleganter. Plaut. Asin. 11. 35. Ut asimulabat Sauriam me esse, quam facietis Terent. Eunuch. 2. 2. 57. eho — num nam tu hic relictus custos,
 Ne quis forte internuntius clam ad istam curstet?
 Facietis dictum. Cic. in Verr. Act. 6. Nunquam tantum mali est scilicet, quum aliquid facietis et commode dicat. Idem 1. de Finib. 60. Ut e patre audiebam facietis et urbanae Stoicos arriente. Idem 2. de Orat. 123. Noster hic facietissimus tres patris Bruti de iure ciuili libellos tribus legem ados dedit.
Quod facietis dicitur, id alias in te habere, alias in uerbo facietis. Cicero 2. de Orator. 137.
Facetiosus, pen. prod. Adiectiuum (αμυγος) Cicero 2. de Finib. 164. In quantam hominum facietiosam urbanitatem incurritis, non dico.
Facies, pen. corr. faciei faciei, pen. prod. faem. gen. (αμυγος) Dicitur in homine os, natus, oculi, genae, et quod Graeci παρθεο πορ dicunt. Plin. libr. 11. cap. 37. 15. Facies homini tantum, ceteris os aut rostrum: frons et alij, sed homini tantum trinitate, hilaritatis, clementiae, seueritatis index. Terent. Eunuch. 2. 1. 24.
 — papae honesta facie. Salust. Prorus in facie, multatq; uecordia inerat. Plaut. Milite. 14. 35.
Collaudato huius formam et faciem. Vide Vultus.
Facies, Aliquando totius corporis forma, et habitus: tota species quae apparet et cernitur. Plaut. Trin. 13. 55.
 — qua facie est homo?
 s. Sesquipede quidem est, quam tu longior. Eunuch. 2. 3. 5. O faciem pulchram.
Forma et facies. Cicero 1. Offic. 24.
Facies et statura. Cic. 2. Philipp. 59.
Insignis facie iuuenis. Virgil. 9. Aeneid. 71. Ouid. epist. 5. 25.
Prestignis facie puella. Ouid. 3. de Arte, 154.
Aduersa facies. Quintil. lib. 2. cap. 13. 6.
Facies cadauero. Vide Cadauer.
Cicatricosa facies. Quintil. lib. 4. cap. 1. 43.
Decora facies. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 18.
Egregiae facies. Lucret. lib. 5. 236.
Flammata facies: id est iracunda. Senec. Medea, 6. 2.
Hispida facies. Horat. 4. Carm. ode 10. 1.
Humana facies. Ouid. 2. Metam. 133.
Nec facies impar nobilitate fuit. Ouid. 4. Fast. 62.
Incaesta facies. Lucan. lib. 10. 21.
Informis facies. Lucan. lib. 6. 44.
Ingenua facies. Vide Ingenuus.
Inscripta facies: id est, signata uel ferro, uel alia quauis re. Claud. 2. in Eutrop. 69.

Leptorum

Facies sicut puer. Catul. in Asin. epig. 12. 2.
Facie magis quam facietis homo. Cic. Attico, lib. 1. 8. 4.
Facietiarum et urbanitatis oratorius, non scurrilis lepos. Cicero de claris Orat. 74.
Acerbe facietis. Tacit. lib. 5.
Astere facietis. Tacit. lib. 15.
Accedat eodem oportet lepos quidam, facietisq; et eruditio libero digna. Cic. 1. de Orat. 10.
Capi mirifice facietis. Cic. Peto, lib. 9. 15. 5.
Conditus sale et facietis Caesar. Cic. 1. Offic. 185.
Oblita Latio facietis. Vide Oblino.
Sale, lepore, politissimis facietis pellicere aliquem. Cicero 1. de Orat. 125.
Festiuitate et facietis equalibus suis prestare. Cicero de clar. Orat. 91.
Superabat sale, facietisq; omnes Scipio. Cic. de clar. Orat. 66.
Facetis, pen. prod. Aduerbium (αμυγος, αμυγος) Verba ne, et festiuat atq; eleganter. Plaut. Asin. 11. 35. Ut asimulabat Sauriam me esse, quam facietis Terent. Eunuch. 2. 2. 57. eho — num nam tu hic relictus custos,
 Ne quis forte internuntius clam ad istam curstet?
 Facietis dictum. Cic. in Verr. Act. 6. Nunquam tantum mali est scilicet, quum aliquid facietis et commode dicat. Idem 1. de Finib. 60. Ut e patre audiebam facietis et urbanae Stoicos arriente. Idem 2. de Orat. 123. Noster hic facietissimus tres patris Bruti de iure ciuili libellos tribus legem ados dedit.
Quod facietis dicitur, id alias in te habere, alias in uerbo facietis. Cicero 2. de Orator. 137.
Facetiosus, pen. prod. Adiectiuum (αμυγος) Cicero 2. de Finib. 164. In quantam hominum facietiosam urbanitatem incurritis, non dico.
Facies, pen. corr. faciei faciei, pen. prod. faem. gen. (αμυγος) Dicitur in homine os, natus, oculi, genae, et quod Graeci παρθεο πορ dicunt. Plin. libr. 11. cap. 37. 15. Facies homini tantum, ceteris os aut rostrum: frons et alij, sed homini tantum trinitate, hilaritatis, clementiae, seueritatis index. Terent. Eunuch. 2. 1. 24.
 — papae honesta facie. Salust. Prorus in facie, multatq; uecordia inerat. Plaut. Milite. 14. 35.
Collaudato huius formam et faciem. Vide Vultus.
Facies, Aliquando totius corporis forma, et habitus: tota species quae apparet et cernitur. Plaut. Trin. 13. 55.
 — qua facie est homo?
 s. Sesquipede quidem est, quam tu longior. Eunuch. 2. 3. 5. O faciem pulchram.
Forma et facies. Cicero 1. Offic. 24.
Facies et statura. Cic. 2. Philipp. 59.
Insignis facie iuuenis. Virgil. 9. Aeneid. 71. Ouid. epist. 5. 25.
Prestignis facie puella. Ouid. 3. de Arte, 154.
Aduersa facies. Quintil. lib. 2. cap. 13. 6.
Facies cadauero. Vide Cadauer.
Cicatricosa facies. Quintil. lib. 4. cap. 1. 43.
Decora facies. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 18.
Egregiae facies. Lucret. lib. 5. 236.
Flammata facies: id est iracunda. Senec. Medea, 6. 2.
Hispida facies. Horat. 4. Carm. ode 10. 1.
Humana facies. Ouid. 2. Metam. 133.
Nec facies impar nobilitate fuit. Ouid. 4. Fast. 62.
Incaesta facies. Lucan. lib. 10. 21.
Informis facies. Lucan. lib. 6. 44.
Ingenua facies. Vide Ingenuus.
Inscripta facies: id est, signata uel ferro, uel alia quauis re. Claud. 2. in Eutrop. 69.

Inuisa facies. Virg. 2. Aeneid. 120.
Irata facies. Lucan. lib. 8. 129.
Liberis facies. Vide Liber.
Facies mala. Quintil. lib. 6. cap. 3. 22.
Mendosa facies. Ouid. 12. Metam. 80.
Mesta facies. Lucan. lib. 8. 14.
Moesissima facies. Valerius 2. Argonaut. 99.
Peregrina facies. Vide Peregrinus.
Prestante facie puella. Ouid. 3. Fast. 94.
Puerilis facies. Ouid. 8. Metam. 65.
Pulchra facies. Ouid. epist. 2. 4. 11.
Rara puella facie. Ouid. 14. Metam. 87.
Recta facies. Quintil. lib. 1. cap. 11. 5.
Rugosior facies passa uua. Claud. 1. in Eutrop. Sacrae facies. Pers. Satyr. 2. 6.
Torua uiriliter facies. Seneca Hippol. 6. 13.
Tristis facies. Ouid. 2. de Ponto eleg. 8. 15.
Truces facies, oculiq; minaces. Lucan. lib. 7. 51.
Varia, ac noua facies. Quintil. lib. 2. cap. 4. 21.
Virginea facies. Ouid. 8. Metam. 65.
Nouam faciem afferre nomen uetus. Cic. pro Flacco, Cogitare faciem alicuius. Cic. 2. de Diuinat. 205.
Cubare in faciem. Vide Cubo.
Dimouere faciem ab aliquo. Horat. 4. Carm. ode 5. 3.
A uerbis facies distat ista tuis. Ouid. epist. 16. 51.
Faciem, uultum, sonum non possumus nobis fingere. Cicero 1. de Orat. 63.
Habere liberi hominis faciem. Quintil. libro 6. cap. 3. 22.
Faciem habere ad omnem rem. Plaut. Milite, 14. 36.
Pulchram faciem induere turbido animo. Senec. Hippol. 8. 12.
Laudaret faciem liuor quoq;. Ouid. 10. Metam. 102.
Mutatus faciem et ora. Virg. 1. Aeneid. 133.
Neglecta facies. Ouid. 3. Amor. 21.
De facie aliquem noscere. Cic. in Pisonem, 63. Vide Nosco.
Propriam faciem ostendere. Quintil. lib. 3. cap. 6. 63.
Perfricare faciem. Vide Perfrico.
Prostitueret faciem suam lucro. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10. 9.
Torquere faciem. Quintil. lib. 5. cap. 11. 19.
Frigora uexant faciem. Senec. Oedipo, 6. 12.
Victa in urbe facies Caesaris. Tacit. lib. 1.
Hamus, instrumentum quo domus dirumpuntur, ne incendium latius serpat. Paulus in l. nam salutem. §. sciendum. ff. de Offic. Praef. uigil. Sciendum est autem, Praefectum uigilum per totam noctem uigilare debere, & oberrare calcæamentum cum hamis & dolabrâ, &c.

Hami ferrei meminit Cæsar 7. bel. Gal. 294, sed in alio usque Ante h. c. (inquit) taleæ pedem longè ferreis hamis infixis totæ in terram infodiebantur, medio cribusq; intermissis spacijs, omnibus locis differebantur, quos stimulos nominabant.

Hamulus, penultima correpta, Diminutiuum (ἁμῦλον) Hamulum Celsus uocat uncinum quo medici chirurgi pterygion ex oculo eximunt. Inde hamularij fures dici possunt. Cels. lib. 5. Specillo auriculario protrahendum est, aut hamulo retuso. Budæus.

Hamo, hamas, hamare. Claudianus lib. 2. in Ruffin. 72.

Flexilis inductis hamatur lamina membris.

Hamatus, pen. prod. Adiect. (ἁμῦς) Hamo instructus, & munitus. Cic. 4. Academ. 217, Hamatis uncinatisq; cotipusculis.

Hamatum inter se & perplicatum. Lucret. lib. 2. 79.

Arundo hamata. Ouid. 5. Metam. 77.

Hamata munera, quæ ita dantur, ut alia subinde ad se donec aliant. Plin. epist. 207. Hos ego uiscatis hamatisq; muneribus non sua promere puto, sed aliena corripere.

Sagittæ hamatæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 13.

Sentibus hamatis implet præcordia: id est, curis. Ouidius 2. Metam. 160.

Vngues hamati. Ouid. 12. Metam. 113.

Hamatilis, hoc hamatile, pen. cor. (ἁμῦλις) Quod pertinet ad hamum, uel quod hamo piscatur. Plaut. Rud. 8. 9.

— post id hamatilo piscatum

Et faxatitem aggredimur, captamus cibum in mari. Id est, hamo piscatur.

Hamioia, hamioia, pen. prod. (ἁμῖοια) à ueteribus piscator dicebatur. Plaut. Rud. 9. 5.

Salute fures maritimi, conchitæ atq; hamioia, &c.

Varro, Cohortes coquorum atq; hamioiarum, aucupumq;.

Hanapis] Fluius est Scythiæ, Herodoto teste.

Hannibal] ἡννίβας, Vide Annibal.

Parentibus abominatus Hannibal. Horat. Epod. 16. 2.

Belliger Hannibal. Silius lib. 1. 8.

Perfidus Hannibal. Horat. 4. Carm. ode 4. 10.

Superbus periuro ense Hannibal. Stat. 4. Sylu. 6. 16.

Tyrinus Hannibal. Iuuen. Sat. 12. 11.

Hanno] ἡννών, Carthaginiensis, Philippi Macedonis temporibus, qui Carthagine priuatis opibus potens, regnum affertans: & in filia nuptijs principis ciuitatis ueneno necare, prodito à ministris consilio frustra cogitans, alia aggressus uia, feruitia concitat, quibus incaut. in urbem opprimat: quo etiam ciuibus prouiso ac uitato periculo, ipse demum in caestellum munitum sese recipiens, Afros. Maurorumq; regem armavit. Captus postremo, ac primùm uirgis caesus, deinde effosus oculis, & manibus cruribusq; fractis, cruci affixus est, ac in cognatos omnes etiam animaduersum. Ex Trogo lib. 2. 1. Hanno item Carthaginiensis alius, Agathocli cum xxx. milibus Pœnorum obuius factus, conserta pugna interfectus est. Trogus lib. 2. 2.

Hanno factionis Barchinæ, qui cum optima consuleret Carthaginensibus de pace, nequaquam exaudivit est. Liu. in primo & ultimo de bello Punico.

Hapalaria] Vasa sunt, in quibus liquamine oua condiuntur, quod ex Apicio colligere est sic scribente: in ouis hapalis pi per, significum, nucleos infundes: suffundes mel ac acetum: liquamine temperabis. De Hapalaria sic Ausonius,

Maiores mensis hapalaria succus inundet. Monuit Turnebus.

Haphes] haphes, f. g. (ἁφῆς) Inpersio pulueris, quæ inspergebatur luctantes, ubi ceromate illiti fuissent. Martial. Et flamescit haphes. Nam puluere perfusa luctantium corpora, quodammodo flatebant, lepram patientibus similia. ἁφῆς, ἁφῆς, tactus iunctura, contrafectio in palestra. Iulius Pollux haphen accepit primam insecturam, quoties uestes imbuntur coloribus.

Hapsus] hapsi, m. g. Celsus lib. 7. cap. 26. Quæ curatio calculo euulso habenda sit, Tum multo is oleo perungendus, induendusq; hapsus lane mollis tepido oleo repletus, &c. Hapsus lane intelligunt dicti quantum manu capi potest.

Hara] huius haræ (ἁρῆς) Porcorum stabulum. Donatus, Hara in qua pecora includuntur. Plaut. Asin. 9. 24. — nos Dormitis interea domi, at herus in hara, haud edibus habitat. Cic. in Pisonem, 28. Ex hara producte, nõ ex schola. Ouid. 1. epist. 21. Tertius immunde fidelis haræ. Colum. lib. 7. cap. 9. Diligens autem porculator frequenter suile conuertat: & sepius haras.

Hara, Stabulum asinerum. Varro de re Rust. lib. 3. cap. 10. 2. Sin gulis ubi pariant sciendum haras quadratas circum binos pedes & semipedem. Sic, apud Colum. lib. 8. cap. 14.

Harena] & inde ducta, Vide Arena.

Hariolus] harioli, penult. cor. (ἁρῖος, ἁρῖος) Qui diuina mente uaticinatur. Dicitur hariolus quasi furia:

lus, à fatis uel à fando. u enim pro f. & item p pro u. in multis locutionibus mutabantur. An ab balando? nam halius solent excludere uelut mortalem animam, ut diuinam reerpiant. Vnde & uocem eiusmodi dabant quæ est o b, quod o e sonus exhalandi uim præstet. Hactenus Donatus. Plaut. Cist. 10. 91. Hic ergo habitas, p. hariola es. Terent. Phor. 4. 4. 27. Interdixit hariolus.

Hariolarum furibundæ prædicationes. Cic. 1. de Diuin. 7.

Hariolor, pen. cor. hariolaris (ἁρῖομορῶς, ἁρῖομορῶς) hariolari, Diuinare. Plaut. Asin. 11. 33. Terent. Phorm. 3. 2. 7. Non mihi credis? o. hariolare. Cicer. 1. de Diuin. 214. Neq; eos qui quæstus causa hariolantur, nec psychomantia, &c. agnoscere.

Hariolans, Particip. (ἁρῖομορῶς) Cic. ad Atticum, libro 8. 15. 4. & ἁρῖομορῶς igitur noster Attice, non hariolans ut illa, cui nemo credit, sed coniectura prospiciens, iamq; mari magno.

Hariolatio, Verbalis (ἁρῖομορῶς) ut, Superstitiose hariolationes. Cic. 1. de Diuin. 116. Ex quodam poeta.

Harmodius] ἁρμόδιος, & Aristogiton, Ciues Athenienses de Repub. bene meriti, quorum passim mentionem facit Demosthenes in orationibus.

Harmodotus] Poete nomen, cuius sepe meminit Plutarch.

Harmonia] harmonia, pen. cor. (ἁρμονία) Latine compositio, concordia, concentus. Musici intentionem, concentuq; neruorum in integros modos, sine ulla offensione consonantium, harmoniam uocant. Cicer. 1. Tusculan. 31. Ibidem, 65. Harmoniam artem ex sonorum interuallis nosse possumus, quorum uaria compositio harmonias etiam efficit plures. Quintil. lib. 1. cap. 10. 12. Nec illa modò contenti dissimili concordia, quam uocant harmoniam, sonum quoq; bis moribus dederunt.

Ad harmoniam canere. Cic. 3. de Nat. deor. 37.

Harmonia corporis. Lucret. lib. 3. 24.

Harmonicus, pen. cor. Adiectiuum (ἁρμονικός) Plin. lib. 2. 64. 109. 2. Harmonica ratio, quæ cogit rerum naturam sibi ipsam cõgruere, addit huic mensuræ stadia septem m. Ex uetusto codice legitur Harmoniaca.

Harmonides] Troianus fuit, quem, teste Homero lib. 5. Iliad. præcipuo quodam amore Nineri dilexit, ideoq; nihil eum fugit, quod fibrili arte effici possit. Is inter alia quæ fabricauerat, naues illas Alexandro edificauit, quæ fuerunt malorum omnium, quæ Troianis contigerunt, caput perniciosas quidem & mortiferas, ut ceteris Troianis, ita ipsi edificatori, quia deorum monita non intellexisset.

Harpactio] Genus sulphuris, à celeritate auellendi sic dictum. Plin. lib. 35. cap. 15. Vbi ex uetusto codice legitur, Harpacticon.

Harpagium] ἁρπαγίον, Oppidum iuxta Parium, apud quod Ganymedem puerum Phrygium raptum, Græca fabulosa causa est asserere. Vadian.

Harpago] penult. prod. harpagonis, m. g. (ἁρπαγῆς) Telum in summitate aduncum, quo nauigia capiuntur. Est præterea instrumentum quo extrahuntur quæ in puteum uel in flumen ceciderint. Et dicitur harpax. Hunc harpagonem inuentis Anacharsis philosophus, teste Plinio lib. 7. cap. 56. 19. Cæsar 1. bel. Ciuil. 213.

Harpago, Ferramenti genus, quod nonnulli canem uocant: quo ferramento circi uasis umarijs aptantur. Liu. uero lib. 10. bel. Pun. 4. 2. Asseres ferreo uico præfixi (harpagones uocant milites) Ex Punicis nauibus iniici in Romanis cepti.

Harpago, harpagus (ἁρπαγῆς) harpagare, Rapere. Plautus Bacchid 13. 13. — improbus

Haurire fontes. Lucret. lib. 4. 1. — iuvat integros accedere fontes, atq; haurire. Hoc est, iuvat materiam haurire intactam, & quam ante me nullus omnino attingit, describere.

Haurire, Vacuare. Lucil. lib. 30. Quantum haurire animus mularum & fortia gessit. Nonius.

Haurire, pro Accipere dixit Virg. lib. 1. Aeneid. 149. authore Servio, — ille impiger hausit Spumantem pateram.

Haurire animo, Accipere, uel audire. Virg. lib. 12. Aeneid. 6. — simul haec animo hauri. Id est, omni attentione percipere, inquit Servius.

Haurire auribus uocem alterius. Virg. 4. Aeneid. 72.

Hausit caelum. Virg. 10. Aeneid. 180. Hoc est, aerem. Servius.

Haurire artes domo. Cic. de claris Orat. 187. Sic haurire studia. Idem 1. de Orat. 7.

Calamitatem haurire. Cic. pro Domo sua, 24. Id est, deuorare & concoquere. hoc est, perferre. Sic. 1. Tusc. 126.

Cibos haurire, pro Sorbere & deuorare. Colum. lib. 8. cap. 17. 10. Nam quia dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt: mandere quidem non possunt.

Cogitatione haurire omnia. Cic. 11. Philip. 296.

Haurit corda pauor, Defatigat. Virg. lib. 1. Georg. 3.

Dolorem haurire. Cic. pro M. Caelio, 46.

Dona noctis haurire. Silius lib. 7. 58.

Rostrum semur hausit adunco. Ouid. 8. Metam. 75.

Flamma multos hausit. Lilius 10. bel. Pun. 21.

Gaudium auribus haurire. Liu. 7. bel. Pun. 273.

Imaginem haurire, pro Animo concipere. Plin. lib. 7. cap. 12.

Incendium hausit opus. Liu. lib. 5.

Laborem haurire ex re aliqua. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 16.

Latus haurire alicuius, Confodere & uulnerare. Virg. 10. Aen. Laudes haurire. Cic. ad Cecim. lib. 6. 6. 20.

Lucem haurire. Virg. 2. Georg. 68. Significat nasci.

Luctum haurire. Cic. pro Sestio, 54.

Oculis haurire aliquid. Virg. 4. Aen. 133.

Opes urbis profunda mente hauserat. Claud. de bell. Get. 18.

Haurire patrias opes. Martial. lib. 9. 86.

Pauor haurit corda uid est, ferit. Virg. 3. Georg. 20. Servius.

Pectora ferro hausit. Ouid. 8. Metam. 89.

Poculum haurire. Liu. 10. bel. Pun. 69.

Potionem haurire multum. Plin. lib. 7. cap. 53. 5.

Solidos ceruos haurire. Plin. lib. 8. cap. 14. 1.

Supplicia haurire, Luere. Virg. 4. Aeneid. 77.

Voluptates haurire, Auidē lumere. Cic. 5. Tusc. 25.

Turbati & hauriri. Tacit. lib. 2. Batauiq; in parte ea dum insulant aquis artemq; nandi ostentant, turbati, & quidam hausit sunt. Id est, aquis absorpti.

Haurire a. Cicer. 1. Acad. 12. Vt ea a fontibus potius hauriant, quam riuulos consectentur.

Haurire de. Cic. 1. de Diuin. 183. Qui quum uidisset haustam a quam de iugi puteo terra motus dixit instare.

Haurire de fonte. Cic. 1. Off. 11. Idem 2. de Diuinat. 46. Aqua ex puteo hausta.

Haurit ex erario sumptum, suppeditat a socijs. Cic. 2. de leg. Agrar. contra Rull. 43.

Hausus, Particip. (ἄρυστος, ἄρυστος) Cic. 2. de Diuin. 39. Ex diuinitate, unde animos haustos, aut acceptos, aut libatos habemus.

Hauiste mari naues. Liu. 3. bel. Maced. 91.

Hauiste in profundum arbores. Liu. 10. bel. Pun. 180. Id est, absorptae.

Igni haustus. Tacit. lib. 12.

Amor haustus. Stat. 1. Achil. 61.

Aqua hausta duabus palmis. Ouid. 2. Fast. 59.

Hausitor, hausitoris, Verbale. Firmicus lib. 8. cap. 29. Si autem Saturnus ei testimonium perhibuerit, aquarum reddet haustores, & qui ex tali arificio uiuant. Hausitor aquae, Bibitor seu potator aquae. Lucan. lib. 9.

Hausus, huius haustus (ἄρυστος, ἄρυστος) Sorbitio, & eductio aqua ex aliquo loco. Col. lib. 1. Si decrit fluens unda, putealis queratur in uicino aqua: quae non sit haustus profundus. Hoc est, quae non est profunda puteo hauriatur & extrahatur. Ouid. 7. Metam. 99. Bacchi tibi sumimus haustus. Idem lib. 6. Metam. 72. Haustus aquae mihi nectar erit. Cic. pro C. em. 54. Aquae ductus haustus, & c.

Hausum lucis illud regerit luna unde accepit. Plinius libro 2, capite 9. 3.

Hausum facere, pro Potare, inuenitur apud ueteres, teste Siphont.

Aetheri haustus id est, diuini spiritus. Virg. 4. Georg. 44.

Exiguus haustus bibere. Ouid. 3. Fast. 55.

Hausstrum, haustri, neut. gen. (ἄρυστρον) proprie dicuntur rotarum cadi, inquit Nonius, ab hauriendo. Lucret. lib. 5. 104. Vt fluuios uersare rotas, atq; haustra uidentur. Budeus interpretatur aquariam rotam, uel lympanum.

H E

Heautontimorumenos [pen. cor. (ἑαυτοτιμορουμενος)] Nomen Comediae apud Terentium: ex ἑαυτοτιμορουμενος, compositum, quod est, seipsum excruciare. Inducitur enim senex Menedemus, quod solum Cliniam sua duritia in militiam proficisci compulerit, ualde seipsum excrucians.

Hebdomas [pen. cor. hebdomadis, & Hebdomada, hebdomada (ἑβδομας)] Spatium septem dierum. Cic. Tironi, li. 6. 9. 7. Symphoniam Lysonis uelim uitaes: ne in quartam hebdomadam incideres.

Hebdomas, non solum de diebus dicitur, sed etiam de annis, & quibuscumq; rebus quae septenario numero comprehenduntur. Gellius, Tum ibi addit, se quoq; iam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse, & ad eum diem septuaginta librorum hebdomadas conscripsisse. Siphonius.

Hebdomaticus, pen. cor. Adiectiuum. Vnde Hebdomatici anni. Vide Androdas.

Hebe [Ἥβη], Dicitur a poetis lunonis filia sine patre. Nam quum grande conuiuium Applo in domo Patris touis, lunoni no uercae parasset, & ipsa autē lactucas comedisset agrestes, si dum est ut ex illis grauida fieret, quum usq; in id tempus sterilis fuisset, peperitq; Heben: quae quia formosa erat, ab ipso loue pincerna constituta est, & dea iuuentutis dicta. Quae deinde quum in deorum conuiuium pocula ministraret, & casu in terram caderet, uel se q; subleuarentur, ita ut pudenda dijs monstraret, indignatus iupiter, eam ab officio amouit, & eius loco Ganymedem rapiens substituit: postremo Herculi in deos relato, uxor data est. Ex Servio.

lunonia Hebe. Valer. 8. Argon. 47.

Hebenus [scem. gen. & roc hebenum, pen. cor. (ἑβένος)] Arbor est in India atq; Aethiopia nascens: quamuis scribat Virgil. 2. Georg. 24. — sola India nigrum Fert hebenum. Vbi Servius, Atqui & in Aegypto nascitur: sed in diem, omnem plagam Aethiopiae accipimus. Sanē & haec hebenus & hoc hebenum dicitur. Lucan. lib. 10. 24. — hebenus Meroetica uastos Non operit postes. Hebenus autem arbor est quae caesa durefcit in lapidem. Haftenus Servius. Vide Plin. lib. 12. cap. 4. Scribitur & sine aspiratione Ebenus.

Hebes [huius hebetis, pen. cor. om. g. (ἡβητος, ἡβητος, ἡβητος)] Quod est reuultu acuminis, authore Festo. Cicer. 2. Academ. Quid lunae, quae lineamenta sunt: potestne dicere, cuius & nascens, alius hebetiora, alia acutiora uidentur cornua?

cornua? Hic Cicero hebeti opposuit acutum. Ex Nonio. Gladij hebetes. Ouid. 3. de Arte amandi, 117.

Leuora & hebetiora tela. Cic. de Arusp. respons. 1.

Hebes per translationem. Cic. 2. de Diuinat. 154. Videtne Epicurum, quem hebetem & rudem dicere solent Stoicis?

Hebes aequae ac pecus. Cic. 1. de Diuin. 82.

Acutus & hebes, contraria. Cic. 1. de Inuent. 52.

Hebetes & indociles. Quintil. lib. 1. cap. 1. 2.

Hebes acies oculorum. Cic. 4. de Fin. 106.

Hebetes aquae. Plin. lib. 9. cap. 57. Decedentibus fluuijs in cauernis aquas hebetes remanere. Vbi ex uetusto codice sic legitur, Piscium genera etiamnum a Theophrasto mira produntur circa Babylonis riga, decedentibus fluuijs, in cauernis aquas habentibus remanere.

Hebetores aures. Cic. pro Plancio, 63.

Cor hebes. Lucret. lib. 4. 11.

Dolor hebes. Cic. Attic. lib. 8. 147. 7.

Idus hebes. Ouid. 12. Metam. 17.

Hebes ingenium. Cic. 10. Philip. 281. Idem 2. de Nat. deor. 26. Hebetiora ut sint hominum ingenia propter caeli plenioram naturam.

Hebes oculus. Plin. lib. 11. cap. 26. 3.

Hebes rhetorica forensis. Cic. 2. de Finib. 29.

Hebes spondens, & tardus. Cic. in Orat. 125.

Hebes sensus. Cic. 1. Acad. 45.

Hebes ad. Caelius Ciceroni lib. 8. 13. 2. Neq; hebes ad id quod melius sit intelligendum.

Hebes in re aliqua. Cic. de Orat. 129.

Hebes gustu. Colum. lib. 3. cap. 2. 15.

Hebes & odorata herba, contraria. Plin. lib. 21. cap. 11. 7.

Acies oculorum hebetare. Vide Acies.

Cura tristitia hebetatur uimo. Plin. lib. 23. cap. 1. 24.

Flatus hebetatur. Vide Flatus, in Flo.

Oculus hebetat allium. Plin. lib. 20. cap. 6. 11. Ibidem, cap. 9. 23. O. ul. 3. h. betari a bulbis putat Diocles.

Uenena omnia hebetat oleum. Plinius libro 23. capite 4. 4. & cap. 8. 6.

Hebetem reddere aliquem. Cic. ad Atticum, lib. 9. 190. 2. Hoc est, lentum & tardum, ac languidum.

Hebeo, hebes (ἡβηομαι, ἡβηομαι) hebere, Hebetem esse Liu. 3. belli Pun. 210. Nunc ne ferrum hebetan dexterae torpent? Verba sunt Annibalis suos increpantis.

Ire hebet. Stat. 11. Thebaid. 77.

Sanguis gelidus hebet. Virg. 5. Aeneid. 79.

Hebesco, hebetescis (ἡβησκω, ἡβησκω) hebetescere. Ab Hebeo, significat hebetiorem fieri. Cic. 1. Tusc. 115. Mentis acies seipsam intuens, nonnunquam hebetescit. Id est, desidiosior & remissior fit.

Hebetescit acies auctoritatis. Cic. in Catil. 2.

Hebetescere & languere in otio. Cic. 4. Acad. 13.

Hebetio, hebetas, pen. cor. (ἡβηομαι, ἡβηομαι) hebetare, Obtundere. Lilius 7. bell. Maced. 167. Et humor toto ferē graui armatum nihil gladios aut pila hebetabat. Idem 8. ab Vrbe, 50.

Aciem ferri hebetare. Vide Acies.

Dentem hebetare herbis & carmine. Silius lib. 8. 99.

Flamma hebetare. Ouid. 7. Metam. 42.

Hebetatur speculorum fulgor. Plin. lib. 7. cap. 15. 2.

Tela hebetata. Silius lib. 16. 22.

Hebetare, pro Hebere usurpasse uidetur. Cic. Att. lib. 4. 84. 14. Locus ille animi nostri, ubi hebetabat stomachus olim, concauit. Sub. ut digerat multa cruda facilius. Hoc est, ubi prius languebat, & uiribus coarctibus non optime fungebatur. In emendationibus tamen codicibus ex uetusto exemplari legitur,

gitur, ubi stomachus habitabat olim.

Hebetesco, hebetescis, hebetescere, Hebetari. Plin. lib. 28. cap. 7. 9. Sed praeter alia certum est aciem in cultris tonforum hebetescere.

Hebetatio, Verbale (ἡβησις) Plin. lib. 28. cap. 6. 2. Medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis, & melancholicis.

Hebetatrix, pen. prod. Verbale scem. (ἡβησις) ut, Hebetatrix umbra. Plin. lib. 2. cap. 13. 2.

Hebraeus [Hebraei (ἑβραῖοι) dicitur Iudeus. Vide dictionarium Hebraicorum nomenclum.

Hebrus [ἑβρος, Thraciae fluius est, in quem Orphei caepit proiectum, quum Cicones eum consecissent. Ouidius lib. 2. Metam. — Membra laeent diuersa locis: caepit Hebre byramq; Excipis, Martianus lib. 6. Hebrum (inquit) Odrysciae niues complent, qui inter diuersos Barbaros flus, etiam Ciconas peruenit. Hebrus hodie Maritima. Hic ab Oeagro flumine ortum habet: unde Oeagrius dicitur. Virg. 4. Georg. 105. Habet arenas ex quibus colligitur aurum. Arenosus Hebrus. Ouid. 3. Fast. 148. Celer Hebrus. Vide Celer. Volucer Hebrus. Virg. 1. Aeneid. 65. Fluuius Hebrus. Seneca Medea, 8. 11. Liguores Hebrai. Stat. 5. Syllu. 43. Hebrus [Nomen adolescentis Liparei, quem amauit Neobule. Horat. Carm. lib. 3. ode 12. Hecale [pen. cor. (ἡκάλη) nomen pauperrimae foeminae, apud Ouidium lib. 2. de Remed. amor. 71. — Cur nemo est Hecalen, nulla est quae ceperit trumf Nempe quod alter egeus, altera pauper erat. Hecamede] Vide Ecamede. Hecate [pen. cor. (ἡκάρη) ponitur pro Diana, siue Luna, seu Proserpina. Vnde Virg. 4. Aeneid. 103. — ter geminatq; Hecaten, & c. Rursum 6. Aen. 50. — Voce uocans Hecaten, calog; Hecroq; potentem. Vbi dicit Servius, Hecate pro Proserpina dicta est: aut quod 1 centum uulnibus placetur, aut quod centum annos errare faciat impulsos. Hec Servius, ut ait Tortellius. Triformis Hecate. Seneca Medea. 1. 2. Solem ferunt (ait Diodorus Siculus libro 5. cap. 3.) duos procreasse pueros, Aetam & Persen: Aetas in Colcho regnauit, in Thaurica Perses, crudeliter ambo esseritq;. Ex Perse Hecate orta est, superans audaciam immanitateq; patrem, ut quae cruciatu hominum leta, eos pro serbis appetere sagittis consueuerit. Sed ad uenena mortifera conficienda summum studium operamq; impendens, prima aronitum inuenit, uim naturamq; cuiusque ueneni in cibis quos aditens dabat, experta. His rebus admodum edocta, primum ueneno patrem sustulit: deinde regno assumpto, templum statuit Dianae, cui praeter nauigantes hospites sacrificabat: existimans ea crudelitate suum nomen clarius futurum. Post haec nupsit Aetae, genuitq; liberos tres, Ciren, Medeam, Aegialium. Hecate altera, ex Asteria Latone sorore Perseo Titane nata, cui iupiter elements subiecit, & celo hereboq; potentem fecit, ut canit Maro. Vnde & Hecate dicta est, ut discimus ex Hesiodo. Virg. 4. Aen. 102. Ter centum tonat ore deos. Ut dicat Hecaten a saga ter inuocatam, quam per centum deos obscure quidem, uerum peritissimē designauit, ad amplissimam deae potentiam, & nominis rationem simul alludens. Id ab ἡκάρη trahitur, id est, centum. Ternarius porro numerus in huiusmodi sacris adhibebatur ex ritu, ut ex Homero, Nasone, Tibullo, Papinio colligitur, & Porphyrius

rius in responsis abunde differit. Nec obest quod a poeta statim subjicitur.

Tergeminamq; Hecaten, tria uirginis ora Dianae. Nam sui moris est, ut etiam Macrobius obseruauit, in quibus non conuenit inter doctos, utramq; sententiam complecti. Norat diuersas in Hecate opinioniones: eam quam superius attulimus, et illorum qui cum Iunone coniungunt: ut sit eadem Iuno, Diana, et Proserpina, ex quibus Hecate, ut est apud Lucan. commune numen efficitur. Idcirco ne alterutrum poeta damnaret, utrumq; dixit. Ex Parrhasio in Claudian.

Hecaten Nocte genitam canit Bacchylides: Ioue et Asterie Muses: eodem et Cerere matre Orpheus: Pherecydes Aristaei Peonis filiam tradit, eadem Perseis appellatur a patre. Apollonius lib. 4. Argon. Nocti uage Hector Perseidos orgia diuae. Papinius in uocatione manium ex persona Tiresiae, — tu separe coetu

Elystos Persea pios, uirgaq; potentii Nubilus Arcas agat. Vbi Persei quoq; legi potest uocatio casu, ut Inachi, Phylli, Amarylli. Ex eodem Parrhasio.

Persia Hecate, a patre. Valer. Flacc. lib. 6. Argon. 99.

Hecate triplex caput habere fingit. Orpheus in Argonaut. dextrum equi, sinistrum canis, medium hominis, et quidem rusticum. Ouidius 1. Fast. 29,

Ora uides Hecates in tres uergentia partes. Alcemenes omnium primus Hecates triforme signum fecit. id Athenis uisibatur iuxta uictorie statuam, quam quod alis carebat, implerem uocabant, ut docet Pausanias.

Hecate canes immolabantur, ut Mimorum poeta scribit Sophron. De Hecate uide multa apud Celium.

Hecateius (hac h) Adiectiuum quinq; syllabarum: ut, Carmina Hecateia. Quid. 4. Metam. 9.

Hecateis] pen. prod. hecateidos uel hecateidis. pen. corr. f. g. Quid. lib. 6. Metamorphosios.

Postea discens succis Hecateidos herbae, Sparst, etc. Sunt qui hoc nomine herbas omnes uenenosas intelligant, utpote quibus utebatur Hecate mulier uenefica. Sic, et Medeides herba dicitur Ouidio lib. 2. de Arte. At Celius lib. 11. cap. 21, et alij pulant aconitum significari, cuius inuentrix fuerit Hecate mater Medae. Vide Hecate.

Hecatombē] hēcatōmbe, sacrificij genus, in quo ritus hic seruabatur, ut centena sui generis mactarentur uictime, Iulius Capitolinus, Tantum sane letitia in Balbino, qui plus timebat, ut Hecatomben faceret, quod tale sacrificium est: Centum ara uno loco construuntur ex caespite: ad eas centum fuer, centum oues mactabantur. Iam si imperatoris sacrificium fit, centum oues, centum aquile, et cetera huiusmodi animalia feruntur: quod quidem Graeci quondam fuisse dicuntur, quum pestilentia laboraret. Vel a numero uictimarum, uel quia centum Peloponnesi urbes id faciebant, et a numero sacrificantium composita est dictio. Iuuen. Satyr. 12. 10. Exsunt qui promittant hecatomben.

Hecatompilos] pen. corr. (hēcatōmpos) Vrbis est Parthorum, regni caput. Plin. lib. 6. cap. 15. A centum portis dicitur. nam uero, porta dicitur.

Hecaton] hēcatōn, pen. corr. Latine Centum dicitur. Inde per compositionem deducuntur.

Hecatonarchus, Latine Centurio.

Hecatonchirus (hēcatōnchir) centimanus: qualis ille, quem dixi Briareum, homines autem Aegeonem appellant, ut ait Homerus.

Hecata] hēcata (hēkata) ab Hio, hias dicitur, quasi hietas, res minimi pretij, tanquam hiatus et oscitatio hominis. Item pusilla que in coquendo pane solet assurgere, quod sit qua-

si panis hiatus: a quo res minimi pretij hēcata uocatur. Pomponius, Hic homo hēcata me facit, et multibam uocat hoc est, parui me facit. Sipontinus.

Hecate] hēcate, hēcate, hēcate, pen. corr. (hēcate) Species febris leuiter osibus inherens, ut uix sentiat, donec paulatim corpus absumat, quasi dicas habituale, ab exo ductum est. Hermolaus in Plinium, Hecatei, et febris hēcata, non a consuetudine, ut imperitii credunt, et ob id ethica barbarè pronuntiant, sed ab habitu nomen habet. hēca non in humore tantum atq; spiritui, sed in ipsis planè coit et in oleis osibus.

Hecator] hēcatōr, Priami et Hecubae filius, ab Achille interfectus. Virgil. 1. Aeneid.

Ter circum Iliacos raptauerat Hecora muros: Exanimuinq; auro corpus uendebat Achilles. Dicitur ut scribit Plato, ab exo, defendo: quod urbem contra hostium impetum tenuerit, patriamq; seruauit.

Hecoreus, Adiectiuum possessiuum (hēcorē) ut, Gens Hecorea, que ab Hecore duxit originem.

Coniux Hecorea. Virg. 3. Aeneid. 98.

Hecuba] hēcuba, pen. corr. (hēcuba) Vxor regis Priami, quam Homerus filiam Dymantis dixit, idq; sensisse uidetur. Ouidius 13. Metamorph.

Ergo alij latrasse Dymantida flebile uisum est. Euriptides uero non Dymantis, sed Cissei filiam Thracum regis esse dixit: quem secutus est Virg. lib. Aeneid. 10, — et face pregnant Cisseis regina Parin creat.

Quia pregnant somnauerat se accensam facem parere, que patriam totam inflammaret. Ideo porrò in canem conuersa fingitur Hecuba, quod quum post euersam Troiam captiua a Graecis duceretur, et Polydori corpus in mare praecipitatum agnouisset, seq; in maria praecipitare uellet, nimio dolore inuenerit Graecis conuiciaretur. Hac Seruius.

Hecubae sepulchrum] Thraciae promontorium, de quo supra scripsimus in dictione Cynossema.

Hecyra] hēcyra, pen. corr. Latine socrus dicitur: quo nomine dicta est Comodia Terentij.

Hedera] hēdera, pen. corr. (hēdera) Inimica arbori, satiq; omnibus (inquit Plin. lib. 16. cap. 34. 1) Sepulchraq; ac muros rumpens, serpentiū frigori gratissima: ut mirum sit ullum honorem habuim ei. Duo genera eius prima, ut reliquarum, mas et femina. Maior traditur mas corpore, et folio duriore ac pinguiore, et flore ad purpuram accedente. Hedera alba et nigra. Virg. 7. eclog. 8.

Candidior cygnis, hedera formosior alba. Vbi Seruius, Alba hedera: quia sunt et nigrae hederae, ut, — aut hederae pandunt uestigia nigrae. Nigra autem, uel alba hedera, uel ex folijs, sed ex ligno cognoscitur.

Errantes hederae. Virg. eclog. 4. 4.

Lasciuus hederis ambitiosior. Horat. 1. Carm. ode 36. 4.

Lugubris hedera. Vide Lugeo.

Nigrae hederae. Virg. 2. Georg. 52.

Pallens hedera. Virg. 3. eclog. 8.

Hedera tenax. Catul. in Epithal. Iulia. 56. 7.

Virens hedera. Horat. 1. Carm. ode 25. 4.

Vultus hederarum frondibus abdit. Ouid. 6. Metam. 120.

Baccifera hedera. Senec. Oedip. 5. 3.

Flexibiles hederae. Ouid. 10. Metam. 20.

Nexiles hederae. Ouid. 6. Metam. 26.

Victrix hedera. Horat. 1. epist. 3. 5.

Hedera, quod hēreat, dicta est, auctore Festo, quodq; sequatur quicquid proximum est. Quamuis per diphthongum non scribatur. Virg. eclog. 8. 3.

atq; hanc sine tempora circum Inter uictres hedera tibi serpere lauros. Alij ab edo deducunt, quod parietes edat atq; consumat. In tutela Liberi patris putabatur esse: quia ut ille iuuenis semper, ita hēca uiret. Vel quia ita omnia, sicut ille mentes hominum, illigat.

Hederaceus, Adiectiuum (hēderacē) Quod ex hedera est: ut, Hederaceum uas. Cato cap. 111. Plin. lib. 16. cap. 2. 4. ad finem. Bubus quidem et ficulnea, iligna, et hederacea. Hederacea herba. Colum. lib. 8. cap. 10. 3.

Hederacea species. Plin. lib. 2. 4. cap. 19. 8.

Hederiger, pen. corr. hederigera, hederigerum, Adiectiuum, Ferens hederam. Catullus de Berecynthia et Aty, Vbi capita Menades iu uaciant hederigera.

Hederiger, pen. prod. Adiect. Propert. lib. 4. 1, Lucius erat felix hederoso conditus antro.

Hedui] hēdui, (hēdui) populi finitimi Aruernis, Biturigibus, Sequanis, ac Secutianis inter Celtas. Hi adhuc nomen praecum Latine retinent, inter Burgundos nunc nominantur: nec citra Ararim flumen, qui nunc Sagona appellatur, aliquos habent fines, nec hodie sunt Sebustianis finitimi, in ducatu Burgundiae et Francorum regno snt.

Hedui fratres Romanorum. Cic. ad Attic. lib. 1. epist. 14.

Hedychrum] hēdychrum, Cic. 3. Tus. 79, Collocemus in culcitra plumes, psalterium adducimus, hedychrum mēdamus, etc. in quent locum Victorius, Hedychrum, inquit, uerbum Graecum et elegans, a medico potius filium unguento quam odoramentum receit, eum unde ita appellatum uolunt, quod gratam aspectu, suauemq; et nitidam cutē redderet, ac bonitatem coloris praestaret.

Hedyctinos] hēdyctinos (hēdyctinos) Latine dicitur menta, ab odoris gratia. Plin. lib. 35. cap. 15. 9, Vtuntur etiā ad quartanas bituminis drachma. et hedyctinosi pari pondere cum myrrhe obolo subacti. Dicit autē hedyctinos, quod suae oleat: mēta autē mēte, quod odore suo mēte excitet.

Hedymata] hēdymata, pen. corr. frequenter appellat Galenus unguenta per aromatum additionē iucundiora et odoratoria reddita. Sed et in glossis Hippocratis hedymata etiam aromata ipsa tradit appellari. Quae hedymata duplici significatione, modo pro aromatis, modo pro unguentis odore aromatum imbutis, sunt accipienda. Plin. lib. 13. cap. 11. de unguentis. Ratio, inquit, faciendi duplex: succus, et corpus. Itele olei generibus ferē constat, quod odorum. Hec stymmata uocant, illa hedymata. Videtur Plinius olea ipsa in unguentis hedymata appellare, et aromata siue odores stymmata, id est, stymmata. Hac de re subtilissime differit Cornarius in secundum caput libri primi Galeni de Compositione pharmacorum secundum locos, ubi idem ualet quod suauis, iucundus, uoluptate afficiens.

Hegemon] Charaxenus (est autem Charax Phrygiae urbs) uersificator, scripsit libellum Leuctricōn Thebanorum et Lacedaemoniorum. Auctor Stephan.

Hegestas] hēgestas, Cyrenaticus philosophus, cuius tanta fuit eloquentia (testi Valerio Maximo) ut sic mala uita repraesentaret, ut eorum miseranda imagine audientium peccatoribus inserta, multis uoluntariè moris oppetenae cupiditate ingeneraret. Ideoq; a rege Ptolemaeo amplius de hac dicere prohibitus. Huius meminit Cic. in Orat. 135. et 1. Tus. 4. quae 130. et Strabo.

Hegesippus] hēgesippus, Historiam scripsit ecclesiasticam quinq; libris, quos habemus a Christo passo ad sua tempora, ut scribit Suidas.

Alter eiusdem nominis fuit poeta comicus: inter fabulas ipsius commemorantur praedictae. Athenaeus.

Hegesypile] hēgesypile, pen. corr. fuit Holori regis Thraciae filia, qua Theauri pars 2.

Milciades Atheniensium dux accepit. Tortellius.

Hegestratus] hēgestratus, pen. corr. Ephesus, ob tribulis suis nec exul Delphos perueniens, quemnam locum coleret, consulit deum. Cui Phœbus, Vbi saltantes uideret rusticos cum coronis oleagineis. Ita profectus in Asiam, rusticos eodem modo ceruens, urbem condidit Eleam. Auctor Pythocles Samius apud Plutarchum.

Hegitmatia] hēgitmatia, Ptolemaeo lib. 2. cap. 11, Germaniae urbs. Vulgo Lignitz.

Heheu] hēheu, Dolentis interiectio. Plaut. Capt. 18. 18, Heheu quom ego plus minusq; feci illi, q; equom fuit. Idē Pœnulo, 11. 4. 6. Scribitur a nonnullis Pheu. Vide Eheu.

Hehem] hēhem, Plaut. Poen. 2. 118, Hehem penē obliuissum reliquum dicere.

Hei] hēi, Interiectio dolentis et ingemiscantis. Terent. And. 1. 1. 4. 6, Hei uerco nequid Andria apporet mali.

Hei, Datio iungitur. Terent. Heaut. 2. 2. 5, Hei misero mihi. Idē And. 3. 5. 16. Cic. Hei mihi, non possum hoc sine lacrymis commemorare. Virg. 2. Aen. 55, Hei mihi qualis erat, etc.

Hei mihi, hei mihi. Plaut. Bacch. 8. 7.

Hei hei. Plaut. Casin. 16. 7, — hei hei, sciet tuus mihi Sermo.

Hei, Vocatio etiā iungitur, quum exclamatio est hortantis cū approbatione. Terent. Eunuch. 1. 2. 7. 4, Hei noster laudo, tandem perdidit uir es.

Heitulo] hēitulo, Vide Eitulo.

Helcium] hēlcium (hēlcium) dicitur id quod est ante pestus equorum et id genus animalium, ab armis, id est, humeris pendens instrumentum, quo et mole, illi per machinulā inuexa, uersantur, et curricula per tomone trahuntur: unde et nomē accepit. Helium enim Graecè, dicitur traho Latine. Apul. lib. 9. Metam. Defectū alioqui me, helcio sparteo dimoto, nexu machinae liberum applicant praesepio.

Helciarum, helciarum, Helciarum, qui in nauis onera submo liuntur, uel qui naues deducunt, subducunt ad officia inuicem adhortantes, ut uno consensu pariter cōspirantes, ad moliri uniuersis uiribus possint, quod singulis nequeunt, ut fieri interim uidemus. Budaeus. Marcial. lib. 1. 170, Quem nec rumpere nauicum celeuma, Nec clamor ualet helciariorum.

Helcysma] hēlcysma, pen. corr. neut. gen. (hēlcysma) Plin. lib. 33. cap. 6, Scoriae in argento Graeci uocant helcysma.

Helei] hēlei, pen. prod. (hēlei) Populi in Peloponneso classimi, propter delubrum Iouis Olympici, ludosq; Olympicos, quorum praesecturam Helei habuerunt. Unde Helei equi, et Carcer Heleus saepe leguntur. Lucanus lib. 1. 60, — quātū clamore inuatur. Heleus sonipes. Vide Elis.

Helena] hēlena, uel Helene, Helenes, pen. corr. (hēlena) filia Iouis ex Leda uxore Tyndari regis Laconiae, Castoris et Pollucis soror, et Menelai Lacedaemoniorum regis uxor, a qua Helene insula uocata est, quod in ea primum Paris cum Helena dicitur concubuisse. Hec ob eximia pulchritudine bis raptata fuit: primum adhuc puella a Theseo: secundo, a Menelao nupta, a Paride: pro qua recuperanda Graeci cū Troianis decennale bellū gesserunt. Nota est historia ex Homero: Argina Helena. Virg. 1. Aeneid. 131.

Infamis. Horat. Epod. 17. 9.

Lacena Helene. Horat. 4. Carm. ode 9. 4.

Helenium] hēlenij (hēlenij) Fruticis, seu herbae genus: quod quia in agris frequens est, ideo uulgò Enula campana dicitur. Plin. lib. 21. cap. 10, Helenium ē Lachrymis Helena dicitur natum, et ideo in Helena insula laudatissimum. Est autem frutex humi se spargens, ad riantibus ramulis, folio simili serpillo.

Helenus] pen. corr. Vir Troianus, quæ Virg. 3. Aeneid. 69, Priamidem uocat. Et uatem, ibidem, 142.

Helopolis] pen. corr. huius helopolcos (ἑλιπολις) Machina est ab euerendis urbibus dicta. ἑλῶ enim euerto significat. Vide Ammianum lib. 23. Plutarchum in uita Demetrii, & Vitruuium in peroratione totius operis.

Heliceus] Vide Elis.

Helia des] pen. corr. (ἡλιαδης) Patronymicum femininum ab Helios, qui est Sol. Nā sorores dicuntur Phaethōtis. Ouid. 2. Metam. 68, Nemus Heliadum. Id est, populi arbōres. Ouid. 1. 10. Metam. 19.

Helice] pen. corr. (ἡλιθα) Vrbs Achaia, quā mare absorbit de cuius nomine Vrse fidus fortasse uocatum est à poetis, quod Calisto Lycæonis regis filia, quæ ex Vrse cum filio in Hellas uersa est, Arcas fuerit.

Helice, stella maris, uel sidus iuxta polum arcticum. Lucan. lib. 2. 48.

Perrhastis obliquos Helice quum uerteret axes. Vide Arcos.

Helice niuosa. Senec. Herc. Oeth. 12. 5.

Helicon] pen. corr. huius Heliconis, pen. prod. (ἑλικων) Mōs Bœotia iuxta Thebas, Phocidi uicinus, ut Strabo scribit libro 9, non procul à Parnaso, etq; amulū mare iuxta eirunt, qui et ipse Apollini quoq; sacer, et Musis est. una de Heliconiades muse sunt appellata. Dicitur Helicon ab Helicone, qui ibi cum Citharone fratre singulari certamine pugnat, ut quidam tradunt.

Amœnus Helicon. Lucret. lib. 1. 24.

Virginis Helicon. Ouid. 2. Metam. 44.

Heliconides (ἑλικωνιδης) Pers. in Proem. 1. Heliconidas, pallidamq; Pyrenem.

Comites Heliconiadum. Lucret. lib. 3. 211.

Helicetes] pen. prod. in aures sunt, ut docet Pollux, quæ et helice dicuntur, à clauiculis quas helicas uocant. Ex Hermolao.

Helio caminus] heliocamini, pen. prod. (ἡλιόκαμινος) Ad uerbum solaris fornax dici potest. Est autē solare uaporarium in aprico loco situm, ad calorem solis excipiendū, quo antiqui utebatur. Hec Budeus. Vlpianus, in seruitutibus urbanis, Si arbor in heliocamino uel solario solem admittat, dicendum erit, quia umbram facit in loco cui sol fuit necessarius, contra seruitutem impositam fieri. Plin. epist. 41. h. in hac heliocaminus quidem, alia uox, alia mare, utraq; solem, cubiculum autē ualuis, cryptoporticum fenestra prospicit, qua mare cōtra parietem mediū diata perquam eleganter recedit.

Helio chrysolos] pen. prod. scem. gen. Herba aureum florem producens. Plin. lib. 21. cap. 11.

Helicopsis] Nomen nymphae.

Heliodorus] pen. prod. Nomen proprium uiri.

Rhetor Heliodorus Græcorum longè doctissimus. Horat. 1. Seru. Sat. 5.

Helio gabalus] pen. prod. Antonini Caracalle filius, qui ad imperium assumptus fuit matris ingenio apud Antiochiā. Seruius, Gabalus Romanus imperator Solem se dici uoluit nā Helio gabalus dictus est. Huius mores impurissimos, quam libidinem omnem, apud Lampridium uidere licet.

Helopolis] pen. corr. (ἑλιπολις) Ciuitas est Aegypti, quæ à Græcis, teste Diodoro Siculo, Thebe dicitur. huius ciues teste Herodoto lib. 2, apud Aegyptios omnium sapientissimi habentur. Altera est eiusdem nominis in Cilicia patria Chyippi Stoici, Solinus. Erasmus.

Heliotropium] heliotropij (ἡλιότροπιον) Herba. Plin. lib. 2. cap. 41. 2. Miretur hoc, qui non obseruet quotidiano

experimento herbam unam, quæ uocatur heliotropium, abeuntiem solem intueri semper, omnibusq; horis cum eo uerit, uel nubo obumbrante. Idem lib. 22. cap. 21. 6. de ea prolixè disputat: et lib. 37. cap. 10. 24. Quidam putant eā esse herbam quæ etiam calendula dicitur. Est et heliotropium gemma, de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

Helis] Vide Elis.

Hellus] Nomen uiri à sole, qui Græcè ἥλλος dicitur. Plin. lib. 33. cap. 1.

Helix] huius helicis, scem. gen. Genus hedere celse, folia multo minora habentis quam reliquæ, neq; unquā fructum ferentis, ut inquit Theophrastus, dicta helix, quod multas habeat circumuolutiones. de qua Plin. lib. 16. 34, de hedera, Quod autem Græci uocant helicen, nos clauiculā, et pampinum, et capreolum, ut in uite dicimus.

Hellanodices] ἑλλανόδικος, Latine dicitur iudex certaminis.

Hellas] ἑλλάς, Nomen fluminis et regionis Achaie, ut ait Ptolemæus, à nostris Græcia appellata, à Græco qui primus in ea regnauit: à cuius filia uocata est Attis: deinde ab Helle ne Deucalionis filio dicta fuit Hellas. Vide Melam lib. 2.

Helle] ἡλλη, Filia Athamantis regis Thebarum, quæ cum Phryxo fratre suo nouercales insidias fugies, in mare iuxta Byzantium demersa est: de qua uide in dictione Phryxus.

Helleborum] huius hellebori, pen. corr. (ἑλλεβορον) herba uomitoria. Plin. lib. 25. cap. 5, Hellebori duo faciunt genera, sicut et Dioscorides lib. 4. candidum, quod Italia ueritū album appellat: et nigrum quod alij uocant antomon, etiā si in Dioscoride atomon legitur. alij polytrizon, pleriq; melampodion uocant, ab inuatore Melampode uate, uel eiusdem nominis pastore, quod is animaduertisset eo purgari capras. deinde dato earum lacte, sanauit Prætidus furentes. Sed Aulus Gellius, Plinium secutus, ait coloris discerniculum, non in femine, neq; in uirgulis, sed in radice apparere. Candido nomitiones cœntur, eoque stomachum et uentrē superiorem purgat. Nigro alius inferior diluitur. utriusq; periculoso sumptio. Carneades Academicus, scripturas aduersum Stoici Zenonis libros, candido helleboro superiori corporis purgare solitus legitur, ne quid ex corruptis in stomacho humoribus, ad domicilla usq; animi rediret, et instantiam, uigoremq; mentis labefaceret. Ex Plinio igitur colligere licet utrumq; genus tum candidum, tum nigrum, cum ad alia complura mala, sū aduersus melancholiam, remedium efficax habere. Vnde et proterbium natum: quod tamen uariè effertur. Plaut. Menæh. 20. 15, Non potest h. æ. res iugere hellebori obtinerier.

Horat. 2. epist. 2.
Expulit helleboro morbum, bilemque meracō. Ouid. de Pont. lib. 4,
I, bibe dixisset, purgantes pectora succos,
Quicquid et in tota nascitur Antiochia. Erasmus.

Helleborus etiam in genere masc. dicitur. Col. lib. 10. 2, Sed negat helleboros, et noxia galbana succo. Virg. 3. Georg. 89,
—helleborosq; grauos, nigrumq; bitumen.

Helleborum, Apuleio scribitur per h. Apud Græcos nō aspiatur.

Helleboro opus habere dicuntur, qui animo parū habere constant, atq; idem apud Latinos etiam auctores helleborū edere, et helleboro sese purgare pro uerbis iubentur: propter reā quod antiquitus plurimus usus fuerit huius herbe ad lenanda mentis et capitis uitia. Erasmus.

Danda est hellebori multo pars maxima anaris. Horat. 2. Seru. 3. 17.

Triste

Triste helleborum. Catull. ad Iuuentium, epig. 94. 3.

Helleborosus, pen. prod. Adiectiu. (ἑλλεβορος) Qui plus hellebori iunpfit, quam par fuit. Plaut. Rud. 23. 66,
Quæso sanus es? r. helleborosus sum.

Hellen] ἡλλος, Deucalionis et Pyrrhae filius, à quo Hellenes, pen. prod. nonnulli credunt fuisse nominatos.

Hellepontos] ἑλλεποντος, Fretū angustum ab Aegeo in Propōntida, et ubi sunt illæ angustiae, septē tantū stadys Asia ab Europa diuidentes. Ibi enim Helle in Pōtū decidit. Vnde qui prius Pontus dicebatur, postea Hellepōtus uocatus est. Cic. in Orat. 93. Quæ Pontus Helles superat modum.

Hellepontos hodie dicitur Brachium sancti Georgij.

Iuixit Hellepantum Xerxes. Cic. 2. de Fin. 177.

Hellepontiicus, Adiectiuum, et Hellepontiicus, pen. corr. (ἑλλεποντιος) Virg. Georg. 3,
Hellepontiici seruet tutela Priapi.
Aqua Hellepontiaca. Ouid. epist. 18. 7.
Mare Hellepontiicum. Ouid. epist. 17. 22.

Helops] helopis, penult. corr. est genus piscis. Quintil. lib. 5. cap. 10. 15, Et piscium quoq; genera alia plantis gaudent, alia taxofis, regionibus etiam, littoribusq; discreta sunt. nec helopen nostro mari, nec scarum alicui.

Helorus] penult. prod. (ἑλλορος) Siciliae fluiuius. Euit etiā eonominē Istri fluminis filius, qui ab Aiace occisus est in ea pugna quam Græci cum Telepho rege Mysorum habuerunt. Præpingue solum stagnantis Helori. Virg. 3. Aeneid. 139.

Helotæ] pen. prod. Aemilius Probus in Paufania, Est genus quoddam hominum, quod Helotæ uocatur, quorum multitudo agros Lacedæmoniorum colit, feruorumq; munere funguntur. Helotæ Lacedæmonij seruos quos bello cepisset, appellabant ἄπο τῆς ἑλλης, quod est capere. Suidas ab Helocuitate, qua capta, Spartani omnes in seruitutem redegerunt, dictos afferit. Sunt autem serui publici.

Helucius] Barus, stupidus, allucinatos, languidus. Tertullianus Helucium grauitatem capitis uino creatam intellexit, quum ita scribit. Librum eundē apud Aegyptios Ostrim, Harpocraton in diuina hedera uerba argumentatur, quod hedere natura sit caput ab heluco defensare. Meminit Turnebus, quem uide.

Heluellæ] heluellarum (ἡλλουλλῶν) Genus oleris minuti, Festo. Cic. ad Gallum, lib. 7. 2. 7. Fungos, heluellas, herbas omnes ita condunt, ut nihil possit esse suauius.

Helueolum] Vide Heluolus.

Heluetij] Populi inter Celas, bonitatem agri habentes, finitimi Constantiensis, Basiliensis, Sedunensis, ac Geneuensis et Bifuntinae diocesisibus, ac ultra Lauanensem agrum protensis sunt, maximaq; ex parte Bifuntinae prouinciae sunt, atque ad Sabaudia diuicā extendebantur. De his Cic. in Oratione pro Corn. Balbo, 25. Vide Casarem lib. 1. bel. Gal.

Acerrima et maxima Heluetiorum natio. Cicero de Prouinc.

Heluo] trisyllabum heluonis, m. g. (ἡλυος) Vorax dicitur. Festus, Heluo dictus immoderate bonā consumens, ab eluendo: quod nomen ideo aspiratur, ut rei auditis magis exprobretur. fit enim aspiratio ne uox incitator. Terent. Heaut. 5. 4. 10,
Si scire uis, ego dicam: gerro, iners, fraus, heluo,
Ganeo damnosus.

Heluo patria, per translationem, pro eo qui turpissimo scelerum genere patriā perdit et infamat, uel patriæ bonā prodigit ac deuorat. Cic. pro P. Sexto, 20, Me ipsum ut contempserit heluo patriæ: nam quid ego patrimonij dicam, quod ille, cum quasi quæstum facere, amiserit.

Gurges atq; heluo. Cic. in Pison.

Concinnus heluo. Vide Concinnus.

Thesauri pars 2.

Heluo impurus. Cic. 1. de leg. Agrar. 1.

Heluo immanis, spurcissimus, item nequissimus. Cicero pro Domo sua, et Post. red. in Senat. 12.

Heluo librorum à Cicerone per translationem dictus, lib. 3. de Fin. 11. pro eo qui legendō satari nequit. De M. Catone.

Heluor, trisyllabū, heluaris (ἡλυορος, ἡλυορος) heluari, Vorax, consumere. Cic. pro Domo sua ad Pontif. 95. Idem pro Sextio, 96, Quid tu meo periculo gurges ac uorago patrimonij heluaberis: ut si ego Consul Remij, contra te, et gregales tuos defendissem, in ciuitate esse me nolles: Idem de prouinc. Consul. 12.

An parum heluatus est? Catull. in Iulium Casarem, epig. 2. 7. 2.

Heluatio (ἡλυασις) Verbale. Cic. Post. red. in Senat. 11, Cur in lustris et heluationibus huius calamistrati saltatoris tam eximie uirtus tandiu cessauit?

Heluolus] siue helueolus, pen. corr. Adiectiuum: ut, Heluolum uinum. Cato de Rust. cap. 63, Qui uino locus optatus dicitur esse, et ostentus soli, ibi aminum minuscule et geminum eugeneum, et heluolum minutulum conseruato. Legitur hic in quibusdam exemplaribus, heluolum. Idē Colum. lib. 3. cap. 2. 13, Sunt et heluolæ, quas nonnulli uarias appellant, neq; purpureæ, neq; nigrae, ab heluo (ni salolor) colore uocitate.

Heluus color, Qui mediū est inter rubrū et nigrū colorē. Varr. 2. de Rust. cap. 5. 7, de corio bouum, Coriū atactus non asperum ac durum, colore potissimum nigro, deinde rubeo, tertio heluo, quarto albo.

Helxine] helxines, penult. corr. scem. gen. (ἑλξινη) Herba quæ Latine parietaria et muralis et muralium dicitur. Plin. lib. 21. cap. 1. 6. 3.

Hem] ἡμ, Interiectio traſcentis, Donat. Terent. And. 1. 2. 23. Ibidem, 2. 6. 4,
Quid Dauus narrat? d. æquē quicquam nunc quidem.
s. Nihil nec hem. Vbi Donatus, interiectio est aduersus eum qui se neget aliquid locutum esse.

Hem, Exclamantis. Terent. And. 2. 5. 5,
d. Quid de improviso respice ad eum. v. hem pater. Vbi Donatus, interiectione magis, quam uerbo ex. lamauit.

Hem, Nouas res, et optime audientis. Terent. Heaut. 2. 3. 70,
Adducimus tuam Bacchidem. c. l. i. hem quid Bacchidem?

Hem, Ecce, demonstratio facti. Terent. And. 2. 2. 14,
Obsecro te quamprimum hoc melibera miserum metu.
d. hem, Libero. Idem And. 5. 2. 1, Hem Dauon tibi idē And. 2. 2. 22, —hem, Paululum obsoni, etc.

Hem commiserescens. Ter. And. 4. 6. 8, —saluus sis Crito, c. Itaque Chrysis: hem. m. nos quidem pol. miseris perdidit. Vbi Donatus, Non nūc interrogat, sed commiseratur: et ita sequebatur, ut diceret, perijt, sed magis gemitus significat quod minus dixerat. Ibidem, 4. 5. 46, —hem Scelera, hanc tam oportet in cruciatum hinc abripi.

Hem, Inſperatum aliquid uidentis aut audientis. Terent. And. 1. 2. 13, s. Dauē? d. hem, quid est? s. ehadum ad me. Vbi Donatus, Quasi correptio totius corporis.

Hem, Perturbati animi. Terent. And. 5. 2. 5,
—d. salue bone uir. d. hem Simo, o noster Chreme. Idem Eun. 5. 1. 11,
—hem misera occidi
Infelix, si quidem tu istæ ueræ prædicas.

Hem, Interiectio qua mulieres in suis exclamationibus uti solent. Terent. Heur. 3. 2. 12,
Hem istud uerbo animus mihi redijt, et cura ex corde excessit.

Hem, Latitæ. Terent. Heaut. 4. 5. 9. Ibidem, 4. 8. 26,
K 2 —postre-

—postremo etiam si uoles,
 Desponsam quoque esse dicitur. *m. hem istuc uolueram.*
Hem, laborantis animi. Terent. Eun. 4. 2. 8,
 Occupi mecum cogitare, Hem biduum hic
 Manendum est soli sine illa. Idem And. 3. 3. 24.
Hem, Principium iracundie. Terent. And. 5. 4. 16,
 s. Sycopbata. c. r. hem. c. n. sic Crito, est hic mitte:
Hem, ironica interiectio. Ter. Phor. 4. 7. —hem, siquid uelis,
 Huic mandes, quod quidem recte curatum uelis.
Hem, Singultientis fletu et gaudio dictum. Terent. Adelph. 4.
 5. 62. Bono animo es, duces uxorem hanc. *h. m. m.*
 bono animo es Inquam.
Hem, Quasi incipientis, demonstrantisque aliquid noui se inuoca-
 misse. Terent. And. 4. 1. 59. —at iam hoc opus est.
 D. Hem sed mane, concepuit à Glycero ostium.
Hem, Respondentis. Terent. Adelph. 2. 4. 17,
 Heus heus Syre. s. hem quid est?
 Hæc omnia ex Donati cōmentarijs in Terentiū.
Hemeresios cō. g. Latine diurnus dicitur. Vnde tabula he-
 meresios, quod una die absoluta fuerit, apud Plinium, &c.
Hemeris pen. cor. (ἡμερίς) Genus arboris glandem ferentis.
 Vide Plin. lib. 16. cap. 6. 4.
Hemerodromus pen. corr. (ἡμεροδρόμος) Cursor, qui
 die uno ingens spatium cursu emittitur. *Lin. 1. bel. Maced.*
 88. Nihil speculator (hemerodromos uocant Græci, ingens
 die uno cursu emittentes spatium) contemplatus regium
 agmen è specula quadam, prægressus nocte media Athenas
 peruenisset.
Hemiconus accipitur per medietate coni. Euclid. in Per-
 spectiua theor. 30. Cono circulum basin habente sub uno o-
 culo perspecto, minus hemiconio spectabitur.
Hemicrania ἡμικρανία, Morbus quo dimidium capitis in-
 festatur.
Hemicyclus hemicycli, pen. cor. m. g. (ἡμικύκλιος) Sedes,
 seu cathedra semicircularis. Cic. de Amic. 2. Quis sepe multa,
 tum memini domi in hemicyclo sedente (ut solebat) qui &
 ego essem uni, & pauci admodum familiares, in eum ser-
 monē incidere, qui tum ferē multis erat in ore. Nominis aut
 ipsius appellatio ex Græco semicirculum significat, quo uo-
 cabulo Astrologi in suis demonstrationibus sepe utuntur.
Hemicylindrus accipitur pro medietate cylindri. Euclid.
 in Perspectiua theor. 23. Cylindro utcumque inspecto ab oculo
 uno, minus hemicyclindro spectabitur.
Hemidiploidion ἡμιδιπλοῖδιον, id est, semidiploidion,
 ascribitur multibribus uestimentis à Polluce, lib. 7. cap. 13.
 Vide Diploidion.
Hemina hemine, pen. prod. (ἡμίνα, ἡμιβύνη) Dimidia pars
 est sextarij. Cato cap. 57. Vinum familia, ubi uindemia fa-
 cta erit, loram bibant menses tres. Mense quarto heminam
 in dies unam, &c. Plaut. Milit. 11. 13.
 Neque equidem heminas octo expronipst in urceum.
Hemina (inquit Festus) ex Græco ἡμίνα, quod est dimidia
 pars sextarij.
Heminarius, Adiect. (ἡμινάριος) Quintil. lib. 6. cap. 36. Fabius
 Maximus incusans Augusti congiariorum, que amicis da-
 bantur, exiguitatē, heminaria esse dixit. Id est, mediocria.
Hemiolus hemioli, pen. cor. (ἡμιόλιος) Est (inquit Gel. lib.
 18. cap. 14.) qui numerū aliquē totū in se habet, dimidiūq;
 habet eius, ut tres ad duo, quidecim ad decem, triginta ad
 uiginti.
Hemiplexia Vide Paralysis.
Hemis Græcè, apud Latinos transfertur semis.
Hemisphærium Dimidia sphaera, hoc est, cæli dimidium.
 Varro 3. de Rer. lib. 5. 14. Intrinsicus sub tholo stellæ

Lucifer interdium, noctu Hesperus ita circumferre ad infimū
 hemisphaerium, ac mouentur, ut indicent quot sint hore.
Hemistichion Dimidium uersus.
Hemitonium Antiquis dicebatur neruus, quo intendeban-
 tur instrumenta missilia. Neruus enim non solum totū, sed
 etiam hemitoniam appellabant. Virgilius lib. 1. in catapulta
 descriptione, in capitulis enim dextra ac sinistra sunt for-
 mina hemitoniorum: id est, ut Turneb. interpretatur, ner-
 uorum. Sic & Hero author Græcus uocari scribit.
Hemitræus hoc est, semitertiana febris: non ideo sic uo-
 catur, quia dimidio minor quàm tertiana sit, sed quod par-
 te aliqua tertianam præsentet, tertio die ut illa, repetens: nõ
 tamen ut illa diem unum præstat integrum, sed inter horas,
 xxxvi. plus minus porrigitur. Hæc Hermolaus. Mart.
 lib. 12. 87.
 Cui grauis & feruens hemitræus erat.
Hemixestus uel Hemixestus, nosfer est sextariolus, quorū
 quatuor pintam efficiunt. Budeus lib. 5. de Afse.
Hemodes Insula septem in Oceano Germanico. Mela.
 lib. 3.
Hemorrhoids Vide Hæmorrhoids.
Hemus Vide Æmus.
Hendecasyllabus pen. cor. (ἑνδεκάσβητος) uersus
 undecim syllabarum, qualis ille Catullianus,
 Passer deliciae mee puella.
Hendiadys Vide Endiadys.
Henetia ἡνετία, olim dicta est, que nunc Venetia appella-
 tur, teste Seruio. Atq; etiam Heneti, qui nunc Veneti.
Heniochi ἡνιοχοί. Vide Eniochi.
Truces Heniochi. Valer. 6. Argonaut. 9.
Hepar hepatis, penult. corr. n. g. (ἥπαρ) Latine iecur di-
 citur.
Hepar piscis genus, Plinio lib. 32. cap. 11. 7.
Hepatiarius, pen. corr. Adiect. (ἥπαριος) Quod ad hepar
 pertinet. Plaut. Curcul. 5. 24.
 —tum te igitur morbus agit at hepatiarius.
Hepaticus, pen. corr. Aliud adiectiu. (ἥπατικός) Qui hepa-
 tis morbo laborat. Plinius lib. 26. cap. 7. 7. Datur hepa-
 ticis in farre cocta. apud Cels. lib. 4. cap. 9. Hepaticus
 morbus.
Hepatica, herba, que & iecoraria dicitur, quod hepatis siue
 iecoris similitudinem referat, crescit autem in fontibus, &
 saxis inhaeret.
Hepatitis pen. prod. Gemma, que à iecoris figura nomē
 habet. Plin. lib. 37. cap. 11.
Hephestites tæ, pen. prod. Genus lapidis, que naturam ha-
 bet speculi in reddendis imaginibus, quanquam rutila. Plin.
 lib. 37. cap. 10.
Hephæstos Ἥφαιστος, Proprium uiri, & nomen Vul-
 cani.
Hepta ἑπτὰ apud nos septem, aspiratur cum suis deriva-
 tiuis.
Heptagonia Nomen loci. *Lin. 4. bell. Maced.* quod ro-
 boris in exercitu erat, trisariam diuisum parte una à Phœ-
 beo altera à Dislynneo: tertia ab eo loco quem Heptago-
 nias appellant, aggredi iubet.
Heptapachis penult. corr. Mensura septem cubitorum.
 Vnde Hercules Heptapachus est appellatus. Hermo-
 laus.
Heptaphonos Nomen portus. Plin. lib. 36. cap. 15. O-
 lympie autem arte mirabili modo in porticu quam oppi-
 dani Heptaphonon appellant: quoniam septies eadem uox
 redditur.
Heptaporus ἑπταπόρος, Rheus fluminis Troianus, quia
 septem

septem locis uadari potest eadem uia: propter quod & Po-
 liporos appellatus est, teste Strabone.
Heptemimeres pen. corr. (ἑπταμίμηρος) cæsura est, quum
 syllaba naturaliter correpta produciatur: quod solet fieri in
 principio quarti pedis, uel septimæ syllabæ, si tres spondei
 præcedant, quasi septima dicatur diuisa pars, & ἑπταμίμηρος
 ἑπταμίμηρος.
Hepeteres penult. prod. Naues que septem ordinibus remo-
 rum aguntur.
Hera Vide Herus.
Heraclæa pocula nominat Cicero in Verrem. Heraclæa aut
 uasa ab Hercule nomen habuerunt, suereq; magna & ca-
 pacia, qui tanti herois sitim extinguere & satiare possent.
 Nam hercules in potioribus numerabat maximis. Eorum
 poculorum etiam apud Athenæum mentio est.
Heraclæa pen. prod. dicebatur que nunc Calpe in sinibus
 Europe, & olim Perintus uocabatur, ciuitas Bospho-
 riana.
Heraclæa pen. prod. (Ἡράκλεια) Bithyniæ urbs, clarissima
 ob celeberrimas quas emisit colonias, ut Strabo scribit, diu
 tyrannorum sententiam passā, mox libera facta est. Iustinus
 lib. 15. Heraclæam à Bocois iterum oraculo monitis in Her-
 culis honorem conditam esse ait. Est & Heraclæa in Ita-
 lia ad Crotonem, ut scribit Mela, lib. 2. Est item Heraclæa,
 Sicilia inter Pachynum & Lilybæum, ut scribit idem Me-
 la lib. 2. & Ptolemæus. Heraclæa Ponti: hodie Naxio
 portus. Stephanus de urbibus plures scribit esse Heraclæas:
 inter quas unam Lydiæ scribit, alteram Libyæ. Vide ibi-
 dem plura.
Heraclæotes, Heraclæotæ, pen. prod. (Ἡρακλεώτης) unde Dio-
 nysius philosophus Zenonis discipulus, Heraclæotes à Cle-
 cerone 2. Tuscul. 101. appellatus est: ubi fuit amphithea-
 trum unum è septem spectaculis. Vide & 4. Tuscul. 127. Et
 5. de Finib. 16.
Heraclæoticus, pen. corr. adiectiuum (Ἡρακλεώτικος) item
 aliud, Heraclæus: unde Heraclæus lapis, qui & Lydius, Plin.
 lib. 33. cap. 8. 3. Auri argentiq; mentionem comitatur lapis,
 quem coticulam appellant, quondam non solitus inueniri,
 nisi in flumine Timolo, ut author est Theophrastus, nunc
 uero passim: quem alij Heraclæum, alij Lydium uocant. Sunt
 aut modici, quaternas uncias longitudinis, binasq; latitudi-
 nis non excedentes. His coticulis perit, quum è uena ut li-
 ma rapuerint experimentum, protinus dicit quantum au-
 risti in ea, quantum argenti uel æris, scrupulari differentia,
 mirabili ratione non fallente.
Heraclis lapis, formam prouerbij habet, in eos qui uehemē-
 ter acri, exactoq; iudicio sunt. Ex Erasmo.
Heraclæopolis pen. corr. (Ἡρακλεῖος πόλις) Nomen triū ci-
 uitatum. Una est in Aegypto, ex qua Theophanes physticus:
 altera non longè à Peluso: tertia secundū Nilis ostiū, quod
 Canopicum est. Ex Volaterrano.
Heraclides pen. prod. Lycius, domi uir clarus, sophistica
 facultate insignis Smyrnæ docuit, ubi in honore maximo
 fuit. Dicitur eum olim apud Sguerum principem, extempora-
 rali facultate dicentem aulicis præsentibus exterritum, ser-
 mone excidisse. Solus sophistarum ad hanc artem industria
 & labore, natura minime inuante contendit. Hæc ex Phi-
 lostrato.
Heraclides, Ponticus philosophus, Athenas concessit, Pla-
 tonem, deinde Aristotelem audiuit. Reliqui ingenij monu-
 menta que non exant: Vir fuit mollioris habitus, ut pro
 Pontico Ponticus uocaretur. Author Diogenes Laertius
 meminit. Cic. Tuscul. quæst. lib. 5. Sunt & alij multi huius
 nominis apud Laertium.

Theauri pars 2.

Heraclidum, cuius mentio est in epistolis Ciceronis ad Ata-
 ticum, obscure & ænigmatice significat librum Heraclidis
 Pontici amulatione scribendum, cuius hodie quedam eclo-
 gæ de rebus publicis reperiuntur, & in Homerum allego-
 ricæ. Turnebus.
Heraclitus penult. prod. (Ἡράκλειτος) Ephesus philo-
 sophus, ut tradit Suidas, nullum inuenitur habuisse præce-
 ptorem: tantum natura, & diligentia solus perfecti. quidā
 tamen audisse Xenocratem & Hipasum Pythagoricum uo-
 lunt. Floruit temporibus ultimi Darij: scripsit poeticè mul-
 ta: ab Aristotele sepe testis citatur. De quo Cicero lib. 5.
 Tuscul. quæst. 1. 4. 7. Hunc aiunt cum hydropicus esset, spretis
 medicis oblitum bubulo seuo, soli siccandum se præbuisse,
 dormientemq; à canibus dilaceratum esse. Hæc Suidas. Hic
 Heraclitus ille est, qui quoties domo egrediebatur, flebat:
 quemadmodum Democritus ridere dicebatur. alteri enim
 omnia que agimus, miseria: alteri ineptia uidebantur.
Heraclius imperatoris proprium, & ab Hercule deduc-
 tum formatione.
Heraclius lapis Vide Heraclæa.
Herba herbe (ἄρβαν) Ab herendo. Virg. lib. 1. Geor-
 org.
 Et sulcis frumenti quæretet herbam.
Herba dare, siue porrigere, pro eo quod est uictorē agno-
 scere, ac se uictum faceri, passim obuium est apud doctos.
 Inde sumptum, quod ut author est Festus, id erat pastoralis
 uitæ iudicium, qui dum cursu, aut alio quo piam certamine
 superati essent, herbam ex eodem statim loco decerpant,
 aduersario porrigebant, uictoriæ agnitæ symbolum. Plin.
 lib. 22. cap. 4. de corona obsidionali. Dabatur, inquit, uiri-
 di è gramine decerpto inde ubi obessos seruasset aliquis,
 &c. Idem lib. 8. cap. 5. de elephante, Mirus namq; pudor
 est, uictus uocem fugit uictoris, terram ac uerbena porri-
 git. Hæc Erasmus. Nominus, Herbam ueteres palmam uel ui-
 ctoriam dici uoluerunt. Virg. lib. 3. Georgicorum,
 —atq; immemor herbe Victor equus.
Alte herbe. Virg. 4. Georg. 92.
Comantes. Vide Coma.
Coronaria. Vide Corona.
Fertiles. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 2.
Florentes. Virg. eclog. 9. 4.
Focunda pecori. Ouid. 1. Metam. 137.
Graminis. Ouid. 10. Metam. 18.
Immortales. Claud. de nupt. Honorij, 32.
Impia. Vide Impius.
Inualida medica. Vide Inualeo.
Læte. Virg. 1. Georg. 68.
Largæ. Horat. 4. Carm. ode 2. 11.
Medicæ. Claud. 6. Paneg. 13.
Miliaria herba. Vide Milium.
Molles. Virg. eclog. 3. 11.
Morientes. Virg. 1. Georg. 22.
Murales. Vide Murus.
Nocentes. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 5.
Operosæ. Ouid. 4. Metam. 5.
Pallentes. Virg. eclog. 6. 11.
Pollentes. Ouid. 7. Metam. 40.
Potentes. Virg. 7. Aeneid. 4.
Pubentes. Virg. 4. Aeneid. 103.
Salaces. Ouid. 2. de Arte, 85.
Salustifera. Ouid. 1. de Remed. amor. 9.
Spinose. Ouid. 2. Metam. 163.
Suaues. Virg. eclog. 2. 10.
Surdæ & ignobiles. Vide Ignobilis.

K 3 Surgem

Surgentes. Virg. 4. Georg. 3.
 Tenere. Ouid. 2. Metam. 84.
 Virides. Ouid. 2. Metam. 86.
 Villate. Ouid. 3. Metam. 16.
 Adoptare herbam. Vide Adopto.
 Arete herba. Virg. 4. Georg. 86.
 Carpere herbam. Vide Carpo.
 Situnt herba. Virg. 4. Georg. 81.
 ¶ Herbula, herbula, pen. corr. Diminutivum (ἡρβούλα) Cic. 2. de Nat. deor. 190. Cereusq; paulo ante partum perpurgant se quadam herbula quae sefellis dicitur.
 ¶ Herbaceus, Adiectivum (ἡρβαίος) Quod in herbā creascit & assurgit, & de ijs rebus dicitur, quae deinde caulem emittunt. Plinius lib. 12. cap. 13, 2. Herbaceum anomum prius.
 ¶ Herbeus, aliud Adiectivum (ἡρβέος) Quod herba colore habet. Plaut. Curcul. 5. 16, —qui hic est homo
 Cum collatio uentre atq; oculis herbeis.
 ¶ Herbidus, penult. corr. aliud Adiect. (ἡρβιδός) Quod plenum est herbis. Plin. epist. 173. b. Nulla in hoc nauis (sacer enim est) sed innatant insulae herbidae, omnes arundine & iunco testae.
 Herbidae segetes. Col. lib. 1. cap. 6. 15.
 Herbidus locus uel campus, Herbis refertus & plenus. Liu. 1. ab Vrbe, 25. & lib. 9. 7.
 Epirus herbidus. Ouid. 8. Metam. 57.
 Herbidus color. Plin. lib. 12. cap. 14. 4.
 Herbidus potus. Plin. lib. 2. 4. cap. 6. 7.
 Herbifer, penult. corr. herbifera, herbiferum (ἡρβιφόρος) Quod herbas producit: ut, Herbifer mons, Plin. lib. 25. cap. 8. 14.
 ¶ Herbosus, penult. prod. Adiect. (ἡρβώδης) Herbis abundans. Plin. lib. 33. cap. 4. 11. Vlex siccatus uritur, & cinis eius latus substrato cespit herbosus, ut fidat aurum. Sic Cato cap. 54. 2.
 Agger Herbosus. Ouid. 14. Metam. 89.
 ¶ Herbasco, siue herbesco, herbescis (ἡρβασκός) herbescere, in herbam conuerti. Cic. de Senect. 47. Terra semen tepesfactum complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo uiriditatem.
 Herbas cere, pro Herbas generare. Plinius lib. 19. cap. 8. 21, Quin ex ouillo fimo nominatum uti, quoniam aliud herbasceret.
 ¶ Herbarius, Adiectivum (ἡρβαίος) ut, Ars herbaria, qua cognoscitur uis & natura herbarum. Plinius lib. 7. cap. 56. 6. Herbarium & medicamentaria à Chitone Saturni & Phyllire filio. Subaudi, repertam fuisse tradunt.
 ¶ Herbarius, Substantivum (ἡρβαίος) Qui peritus herbarum eas colligit, uenditq; & ex eis medicamenta conficit. Plin. lib. 26. cap. 5. 1. Idem lib. 20. cap. 17. 14. Dallon herbarius parturientibus ex eo cataplasmata imposuit cum omentio.
 Herbita [pen. corr. (ἡρβίτα) Sicilia urbs apud Ptolemaeu. hodie S. Nicolaus.
 Hercacus [ἐρκαίος, dictus est iupiter, quem etiam penetralem uocabant, qui intra conseptum domus cuiusq; colebatur. Graeci enim ἐπιθεptum clausitruq; nominatur. Ouid. in Ibin, 58. Cui nihil Hercet profuit ara Iouis.
 Hercinia [Sylua (ἡρκύνια) est Germaniae trans Rhenum, forte ab Hercino monte ipsius Germaniae dicta. Vide Hercynia.
 Hercinij [Populi sunt, uetus Pelasgorum colonia.
 Hercifcor [hercifceris. Vide Ercticeor.

Hercle] siue hercule (ἡρκλής) Iurandi Aduerbiū, quasi dicas per Herculem. Terent. Eunuch. 2. 3. 19, Hercle hoc factum est.
 Hercle, ornatiua aliquando particula, teste Donato. Terentius And. 4. 5. 3. —sed quid hoc? Puer hercle est.
 Hercle sine dubio erit ignominia. Cicero. Thermo Propr. lib. 2. 17. 3.
 Bene hercle faciunt. Cic. 3. de Leg. 2.
 Mehercle. Cic. 2. in Catil. 2. 9. Vno mehercle Catilina exhausto, releuata mihi, &c.
 Hercle certe. Ter. And. 2. 2. 10,
 Mea quidem hercle certe in dubio est uita.
 Vbi Donatus, Ideo & iurauit, Hercle: & affirmas iurandum, Certe addidit.
 Quae hercle. Terent. Eun. 2. 3. 64.
 Obsecro hercle ut audias. Terent. Eunuch. 3. 5. 14.
 Hercle sedulo. Terent. Andr. 3. 4. 18. Faciam hercle sedulo Vbi Donatus, Hercle sedulo, productiones sunt Comici styli ad fucum orationis postea.
 Hercle uero. Terent. Adelph. 2. 4. 4, —omite uera trilitium tuam.
 c. Ego illa hercle uero omitto, quid quid te habeat fratrem. Vbi Donatus, Apparet non nunc primum dici Ctesiphonti ab Aeschino, Omite trilitium tuam: nec nunc primum responsum omitto. Et ideo additum est, Hercle uero quia nunc demum data est plena securitas. Ibid. 5. 9. 18,
 Hodie prima manam dedit haec. d. hercle uero serio. Vbi Donatus, Hercle uero, aduerbia sunt confirmatiua.
 Hercle, idem quod Hercle & certe. Cic. pro Quintio, 7. Atq; hercule haud mediocriter de communi quicquid poterat, ad se in priuatum donum seuocabat.
 Sed Hercle facile patior datum tempus, in quo amore experire tuum. Cic. Capitoni in Epist. ad Attic. lib. 16. 3. 43. 1.
 Mehercule etiam aduentu nostro reuulsi sunt in istia, abstinentia, &c. Cicero. ad Attic. lib. 5. 10. 4. 3. Et in Oratore, 89. Libentius dixerim mehercule, quam mehercules.
 ¶ Hercules, pro Hercle uel hercule (ἡρκλής) Cicero. pro Rosc. Amer. 18. Quoniam quidem semel suscepit, licet hercules undiq; omnes terrores, minae, periculaq; impendebant omnia: succurram, atq; subibo.
 Hercules quidē. Cic. de clar. Orat. Et hercules haec quidē extant.
 Me hercules. Cic. pro Plancio, 52. Vere me hercules hoc dicam.
 Hercules [pen. corr. (ἡρκλῆς) Cognomen, uel fortasse positius agnomen Iouis & Alcmena filij, qui ob fortitudinem & gloriam creditus fuit inter deos esse relictus. Fuisse autē tres Hercules scribit Diodorus: alij sex autumant. Primus qui certauit cum Apolline de tripode. Alter Nilo natus Aegyptius, quem aiunt Phrygius literas conscripsisse. Tertius est ex Idaeis digitis, cui inferius asserunt. Quartus Iouis est, Asteria Latone sororis, qui Tyri maxime colitur: cuius Carthaginem filiam ferunt. Quintus in India, qui Belus dicitur. Sextus Thebanus, ex Alcmena & Ioue tertio genitus: cui aliorum gesta assignant. Ex Cicero lib. 3. de Nat. deor. 55. Herodotus scribit Herculem unū esse ex duodecim dijs Aegyptiorum, Graecosq; ab Aegyptijs hoc nomen mutatos indidisse filio Amphitryonis. Varro xliii. Hercules nominatueruntamen omnes qui robore praestiterunt, hoc nomine ab Hercule Alcmena filio appellatos fuisse affirmat. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 20. asserit Hercule esse solem, quasi Heracle: idq; ex nomine clarescere. Hercules enim nihil aliud est, quam heras, id est, Iunonis, hoc est, aeris: claus, id est, gloria uel laus. Quae porro alia est aeris gloria, quam Solis illuminatio? Item dictus est duodecim labores confectus

cofuisse, quia Sol annuo cursu, duodecim signa Zodiaci lustrat & conficit. Ab Hercules, Hercule, & Hercle, Mehercules, & Mehercule, aduerbia iurandi. Vide Seruium in 8. Aeneid.
 Clauiger Hercules. Ouid. in Ibin, 52. Claua enim utebatur. Dives amico Hercule. Horat. 2. Seru. Satyr. 6. 2. Ideo quia thesauris praefert. Et sunt qui eundem incubonē quoq; esse uelint. Vnde putant & quod res rustica in tutela eius sit. nam illi sacrificia reddunt rustici quum iuuecos domuerint. Perseus, Satyra 2, 6 si
 Sub raistro crepet argenti mihi serid dextro Hercule. Quia Deus lucri & thesauri dicitur. Vide Porphyriorem in Horatium.
 Impiger Hercules. Horat. 4. Carm. ode 8. 6.
 Laborifer Hercules. Ouid. 9. Metam. 58.
 Magnus Hercules. Horat. 4. Carm. ode. 5. 8.
 Oribus Hercules. Vide Oethcus.
 Vagus Hercules. Horat. 3. Carm. ode 3. 2.
 ¶ Hercules, Aduerb. (ἡρκελῆος) ab Hercules: pro Fortiter Cicero ad Atticum, libro 8. 150. 30. Spero etiam quantam adhuc nihil nobis obfuit, nihil multasse: nec te gentia hoc, quod cum fortiter & diligenter, nunc fert etiam Herculee. Quaedam exemplaria legunt, mehercule. Locus profecto totus est corruptus.
 ¶ Herculanus, pen. prod. possessivum (ἡρκουλῆος) Gellius lib. 1. cap. 1. Comprehensa mensura Herculanus pedis.
 Herculeanae herbae meminit Plin. lib. 21. cap. 15. 8.
 Herculeanae formicae. Plin. lib. 30. cap. 4. 3.
 Hercules [portus Ptolemaeo (ἡρκελῆος λιμὴν) urbs Massiliensis. Vulgo dicitur Villa franca.
 Hercules [turris, Vrbs Cyrenes, uulgo Zinayra. Ptol. lib. 4. cap. 4.
 ¶ Hercules, pen. corr. (ἡρκελῆος) Adiectivum possessivum. Manu Herculeae, pro forti. Martialis lib. 11. 15.
 Claua Herculeae. Propert. lib. 4. eleg. 10. 8.
 Herculanitum [Campaniae oppidum. Plin. lib. 3. cap. 5.
 Herculeus [Vir Romanus, qui Marianas partes fouit cum Sertorio.
 Hercynia [Virgo quaedam fuit Proserpinae comes, à qua & flumini Hercynia nomen consequutus est. In templo consecratum uirginis illius simulachrum anserem manibus gerebat. Huius meminit Lilius. Ex Turnebo.
 Hercynia [maxima Germaniae sylua (ἡρκύνια) Appud Caesarem Commenta. sexto, Huius Hercyniae syluae, quae supra demonstrata est, latitudo nouem dierum iter expedito patet: non enim aliter finiri potest, neq; mensuras itinerum nouerunt. Orietur ab Heluetiorum, & Nemetum, & Rauracorum finibus, restaq; fluminis Danubij regione pertinet ad fines Dacorum & Anartium. Hinc se flectit sinistrosus, diuersus à flumine regionibus, multarumq; gentium fines propter magnitudinem attingit: neq; ququam est huius Germaniae, qui se aut audisse aut adisse ad initium eius syluae dicat quū dierum iter xl. processerit, aut quo ex loco oriatur, acceperit. Haec Iulius Caesar: apud quem praepositorum charraderum ordine xl. pro xl. legi uidetur iudicio Vadiani.
 Lucis Sueni nobiles Hercynijs. Senec. Medea, 99.
 Prominet Hercynia confinis Rhetia Sylua. Claudius de bell. Get. 67.
 Here] pro heri (ἡρῆ) dicebatur à ueteribus. Est aut aduerbium temporis. Donatus, Propter cognationem & & litterarum, non dubitauerunt antiqui & Here & heri dicere, & Manē & mani, & Vesperi & uesperī. Ter. Heaut. 3. 2. 8, —recte equidem te demitor Chreme,

Tam manē, qui here tantum biberis. Idem Eun. 2. 3. 65.
 Heri [ἡρῆς, ἡρῆς, ἡρῆς, Aduerbium temporis: significat autē hesternum tempore. Terent. Eunuch. 1. 2. 89,
 Heri minus uiginti pro ambobus dedi. Cicero Attico, Lepidus ad me heri uesperī litras misit Antio.
 Herilis] Vide Herus.
 Herillus] ἡρῆλλος, Chalcedonius philosophus, Zenonis discipulus fuit, qui quum audisset scientiam laudatā esse ab Aristotele & Theophrasto, summum bonum in ea posuit. Cic. lib. 4. Acad. & lib. 2. de Fin.
 Herinaeus] herinacci, qui & Herix & hericius, teste Sipiōino (ἡρῆνος) animal spinis horridum, sese in globum interdum componens, & hyeme condens sese de quo Plin. libro 8. capite 37. 2. Preparant, inquit, hyemi & herinaeci cibos, ac uolutati supra iacentia poma, affixa spinis, unum non amplius tenentes ore, portant in cauis arbores. Ibidem uide plura.
 Herma] herma, m. g. (ἡρμῆς) Statua & sigillum erat, in trunco arboris efformata, cuiusdam Mercurij formam habens. Vnde Suidas dicit hermas statuas dictas, quod plurimū Mercurij statuae deliniarentur. Atque haec quidem hermae, uiriles statuae, ad propagandam defuncti memoriam sepulchris erigebantur. Cicero Attico, libro 1. 5. 4. Hermae tui Penitelicū cum capitibus aenis, de quibus ad me scripsisti, iam nunc me admodum delectant. Idem 2. de Legibus 102, Neque id opere testorio exornari, nec hermas eos quos uocant, licebat imponi, nec de mortui laude, &c. De sepulchro loquitur.
 ¶ Herma, pro firmamento à Graecis ponitur, unde etiam Mercurij nomen, inuentoris, ut putabant, firmae orationis, dictū. Interdum etiam faburram significat. Haec Festus.
 ¶ Hermathena, hermathena, pen. prod. (ἡρμαθῆνα) Mercurij ac Mineruae statuae coniunctae, quas gymnastis Romani dicere consueuerant. Cicero Attico, libro 1. 2. 2. Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum est, & ornamentum Academiae proprium meae, quod & Hermes conamine omnium, & Mineruae singulare est eius gymnastij. Eadem libro 1. 1. 10.
 Hermaea] ἡρμαία, Extrema Ptolemaeo urbs Africae minoris: Mercurij promontorium Pomponio Mele. Vulgo Cabo Denubia.
 Hermagoras] penult. corr. (ἡρμαγόρας) Acolides, Carion cognominatus, rhetor egregius, scripsit artem Rhetoricam libris sex, de diligentia orationis, de decoro, de elocutione, de figuris. Docuit Romae Augusti temporibus, decessitq; senex.
 Hermaphroditus] pen. prod. (ἡρμαφρόδιτος) Mercurij & Veneris filius: ab Hermes (quo nomine dicebatur à Graecis Mercurius) & Aphrodite, id est, Venus. Hic fuit Androgynus, uir & mulier. Quum adolescens se lauaret in quodā fonte Cariae, cui interat Salmacis nympha: illa eum amans amplexa, deos orauit, ut ex ambobus unus fieret: idq; factum est. Hinc omnes Androgyni uocantur Hermaphroditi. Plin. lib. 11. cap. 49. 2. Sunt Hermaphroditis uiriusq; sexus. Vnde de Androgynus. Mart. lib. 6. 68. Ouid. 4. Metam. 77. De Hermaphrodito extat elegantissimum Pulicis poetae carmen, apud Ausonium.
 Hermeas] ἡρμαίος Caria dux inelytus Antiochi magni, qui cum eo & Taurum pertransiit, & res uaguas gessit. Ad extremū ab eo ob suspicionem interfectus unā cum coniuge & liberis qui erant Apameae. Author Polybius.
 Hermenij] Populi Mos. horum prope Colchos. Siphonius.
 Hermeracla] sunt Mercurij & Herculis coniuncta signa

seu statua. Cicero Att. lib. 1. epist. 8. Signa nostra & Herm...

Hermes] Trimegistus (ἐρμεισμός) Philosophus Aegyptius...

Hermes, Hermis & Hermetis. pen. prod. (ἐρμῆς) dictus est Mercurius...

Nunc etiam interpres diuini uocatus ab ipso. Vbi Seruius...

Hermias] Eunuchus, trapezita cuiusdam famulus, Athenas profectus...

Hermionius] Romanus quidam, cuius meminit Virgilius lib. 11. Aeneid. 42.

Hermiona] pen. prod. Graeciae oppidum, Iunonis sano inclutum...

Hinc sinus, hinc statio contra patet Hermiona, Verus est spondaiacus.

Hermione] pen. cor. (Ἑρμιόνη) fuit Menelai filia, ex Helena coniuge...

Dic mihi quid simile est Thais, & Hermione?

Hermiones] Germaniae populi ultimi, ut scribit Pomp. lib. 3. in fine descriptionis Germaniae.

Hermippus] ἐρμιππος, Atheniensis poeta antiquae comediae, altero captus oculo...

Hermocrates] pen. cor. Phocensis, clarus sophistica facultate, Antipatri magistri epistolarum Severi principis, filiam haud forma bona inuitus imperatore cogente duxit...

Hermodorus] pen. prod. (Ἑρμόδορος) Siculus, adiutor Platoni: cui uicio datum est, quod quaestui philosophia habuerit...

Hermodorus, Philosophus Ephesus, quem in Italia exulantem Pomponius iuriconsultus, tradit auctorem fuisse XII TABULARUM...

Hermodorus] Salaminius, qui cum Philone architecto Athenis contendit de armamentario faciendo, qua in contentione ut minus eloquens, uictus fuit. Cic. 1. de Orat. Nec si huic M. Antonio pro Hermodoro fuisse de naualium operediendum non quum ab illo causam didicisset, ipse ornate de alieno artificio copiose dixisset. Nisi si forte de naualibus urbis Romae hic agitur, que fortasse edificauit Hermodorus...

porticum Metelli Iouis Statoris Hermodi, &c. & Hermodori reponit.

Hermogenes] penultima correpta (Ἑρμογόνης) Tarsensis, annos natus xv. Sophista adeo probatus est, ut fama eius ad auditorium M. Antonium principem exciuerit, ab eoq; munera egregia tulerit. Deinde tempore procedente, cum facultatis habitum deperdidit, nulla morbi causa. Proinde Antiochus sophista dicebat, Hermogenes in pueritia senex, & in senectute puer. Ex Volaterrano, lib. 15.

Hermolaus] penultima producta, Constantinopolitanus scripsit ad Iustinianum Caesarem Epitomen in librum Stephani de urbibus. Auctor Suidas. Memoratur & ante huc alius, qui contra Alexandrum coniuerauit. Alius item Plinio lib. 36. cap. 5. statuaris, inter eos qui aedes principum signis nobilibus ornauerunt.

Hermopolis] pen. cor. (Ἑρμόπολις) ut ait Volater. lib. 12. urbs Aegypti in Sebenitica praefectura, ubi Pan coluunt & hircus, ut ait Pind.

Hermupoa] Herba passim in ipsis uineis apud nos crescens, quae a Graecis linoxostis dicitur: Latini Mercurialem herbam uocant, quasi Mercurij pabulum. Vide Plin. lib. 25. ca. 5. Sunt autem eius duo generas, quod in singulis generis duos ueluti testiculos gerit: & foemina, quae lateum florem habet.

Hermus] Ἑρμῆ, Fluuius Lydiae, qui Smyrnae campos intersectat delapsus a monte Dorrilao, Phrygiam scindit a Caria. Hic superfluis campis gignit fertilitatem, unde arenae aureae fertur trahere. Strabo lib. 13. Virg. 2. Georgic. Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus.

Hernia] huius herniae, femino genere (ἕρνια) dicitur quum pondere, aut istu aliquo rupta tunica, quae ab inferioribus partibus intestina diducit, omētum, aut intestinum in scrotum descendit. scrotum enim uocamus cutem testiculos ambientem: quod ὄστρον Graeci appellant. Id uulium a Graecis ente roccae, siue epiloocelae, hoc est: interaenorum, siue omenti descensus, dicitur, nostri communi nomine herniam uocant. Martial. lib. 5. 81. ingens iratus apparuit hernia sacris.

Hernofus, penultima, producta. Adiectiuum, Qui herniam patitur.

Hernici] penultima correpta (Ἑρνικῆ) populi sunt Italiae in Campania, in locis asperis habitantes. Nom Hernie, Sabimorum lingua, saxa dicuntur. Hos tamen hernicos appellatos uoluit Macrobius ab Herno quodam Pelago eorum duce. Horum metropolis est Anagnina.

Terra Hernica. Ouid. 3. Fast. 18. Saxa Hernica. Silus lib. 4. 46.

Froniosa Hernica. Stat. 4. Sylu. 5. 12.

Herodes] pen. prod. (Ἡρόδωτος) Antipatris Idumaei filius, anno x. Augusti rex Iudaeorum a Romanis declaratus est, regnauitq; annis xxxvi. Huius meminit Horatius 2. epist. 2. 37.

Herodes Antipas, huius filius, praefectus Galilaeae post Archelaum impijissimus fuit.

Herodes Agrippa Aristobali filius, qui B. Iacobum occidit. Herodes quidam fuit Atticus, qui Graeca oratione (ut ait Gellius) ferè uniuersos grauitate atq; copia elegantiaq; uocum longo antecessit.

Herodianus] Ἡρῳδιανός, Alexandrinus grammaticus, Apollonij etiam grammatici filius & discipulus, floruit sub Marco Antonio imperatore. Scripsit de arte grammatica, praeterea Caesarum historiam, quae ad nos peruenit. Auctor Suidas.

Herodius] Ἡρόδιος, Auus ex ijs quas Romani Diomedos uocant.

uocant. Theodorus ardeolam uerit, Augustinus sulicā. Ciconiam putat esse Suidas, aut ciconia simul: dictamq; quod in paludibus uersetur, quasi ἐρδία.

Herodotus] pen. cor. (Ἡρόδοτος) Halicarnassense clarus oratorum parentibus, nempe patre Cyro, matre Dryone, fratrem etiam habebat Theodorum. Scripsit historiam libris noue, quorum quilibet Muses nomine inscribitur. Coepit a Cyro Persarum rege. Secessit in Samum Lygdami tyrannide offensus, qui tunc in Patria regnabat. Eo expulso redijt. Postremo inuidia ciuium obnoxius sponte Thurium concessit, Athenisium coloniam, ubi eximius est & sepulchri: licet alii qui Polle dicant. Suidas. Hunc Cic. 1. de Leg. 7. appellat historiae parentem.

Heron] Ἡρόνος, Atheniensis Orator, scripsit commentarios in Herodotum, Xenophotem, & Thucydide. Auctor Suidas.

Heros] huius herois, pen. prod. m. g. (Ἡρώς) Heroes dicuntur ij qui quum sint homines, rebus tamen gestis eam opinionem apud uulgus emeruerunt, ut inter diuos relati credantur. Proinde heroes in quatuor arte & scientia dici possunt, qui in ea plurimum excelluerunt. Gaza putat deductum esse ab ἥρω. Plures tamen ab ἥρω, id est, Iunone: quibus & diuus Augustinus suffragatur. Seruius, Heros uir fortis, semidiuus, plus ab homine habens, ut ait Hesiodus. Virg. lib. 1. Aen. — dederatq; abeuntibus heros. Idem lib. 7.

Quum & auis Mauros heros potentibus addet. Cic. Att. lib. 14. 307. 2. Illi non heros, sed dii futuri quidem in gloria sempiterna sunt. Idem Att. lib. 1. 12. 14. Heros ille nosse Cato. Delecti heroes. Virg. eelog. 4. 7.

Magnanimi heroes. Virg. 6. Aen. 130.

Maximus heros. Virg. 6. Aen. 39.

Semidei heroes. Stat. 5. Thebaid. 75.

Heroides, pen. prod. heroidis, pen. cor. f. g. (Ἡρώϊδες) Mart. Mutatas formas heroidas, in super iisdem Addidit. Graecis heroidas aequas. Stat. 3. Sylu. 5. 9.

Heroina, huius heroinae, pen. prod. (Ἡρώϊνη) Propert. lib. 1. eleg. 12. 7. Illa sit Itachis & blandior heroinis.

Herouica, pen. cor. Adiect. (Ἡρώϊκος) ut, Heroica aetas, in qua heroes floruerunt. Cic. 5. Tusul. 10. Etiam herouica aetatibus Vlysseni & Nestorem accepimus & fuisse & habitos esse sapientes.

Heroica tempora. Cic. 1. de Diu. 1.

Heroica persona. Cic. 2. de Nat. deor. 99.

Herouicus uersus dictus, quod eo genere carminis herouum gesta describantur. Cic. 2. de Legib. 105. Ne plus quatuor herouicis uersibus, quos longos appellat Ennius.

Uersus herouicus. Quinti. lib. 1. cap. 5. 18.

Herous, pen. prod. Adiect. (Ἡρώϊος) ut, Heroi pedes, quib. in carmine herouico utimur. Cic. de Orat. 100. Quare primū ad herou nos, dactyli, & anapesti, & spōdae pedē inuitat.

Herou carminis opus. Propert. lib. 3. eleg. 3. 4.

Herouum, herou, pen. prod. n. g. Monumentum quod solet e arigi uiro alicui insigni, propter eximiam uirtutem. Cic. 2. de Leg. 97. Quod aut Ἡρώϊον, id est, uestibulum sepulchri, bustum ue usucapi uetat, tuetur ius sepulchrorum.

Herostatus] pen. cor. (Ἡρόστρατος) fuit uir sceleratus & ignauus, qui ut nomen memoriae sceleris propagaret, incendium nobilissimae fabricae templi Ephesiae Diane manu propria struxit, sicut ipse confessus est, uoto adipiscendae famelioris. Strabo lib. 14.

Herilia] Ἡρώϊα, Vxor Romuli fuit, quae post apothefim mariti ipsa quoq; in caelum relata fuit: & quemadmodum mutato nomine Quirinus ille dicebatur, sic ipsa etiam Ora dicta fuit. Ouid. 14. Metam. 170. De hac Livius.

Herus] Ἡρώϊος, Dominus. Terent. And. 5. 2. 5.

Herus est: quid agam?

Herus, pro herili filio. Terent. And. 1. 3. 3.

— me aut herum pessundabunt. Cic. 2. Offi. 32. Sed ipsi qui ui oppressos imperio coercent, sit sanè adhibenda sententia, ut heris in famulos, si aliter teneri non possunt. Virgil. 3. Aeneid. 65.

Nec uictoris heri tetigit captiua cubile.

Diues herus. Horat. 2. Carm. ode 18. 7.

Hera, heræ (Ἥρα) Domina. Terent. And. 3. 2. 3. Idem And. 4. 3. 2.

Summum bonum esse heræ putabam hunc Pampulum.

Hera dicta est Iuno. Ennius apud Ciceronem, 1. Offi. 60.

Vósne uelit, an me regnare Hera, quid uae straxit fors?

Virtute experiamur.

Formosa heræ. Ouid. epist. 9. 16.

Herilis, & hoc herile, pen. prod. (Ἡρώϊδος) Quod ad herum perinet. Plaut. Amph. 7. 6. 4.

Non soleo ego somniculose herilia imperia persequi.

Herilis filius: id est, filius heri. Terent. Eunuch. 2. 2. 58.

Sed uideo herilem filium minorem huc aduenire.

Arbitrium herile. Valer. 4. Argon. 77.

Verna ministerijs ad nutus aptus heriles. Horat. 2. epist. 2. 2.

Herifuga, herifuge, pen. cor. m. g. (Ἡρώϊστος) Qui herum fugit: ut, Famuli herifuge. Catul. de Beroecynthia epigr. 58. 11.

Hesichius] Ἡσίοχος, Milesius sub Anastasio principe scripsit Onomatologion, id est, Catalogum nominum. Quorum epitome Suidas se fatetur usum esse. Composuit & historiam libris vi. in quibus complectitur tam Romanorum Imperatorum, quam aliarum gentium & tyrannorum res gestas usq; ad sua tempora, ut ait Suidas.

Hesiodus] pen. cor. (Ἡσίοδος) poeta Aescraeus, scripsit poemata, Theogoniam, & Opera & dies. quod imitatus est Virg. Primus agriculturae praecipua tradidit, ut Plin. lib. 14. scribit. Fabularum item auctor, ut ait Quint. lib. 5. cap. 11. 15.

Hesiodus (Ἡσίοδος) Possessiuū, Quod est Hesiodi, nel quod ab Hesiodo compositum est. Cic. in Bruto, illud Hesiodium laudatur a doctis, quod eadem mensura reddere iubet qua acceperis, aut etiam cumulatior, si possis.

Hesione] pen. cor. (Ἡσιόνη) filia Laomedontis regis Troiae & Priami soror, quam Hercules expugnata Troia uxorem dedit Thelamoni.

Hesperia] Vrbs est Cyrenaeica apud Pomp. Melam, quae Oltuarius dicit nunc uocari Bernice.

Hesperiae] Ἡσπερία, duae sunt, una quae Hispania dicitur: altera Italia, quae sic discernuntur: Aui enim Hesperiam solā dicimus, & significat Italiam. Virg. 1. Aen.

Est locus Hesperiam Graij cognomine dicitur. Aut ad dimus ultimam, & tunc significat Hispaniam quae in Occidentis est sine. Horat. 1. Carm. ode 36. 1.

Qui nunc Hesperia sopes ab ultima.

Et haec ab Hespero Occidentali stella dicta est. Italia uero ab Hespero Atlantidis fratre, qui a Germano pulsus, Italiam tenuit: & ei nomen uel proprium uel suae pristinae regionis imposuit. Macrobius tamen uoluit Hesperiam dictam esse Italiam, quod Occasui subiecta sit. Seruius.

Magna Hesperia. Virg. 1. Aen. 115.

Hesperides] pen. cor. (Ἡσπερίδες) appellatae sunt Hesperiae filiae. Aegle, Arethusa, & Hesperetusa. Haec a mœnissimos hortos colere dicebantur in Africa iuxta Liaron coloniam a Claudio Caesare deductam. In ijs auriferum nemus esse cum aureis malis existimabant, cuius diu uerò a pernicii

peruigili dracone. Et quoniam Themis dea praedixerat su- turum olim quendam Iouis filium, qui ea poma diriperet, cunctisque Atlantem pomarium montibus, ne peruium grassa toribus foret. Penetrasse tamen eo Herculeum ab Eurystheo missum, et occiso dracone aurea mala abstulisse. Alij pu- tant ouium greges ibidem fuisse, purpuream lanam ferentes, easque ab Hercule raptas, et ad Eurystheum ductas. Hinc quo- niam ἠεσπέρου Græcè, Latine ouem dicimus, loci fabule da- tum. Hæc Siphontinus ex Seruio.

Hesperides, Erebo et Noctæ natæ. Cic. 3. de Nat. deor. 59.

Aquarum Hesperidum reguator. Vig. 8. Aeneid. 16.

Mala Hesperidum. Virg. eclog. 6. 13.

Poma Hesperidum. Stat. 3. Sylu. 1. 32.

Hesperionceras] apud Solinum cap. ult. est extremum A- fricæ continentis promontorium, ubi scilicet uelut in fron- te circumaguntur naves in occasum ac mare Atlanti- cum. So- nat hæc uox, occidentale cornu. Hodie uocant Caput bonæ spei. Vulgo Le Cap. de bonne esperance.

Hesperis] pen. cor. (ἠεσπέρη) herba, quæ noctu magis o- let, inde nomine inuento. Plin. lib. 21. cap. 7.

Hesperius] ἠεσπέρη: ut, fretum Hesperium. Ouid. Meta- mor. lib. 12.

Hesperum] Promontorium in Africa est, nauigatione de- cem dierum ab Theon ochema monte. Plin. lib. 5. cap. 1.

Hesperus] pen. cor. (ἠεσπέρη) Atlantis frater, a quo Hesperia. Scribit Diodorus hunc Hesperum conscendisse cacumens montis Atlantis ad cursum astrorum obseruandos, et nun- quam deinde coparuisse: cui uulgus honores diuinos exhibuit, astrumque lucidissimumque eius nomine appellauit: de quo Virg. eclog. 7. 16,

Ite domum saturæ, uenit Hesperus, ite capelle.

Hæc etiam serotina stella Vesper dicitur, et Vesperugo: ma- ne autem Lucifer, et Venus. Cic. 2. de Nat. deor. 77. Infusa est quing. errantium, terræque proxima, stella Venere, quæ ἠεσπέρη Græcè, Latine Lucifer dicitur, qui antegraditur solem: qui subsequitur autem Hesperus. Dicitur et Hesperugo. Senec. Medea, 11. 6. Mergit diem timendum Dux noster Hesperugo.

Hesteni] pen. prod. (ἠεσπέρη) Palastinae populi, apud quos le- ge collibus parsum olim, et tantam earum copiam factam, ut aduenarum ora cicures petierint. unde sunt illa Tibulli uerba libro 1.

Quid referam ut uolitet crebra intacta per urbes Alba Palastina sancta columba uiros? Pl. li. 5. ca. 17. Hesteni, gens sola, et in toto orbe præter ceteras mira, sine ulla femina, omni Venere abdicata, sine pecunia, sociâ palmarum, &c.

Hesternus] Adiect. (ἠεσπέρη) q. heri factum est significas. Plaut. Perf. 3. 22. — usam hesternas reliqas. Terent. Eunu. 5. 4. 17.

Quo pacto ex iure hesterno panem atrum uorent. Plin. in Paneg. 107. Coena hesterna redundare.

Hesternus dies. Cic. 2. de Nat. deor. 106. Sic. in Catil. 29.

Hesterna disputatio. Cic. 2. Tusc. 14.

Hesternum decem. Liu. 7. bel. Pun. 78.

Hesterno die lustrimus. Catul. ad Licinium, epig. 47. 1.

Luce hesterna uidi. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 1.

Noctæ hesterna lenior aura fuit. Ouid. epist. 18. 15.

Hestiza] ἠεσπέρη, Thessalia pars apud Strabonem, lib. 13. et Ptolemeum: sed apud Homerum oppidum est in Euboea: Ste- phanus urbem dicit in Acarnania.

Heterocliton] pen. cor. (ἠεσπέρη) interpretari potest alienæ et insolite declinationis.

Heterocraneas] ἠεσπέρη: uocant Græci morbum ca- pitis, quum caput inæqualiter dolet, tumetque et inter pilos rotunda et humida ulcuscula assurgunt, et pus mali o-

doris. Plin. lib. 31. cap. 9. 2. Ad heterocraneas capitibus u- cera, et pustulas, papulas ue.

Heterognatus] pen. cor. (ἠεσπέρη) ex Libanij decla- matione quadam uorax intelligitur, qui nunc in dextram, nunc in sinistram cibum lingua conuoluit, uel utraq; oris parte cibaria simul conterens: unde doctum nomen ἠεσπέρη enim, maxilla est.

Heteromachala] ἠεσπέρη: Quæ ex altera tantum parte uisosa sunt, et seruuijs dicata, authore Polluce. Ex Hermolao. Quæ eadem heteromachala dicuntur, quem admo- dum et amphimachala. Vide Basylium in libello de Re Vestiaria.

Heteronyma] Vide Homonyma.

Hetruria] ἠεσπέρη: Italia regio, ad Macram fluium usque protenditur, ubi Ligurie principum est, quæ Varo in extremo Italiae termino finitur. In Hetruria hodie Florentia clarissima, aliquando Fluentia dicta. Porro Hetruria dicta est, quod eius fines tenebantur olim usque ad ripam Tyberis: et quasi ἠεσπέρη, et per syncope ἠεσπέρη. Nam ἠεσπέρη, est alter: et ἠεσπέρη, finis uocatur. Roma enim antea unam tantum Tyberis ripam tenebat. Iuuenalis, — et quæ Imperij fines Tyberinum uirgo natauit. Hæc Seruius apud Virgilium.

Solers Hetruria. Claud. in Eutrop. 1. 3.

Hetruscus, Adiect. (ἠεσπέρη) ut, Mare Hetruscum. Horat. 3. Carm. ode 29. 8.

Obesus Hetruscus. Catull. in Egnatium, epig. 37. 3.

Hettematicus] pen. prod. (ἠεσπέρη) apud Firmic. lib. 3. cap. 9. Ipsos tamen faciet hettematicos, et prima semper e- tate uitiosos. Hettematicus dicitur, qui deterior et postera or est, neque præstantiam in suo genere consequitur, et in eo offendit. (Inquitur.)

Heu] id, Interiectio dolentis, Nominatiuo, datiuo, accusatiuo Nominatiuo. Virg. 6. Aen. 17. 6.

Heu pietas, heu prisca fides. Sunt qui uocatiui casus esse dicant Pietas hoc loco.

Datiuo. Plaut. Milit. 2. 0. 32. Heu mihi, nequeo quin fleam.

Accusatiuo. Terent. And. 4. 1. 22.

Heu me miserum, qui tuum animu ex animo spectauimus Cic. 7. Philip. 22. 5. Heu me miserum, cur cogor, &c.

Heu heu. Plaut. Pseud. 5. 27.

Heu heu, quam ego uigilis perdi modis quod tibi detuli.

Heus] id, Aduerbiu uocantis. Terent. And. 3. 3. 48. Heus te uocate huc Dauum. Idem Eunu. 4. 1. 10.

— heus, inquit, puer. Pamphilam Accerse. Cic. pro Mil. 4. 4. Heus, ubi Rufcio, ubi Casca?

Heus significacionem habet nominis ad intentionem, conside- rationemque: reuocandi, ut ait Donatus. Ter. And. 4. 1. 11. heus Proximus sum egomet mihi.

Sed heus tu, reuocantis particula. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 16. 14.

Sed heus tu, celari uideor a te: quoniam modo mi frater de nostris ueribus Casar? Terent. Eunu. 3. 1. 44.

Sed heus tu, purgon? ego me de istac Thaidi, &c.

Heus, dolentis. Virg. 7. Aeneid. 11.

Heus etiam mensis consumimus, inquit Iulus.

Heus heus. Terent. Adelph. 2. 4. 17. Heus heus Syre. s. hem, quid estis? Idem Eunu. 3. 3. 24.

Heus a Græco et uenit, authore Festo Pompeio.

Hexaclinon] pen. prod. (ἠεσπέρη) sibi adium significat, sex capiens conuiuas, uel potius locum in quo duo triclina stare poterant: hoc est, sex lecti senatorij. id enim Græca di- ctio sonare uidetur. Martialis in Mamurrum, lib. 9. 61.

Et testudinem mensis quater hexaclinon, Ingemuit citro non satis esse suo.

Hexagonus] Adiectiuum, pen. prod. (ἠεσπέρη) Quod habet

habet sex angulos. Col. lib. 5. cap. 2. 1. 4. Si fuerit sex angulo- rum in quadrato pedes, sic redigitur, Est hexagonu quo- quo uersus lineis pedum triginta, &c.

Hexameter] hexametri, pen. cor. (ἠεσπέρη) Sex pedum. Mart. lib. 6. 65.

Hexametris epigramma facis, scio dicere Tuccam. Cic. 3. de Orat. 107. Quod si Antipater ille Sidonius, ille quem tu probè Catule meministi, solitus est uersus hexametros, ali- osque uarijs modis atque numeris fundere ex tempore.

Hexaphorum] pen. cor. (ἠεσπέρη) Lectica quæ à sex ser- uis ferri solet. Mart. lib. 1. 157.

ingenti latè uectus es hexaphoro. Idem lib. 6. 77.

Non debes ferri mortuus hexaphoro.

Hexastichum] pen. cor. (ἠεσπέρη) Hordeum dicitur, cuius spica sex ordines habent: sicut distichum, quod duos. Colu- lib. 2. cap. 9. 12. Proximus est his frumentis usus borderi, quod uisici hexastichum, quidam etiam cantherinum ap- pellant: quoniam et alia animalia quæ ruri sunt melius, quàm malum triticum pascat.

Hexeres] pen. prod. (ἠεσπέρη) naues, quæ sex remorum ordi- nes habent. Liu. 7. bel. Maced. 9. 4. Regia classis septem et tri- ginta maioris forme nauium erat in quibus, tres hepteres et quatuor hexeres habebat, præter has decem triremes erat.

Hiarbas] ἠεσπέρη, rex Libya, qui Didonem reuera uoluit du- cere. Et ut habet historia, quum hæc negaret, Carthagini bel- lum intulit: cuius timore cum cogeretur à ciuib. petit ut antè pla- caret manes mariti, et ex ædificata pyra se in ignem præci- pitauit. Seruius explicans illud Virgilij 4. Aen.

Non Libya, non antè Tyro despectus Hiabus, Scribi- tur nonnullis sine aspiratiue.

Hiasco, Hiatus] Vide Hio, bias.

Hiberia, hiberus] Vide Iberia.

Hibernia] ἠεσπέρη, insula in mari Atlantico. Cesar lib. 5. bel. Gal. Hibernia dimidio minor, ut aestimatur, quàm Britannia.

Huius incolæ, longè magis quàm Britannij syluestres sunt, ut scribit Strabo lib. 4.

Hibernus] Vide Hybernus.

Hibiscus] hibisci, m. g. uel hibiscu, n. g. (ἀλβία) et quibusda- dam cibicus: Herba non dissimilis maluæ, ut inquit Theo- phrastus folio maiori quàm maluæ, pilosiorisque caule. Vnus eius est ad rupta et iustus. Plin. lib. 19. cap. 5. 22. Hibiscum à passinacæ grauitate distat: damnatum in cibis, sed medici- ne utile. Virg. pro iuenci siue uiminis genere accipit, in A- lexi, Hædorung; gregem uiridi cõpellerè hibisco.

Hibla] Vide Hybla.

Hibris] hibridis, Hibridas siue uocabant antiqui semiferas, ex placido et sero natas. Plin. lib. 8. cap. 5. 3. 1. Acque facillis missura cum sero, qualiter natos antiqui hibridas uocabant, eum semiferos: ad homines quoque, ut in C. Antonium Ciceroni- nis in Consulatu Collegam appellatione translata. Sunt qui scribant per y Græcum, Hybris.

Hic] ἠεσπέρη, hæc, hoc, Pronomen demonstratiuum.

Hic, ille, et ille: ad uerbia ab eis descendètia, qualia sunt, hic, istic, illic, hinc, istinc, illinc, huc, istuc, illuc, hac, istac, illac: horum, istorum, illorum, huc usque, istuc usque, illuc usque: hoc, isto, illo: hanc habent differentiã: quoniam hic cum cete- ris, dicitur de persona loquente, aut de re ei proxima. Iste uerò cum ceteris, de persona ab utroque remota, uel de re ei proxima. Ille aut de tertia persona ab utroque remota, uel de re ei proxima. Hæc ex Valla lib. 2. Terent. Eunu. 3. 1. 33.

— unum in coniuio

Erat hic quem dico, Rhodius adolescentulus. Idem Andr. 1. 1. 85.

Hic, pro Ego ipse. Terent. And. 2. 1. 12.

Tu si hic sis, aliter sentias. Vbi donatus, hic, seipsum ostendens dicit. et est hic pronomen.

Hic, ille. Terent. Eunu. 3. 1. 53.

Si laudabit hæc illius formam, tu huius contrã. Ibidem, 4. 4. 14.

Hic dies. Terent. And. 1. 1. 75. hic nuptijs dictus est dies. Sic, Mensis hic. Terent. Adelph. 3. 4. 29.

Puer hic unde est? Terent. Andr. 4. 5. 9. Quid hic uult? Idem And. 1. 1. 13.

Hic ipse est de quo atebam. Terent. Adel. 1. 1. 53. Vide Ipse.

Hic meus, hic nosfer. Terent. Adelph. 4. 5. 17.

Hic meus amicus, illi genere est proximus. Idem Eunu. 2. 3. 62.

In hanc nostram plateam, cõmodum huc se aduorterat. Hanc tuam, pro istam. Terent. And. 3. 2. 36. Proxius à me opi- nionem hanc tuam ego esse amotam uolo.

Hunc istum otij et pacis hostem. Cic. pro Domo sua, 20.

Huc illi legato, &c. Cic. pro Flacco, 4. 2.

Hic sonnus est mihi: hoc est, ita dormire soleo. Plautus Cur- cul. 4. 29.

Hæc, adru, hæc, huius, huic, hanc, femininum. Plurali nume- ro in genere neutro dicitur etiam hæc: quod feminino iura- xit Terent. in Eunu. 3. 5. 34. Hæc adornant ut lauet.

Hæc ferè de moribus. Cic. 1. Acad. 55.

Hæc illa. Terent. Andria, 1. 1. 99.

Hinc ille lachrymæ, hæc illa est misericordia.

Hæc ea est quam miles, &c. Terent. Eunu. 4. 6. 14.

Hæc pictura. Terent. Eunu. 3. 5. 36.

Vna hæc spes est, ubi ubi est, diu clari non potest. Terent. Eunu. 2. 5. 4.

Ad hanc manum. Terent. Adelph. 4. 2. 38.

Est ad hanc manum sacellu: ibi angiportum propter est.

Hæc re, pro Sic, uel hoc modo. Terent. Eunu. 1. 2. 92. Ibidem 4. 4. 56. Hæc re et omni te turba euolues, et illi gratum feceris.

Hoc (ἠεσπέρη) huius, huic, hoc, neutrum. Terent. Eunu. 4. 4. 27. — agedum hoc mihi expedi. Primum. Ibidem 1. 2. 50. Hoc agite amabo, mater mea, &c.

Hoc, Ablatiu. pro Propter hoc. Plin. epist. 19. lib. 2. Tamen hoc quod sedent, quasi debilitantur.

Hoc, pro Tanto, sequente Quo. Cic. 2. Tusc. 97. Ut enim bali- ste lapidum et reliqua tormenta telorum, eo grauior es mi- siones habent, quo sunt contenta atque adducta uehemens- tibus: sic uox, sic cursus, sic plaga hoc grauior, quo est missa contentius.

Hoc, sequente Quod. Cic. 3. de Orat. 79. Sin eos distingerent, hoc erunt inferiores, quod, &c. Idem ad Attic. Atque etiam hoc magis, quod, &c.

Hoc alteru. Terent. Eunu. 5. 4. 7. — eam cõfecisti sine molestia. Sine sumptu, sine dispendio: tum hoc alterum id uerò est, quod mihi puto palmarium.

Hoc aliud est quod gaudeamus. Terent. Eunu. 5. 9. 11.

Hoc amplius. Terent. And. 1. 1. 4.

Quid est quod tibi mea ars effi cere hoc possit amplexus?

Hoc etatis, pro eius etatis. Plaut. Bacch. 4. 108.

Nec nauigare tandem hoc etatis senex.

Hoc tui. Plin. lib. 2. cap. 31. 2. Ad hoc tui nunquam produca- tur. Idem lib. 6. cap. 2. 1.

Hoc biduum. Terent. Eunu. 1. 2. 107.

Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum.

Hoc confiteor iure obtigisse. Terent. And. 3. 5. 1. Idem Eunu. 5. 2. 59. — crede hoc meæ fidei.

Hoc dic. Terent. Eunu. 4. 6. 24.

Hoc dic modò, sorore illa tu effi, &c. Ibidem, 2. 2. 44. — hoc

ducis Atheniensis, unaq; cum eo disciplinis eruditus: poemata nonnulla conscripsit, quae Plutarchus in Nicia ad statem suam peruenisse testatur.

Hierobotane] ἱεροβοτάνη, Herba: cuius meminit Plin. lib. 25. cap. 9. 3.

Hieroduli] ἱεροδούλιος, pen. prod. Sacrorum ministri. Firmicus lib. 8. matheos, scribit futuros adiuuos, aut Hierodulos, qui habuerint horoscopiū in uicesima sexta parte Gemini.

Hieroglyphica] pen. corr. (ἱερογλυφικά) Literae sacrae. Quo nomine dictae sunt Aegyptiae, quae notis uolucrum, ferarum, altiarumq; rerū prae-notatae erant. De quibus sic Tacitus, Primi per figuram animalū Aegyptij sensus mentis effingebant, et antiquissima monumenta memoriae humanae impressa facis cernuntur, et literarū inuentores perhibentur.

Hieronice] pen. prod. Qui in sacris hominibus uicerat.

Hieronimus] ἱερώνυμος, pen. cor. Siciliae tyrannus: Hieroni patri successit admodum puer: cui pater metuens, relictiis tutoribus xvi. Mandauit moriens ut fidem erga Pop. Rom. annos quinque ab se cultam, inuiolatā seruaret. Hic postea abiecta tutela, contempta patris disciplina ac moderatio, luxuriosus et arrogantius agendo, a Romanis descendiit, Ambaliq; adhaesit. Quumq; superbe nimis in ciues sese haberet, ab eisq; interfecit. Lii. lib. 4. secundi belli Punici.

Hieronimus Historicus Rhodius, familiaris Demetrii Poliorcetae, relictiusq; ab eo profectus in regione Bœotiae, scripsit res ipsius Demetrii gestas. Plutarchus in Demetrio.

Hieronimus, Sacrum nomen Latine interpretatur, quod uiri sanctissimi et doctissimi Stridonensis ex Dalmatia, propriū fuit: cuius Opera in pretio habentur.

Hieronimus, Philosophus Rhodius, qui finem summi boni posuit in indolentia.

Hierophylax] pen. corr. (ἱεροφύλαξ) id est, sacrorum custos. Scaeuola in L. annua his uerbis. ff. de annuis leg.

Hierosolyma] Hierosolyma, pen. cor. Hierosolyma, Hierosolymorum, tantum pluraliter (ἱεροσόλυμα) Vrbs Iudaeae seu Palaestinae, quae Hierusalem uocabatur. Cic. pro Flacco, 52, Quum aurum Iudaeorum nomine quotannis ex Italia ex omnibus uestris prouincijs, Hierosolymam exportari soleret. Ibidē, 53, C. Pompeius capitis Hierosolymis uictor ex illo sino nihil attigit. Dicuntur autē Hierosolyma, ut scribit Egesippus, quae primo Solyma dicebantur. Sed quū rex Caenanus cognomen iustus, qui fuit conditor Solymorum, templū addidisset, inde Hierosolyma nūcupauit. Graeci enim ἱερὸν templum uocant. Eusebius libro nono Euangel. praep. ait Hierosolymā appellari, quasi hieron Solomonis, hoc est, adē Solomonis, a templo quod Solomon Hierosolymis pulcherrimū magnificentissimūq; cōstruxit. lib. 21, Solymos carminibus Homeri celebratā gentē, condite urbi Hierosolymā nomen ē suo fecisse. Suet. in Nerone, Regnū Hierosolymorū.

Hierosolymarius (ἱεροσόλυμαῖος) dictus est Pompeius, a Hierosolymis expugnatis. Cic. Att. lib. 2. 24. 2, Vt sciat hic noster Hierosolymarius traductor ad plebem, quam bonam meis, &c.

Hierotheus] Nomen uiri proprium.

Hilaris] hoc hilare, pen. corr. (ἡλερός, φαιδρός) Lætus et iucundus. Horat. i. epist. 19. 19.

Oderunt hilarem tristes tristēq; iocosi.

Hilaris animus. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 15. 1, Risi nūc atram, teq; hilari animo esse et prompto ad iocandum ualde me iuuat.

Hilare cauedū. Plin. epist. 17. 2, Hoc est iucundū et delectabile.

Hilarem diem sumere. Terent. Adelph. 2. 4. 23.

Hilare et lepidum ingenium. Plaut. Mostel. 54.

Hilarem in modum epulati sumus. Cic. ad Attic. lib. 5. 96. 1.

Legendum ex uerbo codice, salientem.

Probitas hilaris. Stat. 5. Sylu. 2. 15.

Hilari uultu atq; læto. Cic. i. Tusc. 16. 1.

Hilaris et tristis opponitur. Quintil. lib. 8. cap. 3.

Populus hilaris. Ouid. 3. de Arte, 103.

Hilarus, hilara, hilarum (ἡλερός) pro eodem. Terent. Adel. 4. 7. 38. Ibidem, 5. 3. 56, hodie modō hilarum fac te.

Hilara uita. Cic. 5. de Fin. 157. Idem Attico, lib. 16. 333. 2, Huius tralatium in Macrocollum lege in arcano conuuijs tuis: sed si me amas, hilaris, et bene acceptis, ne in me stomachum erumpant, quum sint tibi irati. Eadem, lib. 5. 108. 7, Hilara sine Saturnalia.

Hilarulus, pen. corr. Diminutiuum (ἡλερούλος) Cic. ad Attic. lib. 16. 336. 10, Attice, quoniam (quod optimum in pueris est) hilarula est, meis uerbis suauium des.

Hilaritas, pen. corr. hilaritatis (ἡλερότης) Festiuitas, iucunditas. Cic. 2. de Finib. 206, Non enim hilaritate, nec lasciuia, nec risu aut ioco comite leuitatis, sed sepe etiam tristes, firmitate et constantia sunt beati.

Hilaritas et Letitia. Cic. i. de Oratore, 126.

Hilaritas et Tristitia, contraria. Cic. in Orat. 33.

Multa hilaritas. Cicero i. Offic. 151, Erat in C. Lelio multa hilaritas.

Hilaritatem afferre. Vide Afferro.

Hilaritatem amittere. Cic. ad Attic. lib. 12. 255. 2.

Hilaritatem aliquem conspergere. Cicero i. Academic. 13, Vnde Conspingo.

Hilaritatem eripere alicui. Cic. Dolabella, lib. 9. 11. 3.

Hilaritas dici. Colum. lib. 9. cap. 14. 15.

cata, & maleficia cõcedere, nisi hoc, hominem honestissimo-
rum testimonij, & uirorum bonorum tabulis non credere?

Arma honesta. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 2.

Honesti ciuitas. Cic. 5. Verr. 55.

Honestus conuenius Syracusis. Cic. 5. Verr. 116.

Exitus honesti. Tacit. lib. 16.

Ampla & honesta familia. Cic. pro Murena, 13.

Mors honesti. Tacit. in uita Agricole.

Nomen honestum ponere errori. Horat. 1. Sermon. Satyr. 3. 9.
Vellem in amicitia sic errarem, & isti
Errori nomen uirtus posuisset honestum. De amatore
uita amate non deprehendente.

Officium honestum. Horat. 1. epist. 19. 7.

Honesti oratio. Terent. And. 1. 1. 114. Hoc est, quæ honestum
iuuenem decet.

Honestissimum testamentum. Plin. epist. 14. 4.

Honesti, honesti, Substantiu: ut, Nixa honesto uirtus. Vide
Cõplecti aliquid honesto. Quintil. lib. 2. cap. 4. 27. (Nitor.
Nouere aliquid honestum. Quintil. lib. 1. cap. 1. 25.)

Honestas, honestatis (τὸ καλὸν, καλονευσία) Dignitas, de-
cus, laus: cui contrarium est Turpido.

Honestas & Turpido uitæ, contraria. Cic. 1. Offic. 8. Quin-
til. lib. 3. cap. 4. 19. Nam & in laude iustitia, utilitasque tra-
ctantur, & in consilijs honestas.

Dignitas & honestas. Cic. ad Attic. lib. 7. 130. 2. Vbi est autem
dignitas, nisi ubi honestas?

Amittere honestatem. Vide Amitto.

Honestas continetur ex quatuor uirtutibus. Vide Contineo.

Copulare honestatem cum uoluptate. Vide Copulo.

Honestate metiri summum bonum. Vide Metior.

Honestate spoliatus. Cic. pro Rab. Posthumo, 28.

Honestatem & decus conseruare. Cic. 1. Offic. 27.

Honestatis, partis et omni dignitate priuare. Cic. pro Mur. 78.

Honestitudo. Idem quod Honestas, Antiquè dicti. Accius Oeno-
mæo. Horrida honestitudo Europæ principium primo ex lo-
co. Idem, Myrmidonibus, Tua honestitudo Danaos decepit
diu. Ex Nonio.

Honestè, Aduerbium (καλῶς) Dicitur id honestè fieri quod
cum decoro & honesto fit. Terent. And. 4. 6. 3.
Que se inhonestè optauit parare hic diuitias
Potius, quam in patria honestè pauper uiuere. Cic. 1. de
Fin. 89. Nisi sapienter, honestè iustèque uiuatur.

Honesto, honestas (σεμνόν, νόστιμόν) honestare, Decorare:
cui contrarium est, Dehonestare. Cic. 1. Offic. 84. Nec domo
dominus, sed domino domus honestanda est. Idem 2. Offic.
28. Quæcumque igitur homines homini tribuunt ad eum au-
gendum atque honestandum, &c.

Honore honestare. Plaut. Capt. 5. 53.

Honestari loco aliquo à candidatis. Cic. pro Murena, 64.

Vultus honestari illum. Claud. 1. Paneg. 6.

Honestamentum, honestamenti (νόστιμα) Senec. epist. 65.
Nullo enim honestamento eget uirtus ipsa, & magnum sui
decus est, & corpus suum consecrat.

Honor] uel honos, honoris, m. g. (τιμὴ) Aspiratur secundè
Apuleium, ut differat ab Onos, quod est asinus. Reuerenti-
a est quam alicui exhibemus in uirtutis testimonij. Plaut. Poen-
nulo, 9. 25. Nos honoris tui causa huc ad te uenimus. Cic.
de claris Oratoribus, 154. Honos est premium uirtutis, in-
dicio, studioque cinium delatum ad aliquem.

Honor, Dignitas. Cic. lib. 1. ad Casarem iuniorum, Tu quum es
quæ es à Senatu summo cum honore tuo consecutus.

Iudiciorum celestium honor. Quintil. in Proæm. lib. 4. 2.

Verborum honor. Quintil. lib. 3. cap. 7. 9.

Honoris causa procedere. Salust. in Iugurtha.

Appellare uel nominare aliquem honoris causa. Cic. pro Sext.
Rosce, 3. Que de uiro fortissimo & clarissimo, L. Sylla, quem
honoris causa nomino. Idem 2. Philip. 50.

Cupido cæca honorum. Lucret. lib. 3. 12.

Inania honoris. Tacit. in uita Agricole.

Vmbra

Vmbra honoris. Tacit. lib. 19.

Contumeliosus honor. Vide Contumelia.

Crudus honor. Stat. 10. Thebaid. 68.

Diuini honores. Quintil. lib. 3. cap. 7. 12.

Falsus honor uiuati. Horat. 1. epist. 17. 8.

Iusti honores. Vide Iustus.

Meriti honores. Vide Merco.

Nonnullus honor. Vide Nonnullus.

Ociosus & uacans honor. Vide Otiosus.

Pauper honos. Stat. 5. Thebaid. 103.

Sublimis honor. Claud. 2. Paneg. 66.

Tenerarius honor. Quintil. in Proæm. lib. 1. 7.

Abundare honoribus. Vide Abundo.

Accipere honorem. Vide Accipio. Cic. Bruto, 47.

Accumulare honorem alicui. Vide Accumulo.

Adducere aliquid in honorem. Cic. ad Gallum, lib. 7. 27. 5. Vi-
de Adduco.

Adeptus summos honores. Vide Adipiscor.

Adolere honores aris. Ouid. 8. Metam. 150. Vide Adoleo.

Afferre honorem. Vide Affero.

Affigere aliquem regis honore & nomine. Cic. pro Deiot. 9.

Aggredi magnos honores. Virg. eclog. 4. 10.

Honos alie artes, omnesque incenduntur ad studia. Cic. 1. Tuscul. 7.

Amplificatus honoribus. Vide Amplifico.

Ascendere ad honores. Cic. de claris Orat. 130.

Ascendere in honorem. Cic. in Orat. 68. Vide Ascendo.

Asequi honorem. Vide Asequor.

Auger honoris. Cic. ad Attic. lib. 7. 122. 8. Vide Augeo.

Amplis honoribus auctus. Horat. 1. Sermon. Satyr. 6. 3.

Capere honorem. Vide Capio.

Capessere honorem. Tacit. lib. 13.

Cedere honori & honore. Vide Cedo.

Compellare aliquem multo honore. Virg. 3. Aeneid. 95.

Comprobare honorem. Vide Comprobo.

Congesti honores. Vide Congero.

Cõgig ex merito qui tibi nuper honor. Ouid. 4. de Pont. eleg.
Custodire honorem. Vide Custodio. (7. 4.)

Decernere honores alicui. Cicero ad Atticum, libro 5. 110. 6.
Vide Decerno.

Decorare honoribus. Vide Decoro.

Honoribus amplissimis & premijs decorari. Cic. 2. de Or. 119.

Defendere honorem suum. Vide Defendo.

Deferre & dare aliquem honorem claris uiris. Cic. Planic. lib.
10. 10. 4.

Honore dicto aliquid referre. Plin. lib. 28. cap. 1.

Dignari aliquem honore. Ouid. 1. Metam. 40. Virg. 1. Aen. 681.

Facere honorem alicui. Cic. 9. Philip. 261.

Factus honos aris. Virg. 5. Aeneid. 152.

Missos facere honores. Vide Mitto.

Honore florere. Cic. pro P. Sestio, 119.

Intimatis fulget honoribus. Horat. 3. Carm. ode 2. 4.

Habere honorem alicui, pro honore afficere & honorare. Cic.
pro Flacco, 35.

Habere in honore aliquem. Cic. ad Attic. lib. 7. 122. 10.

Honori habere Consulatum suum. Salust. in Iug.
Impertire aliquem honoribus. Vide Impertio.

Incipere honorem. Vide Incipio.

Incidere honores. Virg. 3. Aeneid. 53.

Inire honorem. Vide Ineo.

Inseruire honori. Horat. de Arte, 34.

Inseruire honoribus. Vide Inseruio.

Sacros templis largiuit honores. Valer. 2. Argon. 131.

Lenem libat honorem. Virg. 4. Aeneid. 42.

Meritis aris mastrauit honores. Virg. 3. Aeneid. 24.

Mandare honorem. Tacit. lib. 11.

Mandare honores alicui. Vide Mando.

Mandare honores hominibus nouis. Cic. 6. Ver. 73.

Aeternos honores parere alicui. Horat. 2. Carm. ode 13.

Perfunctus honoribus amplissimis. Cic. Lentulo lib. 1. 8. 7.

Perhibere honorem. Vide Perhibeo.

Peruigere opibus atque honoribus. Tacit. lib. 4.

Petere honores. Quintil. lib. 7. cap. 5. 4.

Præfari honorem. Cicer. Peto, lib. 9. 2. 13. Idem de Fin. Cetera
addit Epicurus: quæ si appelles, honos præfandus est.

Honos auribus sit habitus. Curtius lib. 5. Fœminarum comitiâ
incuntium in principio modestus est habitus: paulatim pado-
rem profanant, ad ultimum opus (honos auribus habitus
sit) ina corporum uelamenta proiciunt.

Reddere alicui suum honorem. Cic. pro Sext. Rosce, 81.

Sacrare honorem alicui. Virg. 12. Aeneid. 29.

Ad summum succedere honorem. Lucret. 5. lib. 226.

Honor esse parentibus liberi dicuntur qui, &c. Cic. de Amic. 61.

Fuit honori. Cic. 2. Offic. 86. Honori summo nuper nostro Mi-
loni fuit, quod, &c.

**In honore esse apud aliquem: hoc est, in numero & existimatio-
ne**. Cicer. pro Sext. Rosce, 47. Idem 2. de Orat. 120. Hæc ars
summo in honore semper fuit.

In honore mensarum esse. Vide In.

Tollere aliquem honoribus. Horat. 1. Carm. ode 1. 2.

Honoribus uti. Salust. in Catil.

Hominibus honore usi: id est, qui magistratum gesserunt. Cicero
8. Philip. 254.

Honor, Pulchritudo. Virg. 1. Aeneid.
— & letos oculis afflarat honores. Idem 2. Georg. 81.
Frigidus & syluis Aquilo decussit honorem.

Honor, Cultus & obseruantia. Virg. 6. Aeneid.
Semper honore meo, semper celebrare donis.

Pudicitia. Virg. 1. Aeneid. 7. — & rapti Ganymedis honores.

Hoflia. Virg. 3. Aeneid. 24. — meritis aris mastrauit honores.

Premium. Virg. 5. Aeneid. 50.
Ipsis præcipuos cultoribus addit honores.

Sepultura. Virg. 6. Aeneid. 67.
Cernit tibi mœstos, & mortis honore carentes.

Amor. Virg. 11. Aeneid. 12. — siquis amate
Tangit honos animum. Hæc ex Nonio.

Honor etiam pro premio accipitur. Cicer. pro Sext. Rosce, 64.
Quam ob causam à Chryfogono tantis premijs donaban-
tur, si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt, nōne satis
fuit his gratias agere? denique ut perliberaliter ageretur, hono-
ris aliquid haberi? Sic, lib. 2. de Rep. premium mercenarij,
uocat τιμή.

Honorarius, Adiect. (τιμητινός) quod ad honorem pertinet.

Honorarius arbiter. Quem honoris causa, utraq; pars summis
facit siue cause & controuersie iudicem. Cic. 5. Tuscul. 168.
Quorum controuersiam solebat tanquam honorarius arbi-
ter iudicare Carneades.

Honorarius tumultus. Qui honoris causa erigitur. Suetonius in
Claudian. Cæsar. cap. 13. Ceterum exercitus honorarij ei tumu-
lum excitauit, &c. Sic uocari possunt hodie quas represen-
tationes in anniuersarijs exequijs uocamus. Budæus.

Honorarij iudi, antiquis Liber alia dicebantur, ut ait Festus. Di-
cti honorarij, ab honore uidelicet eorum qui munerâ popu-
lo edebant.

Honorarium] Donum erat quod Consulibus olim in provin-
cias aduenientibus honoris loco dabatur: sic dictum, quod
honoris causa dabatur, non tanquam debitum exigebatur.
Cic. in Pis. 68. Qui modus tibi fuit frumenti aestimandi? qui
honorarij? Budæus.

Honorarium,

Honorarium, id quod à Decurionibus pro curia introitu dari solitum est. Plinius ad Traianum, Superest ergo ut ipse discipulas, an in omnibus civitatibus certum aliquid omnes qui deinde buleute leguntur, debeant pro introitu dare. Ad quam epistolam rescribens Traianus, Honorarium, inquit, Decurionatus omnes qui in quaq; civitate Decuriones fiunt, inferre debeant, necne, à me non potest statui.

Honorarium, pro salario quod datur magistratibus, arbitris, et alijs huiusmodi. Vlpian. in l. 1. §. 1. ff. si men. fal. mod. dixer.

Honoraria opera. Cic. pro A. Cecinna, 4. Ideo quod omnia iudicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum malefactorum causa reperta sunt: quorum alterum leuius est, et c. alter est uehementissimum: quod et ad grauiore res pertinet, et non honorariam operam amici, sed seueritatem iudicis, ac uim requirit.

Honoro, honoras, pen. prod. (τιμῶν, τίω, ἀνδρείω) honorare. Honoribus afficere. Cic. i. de Diu. 1. 4. 7. Idem 2. Phil. lib. 4. 7. Qui me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam honoraret alienis.

Honorare, alijs à Cicerone dicitur Honorem habere alicui, Honorem adhibere, Honore, In honore habere, Honorem facere, Honorē debiti alicui prestare, Honore afficere, Honorem tribuere, Honore augere, Honore amplissimo ornare.

Honoratus, pen. prod. Adiectiuum (τιμῶν, τίω, ἀνδρείω) Qui in honore et pretio est apud alios. Cic. i. Offic. 1. 2. Dicendum est etiam, qualem hominis honorati et principis donum placeat esse. Idem de Senect. 1. 9. Clari et honorati uiri.

Vexis et honorata familia. Suet. in Othone, cap. 1.

Honoratus uir. Liu. 1. ab Vrbe, 153. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 1.

Honoratus quatuor filijs. Cic. 2. Tusc. 132.

Honoratus Achilles. Vide Achilles.

Cassiodorus honorata. Tacit. lib. 19.

Cani honorati. Ouid. 8. Metam. 2.

Dies honoratus. Claud. 5. Paneg. 52.

Honorator militia. Liu. 2. bel. Maced. 102.

Militia honorata. Tacit. lib. 20.

Honoratē, Aduerbium (τιμῶν, τίω) Quod cum honorem et dignitate factum est. Cic. 11. Philip. 314. Quae de illo uiro Sylla, quae Murana, quae Seruilius, quae Lucillus, quam honoratē, quam honorificē, quam grauiiter sepe in Senatu praedicauerunt: Ex uetusto codice legimus nunc, ornate. Tacit. lib. 20. Quod filium eius primo rerum motu in colonia Agrippinensi deprehensum, honoratē custodierunt.

Honorabilis, et hoc honorabile, pen. corr. (τιμῶν) Quod est honore dignum. Liu. 4. ab Vrbe, 50. Quinq; Consulatus eodem tenore gesti, uitaq; omnis Consulariter acta, uerendū penē ipsum magis quam honorabilem faciebant.

Honorificus, pen. corr. Adiectiuum (τιμῶν) Quod honore confert. Cic. ad Brutum, 15. 10. Deceui etiam imperiū quod quamquam uidebatur illi etati honorificū, tamen erat exercitum habenti necessarium.

Honorifica mentio alicuius. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 13. 2.

Honorifica uerba. Cic. 2. Tusc. 103.

Honorificum Senatusconsultum. Cic. 4. Verr. 84.

Honorificentior, Comparatiuum. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 7. Quae mihi res multo honorificentior uisa est, quam aut illa quum, etc.

Honorificē (τιμῶν) Aduerbium, Idem quod Honoratē, Cic. 5. Ver. 141. Publicani tractati honorificē sunt.

Honorificē dicere. Brutus Ciceroni, 16. 1.

Honorificē appellare. Caesar. 8. bel. Gal. 176.

Large et honorificē promittere aliquid. Cic. De petitione Consulatus, 29.

Honoratē et honorificē multa de aliquo praedicare. Cic. 11. Philip. 314.

Honorificentissimē. Cic. ad Cael. Nunquam nisi honorificentissimē Pompeium appellat.

Honorus, pen. prod. (τιμῶν) Adiectiuum: ut decorus, canorus, apud Tacitum, teste Budaeo.

Laudis honora effigies. Silius lib. 8. 77.

Rama honora. Stat. 2. Thebaid. 126.

Oratio honora. Tacit. lib. 1.

Honora et magnifica. Tacit. lib. 3.

Honorius] uiri proprium, de quo apud Catullum.

Honorias, pen. corr. (ὀνομαστῶν) Patronymicū ab Honorio fecit Claud. in eiusdē Epithalamio, 69. — sic natus in ostro Paratus Honorias genibus confidat auitis.

Sorores Honorias. Claud. de laudibus Serenae, 2. 27.

Hoplomachus] ὀπλομαχός, Qui militaribus armis et scuto depugnat. Graeci enim ὀπλομαχὸν dicunt scutum, τὸ ὄπλον arma, et μάχεται pugno. Martial. lib. 8. epig. 74.

Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante. Fecisti medicus, quod facis hoplomachus. Ophthalmicus dicitur, qui oculis medetur. Quum oculis olim mederetur, homines sua uocabat imperitia: nunc factus hoplomachus idem facit.

Hora] huius horae (ὥρα) Tempus significat, hoc est, quamcumq; aeternitatis partem, siue annuum, siue diurnū, siue nocturnum spatium complectens. Hinc quatuor anni tempora, hoc est, Hyems, Ver, Aestas, Autumnus, horae dicuntur. Item partes ipsae in quas distinctus est dies, similiter horae uocantur. He primum duodecim insituta sunt: cuius ordinationis haec scripte origo memoratur. Quodā tempore Hermes Trimegistus, qui esset in Aegypto sacrum quoddam animal Serapi dicatum, quod in toto die duodecies uirnam fecisset, pari semper interposito tempore, per xii. horas diem diuisi debere coniecit. Exinde hic horarum numerus longo tempore custoditus est. Postea in xxi. horas diuisus est dies. Plin. lib. 12. cap. 8. 4. Horis matutinis duabus.

Hora amplius iam in demoliendo signo permulti homines moliebantur. Cic. 6. Ver. 85.

Hora ante praesidium meum Pollentiam ueni. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13. 7.

Hora anni, pro parte. Plin. lib. 9. cap. 35. 3. Has ubi genitalis anni simulauerit hora, pendentes sese quadam oscitatione impleri rosido conceptu tradunt.

Punctum horae. Horat. 2. epist. 2. 55.

Atrox hora. Horat. 3. Carm. ode 13. 2.

Hora bona. Vide Bonus.

Craftina hora. Vide Crafinus.

Diurna hora. Virg. 3. Georg. 80.

Extrema hora. Virg. 8. eclog. 4.

Funeſta hora. Lucan. lib. 6. 2.

Hora legitima. Vide Lex.

Lunares horae. Lucan. lib. 1. 83.

Hora matutina, meridianā, uespera. Plin. lib. 19. cap. 12. 1.

Mobilis hora. Horat. 2. epist. 2. 35.

Notissima hora. Ouid. 4. Metam. 32.

Septembres horae. Horat. 1. epist. 17. 4.

Siniſtra hora. Ouid. epist. 20. 14. Id est, infausta.

Solida hora. Iuuen. Satyr. 11. 21.

Tempeſtiua hora narratibus. Ouid. 5. Metam. 100.

Horae ueloces. Ouid. 2. Metam. 24. Hoc loco deas esse fingit.

Horas, et ministros Solis.

Hora abiit: hoc est, tempus elapsum est. Teren. Eun. 2. 3. 49.

Admouere mortis horam. Vide Admoueo.

Collocare horas. Vide Colloco.

Consumere

Consumere horas suauissimo sermone. Vide Consumo.

Nos stendo ducimus horas. Virg. 6. Aen. 108.

Partiri horas curis. Quintil. lib. 1. cap. 12. 3.

Grata superueniet quae non sperabitur hora. Hor. 1. epist. 4. 3.

Uisus horis. Cic. 3. Ver. 21.

Ab hora tertia. Cic. 2. Philip. 102. Ab hora tertia bibebatur, lib. 1. debetur, hominebat.

Ad hanc horam. Vide Ad praepositionem.

Ad horam unam expectare. Caesar. 4. bel. Gall. 550.

In hora una. Vide In.

In horis: id est, singulis horis. Virg. eclog. 10. 15.

— cuius amor tantum mihi creuit in horis.

Quantum, etc. Vide In.

Commutare in horas. Vide Commuto.

In horas expectare. Vide In.

In horam uiuere. Vide In.

Hora, pro die. Cic. 3. Ver. 20. Menses mihi tres quum eripuisse, id ad agendum maxime appositos, reliquum omne tempus huius anni me uobis remisissimū putasti, ut quum horis nostris nos, essemus uis, tu binis ludis interpositis, quadragesimo post die responderes. Horas suas uocat (inquit Aconius) uiginti dies, qui accusatori adantur ad accusandum legitimitotidemq; defensori. Ibidem, 16. Virg. 1. Georg. 86.

— nunquam te crastina fallat Hora. Budaeus.

Horam ueteres iuuentutis deam uocabant. Ennius.

Teq; Quirine pater ueneror, horamq; Quirini.

Omniū horarum hominem, ueteres appellabant eum, qui se raris pariter ac iocis esset accommodatus, et qui cum assidue libeat conuiuere. Atq; ita uocatum Asinium Pollionem, aucthor est Quintilianus, lib. 6. cap. 4. circa finem. Erasmus.

Horarius, Adiect. Quod est unius horae. Sueton. in Domitiano, cap. 3. Inter initia principatus, quotidie secretum sibi horarium sumere solebat, etc.

Horologium, horologij (ὀρολογίον) Quasi horarum ratio. Quicquid enim quodammodo horas indicat, horologium dicitur. Vide Plin. lib. 7. cap. 60. Cic. Tiron. lib. 16. 18. 5. Horologium mittam, et liberos si erit sudum.

Horologium solarium. Plin. lib. 7. cap. 60. 2.

Horoscopus, pen. corr. (ὀροσκοπία) Adiectiuum, dicitur omne id in quo horae notantur. Plin. lib. 2. cap. 72. Vasaq; horoscopa non ubiq; eidem sunt usui, in trecentis stadijs, aut ut longissime in quingenis, mutantibus semet umbris. Significant etiam eam celi partem, quae hora qualibet ab inferiore hemispherio surgit ab Oriente. Astrologi ascendens appellant. Item, id temporis momentum quo quisq; nascitur, quasi horae inspectionem et notationem. Perf. Sat. 6. 2.

— geminos horoscopo uaro Producis genio.

Horoscopus, horoscopantis. Firmic. lib. 3. c. p. 1. Is erit arietate horoscopante semper in Cancro. Et alibi sepius.

Horaeum] per simplex r. (ὀραεῖον) Mel aestiuum, ab hora. nā Graeci omnes fructus aestiuos nominant ὀραεῖον: quoniam id tempus per excellentiam ὀραεῖον uocant.

Horaeum salsamentum ex pisce. Athenaeus, Salsamentum autem horaeum est, aut thunnium. In horeo macra pinguibus, in thunnio macris pingui praerimus.

Horarium] Vide Hora.

Horatius] ὀρατίος, Poeta Venusinus, Lyricorum scriptor: qui anno imperij Augusti Caesaris tricesimotertio, etatis uero suae sexagesimotertio moriens, Augustum reliquit haeredem: maxima pompa apud Meccenatem in Exquilis sepultus.

Horatius Cocles, Romanus, id cognomen adsequutus, quod in praelio oculum amisit. Vnde Plautinus cauillus in seruum qui altero oculo captus erat, eum nobilem ac de Cocli-Theauri pars 2.

tum familia appellando. Horatius item Pulullus, subrogatus in locum Lucretij defuncti in Consulatu: huic sorte euenit, ut adem Iouis Capitolini dedicaret. Liu. lib. 2. Fuerunt praeterea Horatij tres, qui cum Curiaijs, Albanis congressi sunt, ut est auctor Liu. 1. ab Vrbe.

Pila Horatia. Propert. lib. 3. eleg. 3. 2.

Horcinius] Vide Orcinus in Orcus.

Horda] horde (ὄρα) Vacca praegnans. Vide Forda.

Varro 2. de re Rust. cap. 5. 6. Quae sterilis est uacca, taurā appellatur: quae praegnans, horda. Ab eo in fastis dies Hordicallia nominantur: quod tunc horde boues immolantur. Idem habet Festus.

Hordeum] hordei (ὄρα) Frugis genus notum. Plin. lib. 18. cap. 7. 28. Hordeum, frugum omnium mollissimum est. seri non ualet, nisi in sicca et soluta terra, ac nisi laeta: palea ex optimis Stramento uero nullum comparatur. Hordeum ex omni frumeto minime calamitosum, quia tollitur ante quam triticum occupet rubigo.

Hordeum, ab horrore quidam dici uolunt: quoniam licet calamus altior frumento, quam hordeo sit, arista tamen est mordacior hordeo. Vel dicitur hordeum, ab ortendi celeritate, quod ante omnia frumenta sit aridum. Vel dicitur à Fordus, fōrda, fōrdum, ut loco fuerit in aspiratio possit.

Cantherinum hordeum. Vide Cantherius.

Grandi hordea. Virg. eclog. 5. 8.

Hordeum murinum. Vide Mus.

Hordeaceus, Adiectiuum (ὄρα) Quod ex hordeo factū est. Panis hordeaceus. Plin. lib. 18. cap. 11. 2.

Hordearius, Aliud adiect. Quod hordeo uiuit. Plin. lib. 18. cap. 7. Antiquissimum in cibis hordeum, sicut Atheniensium ritu Menandro auctore apparet, et gladiatorum cognomine, qui hordearij uocabantur.

Hordearium res ueteres dicebant, quod pro hordeo equiti datur. Festus.

Hordearia fruma. Plin. lib. 15. cap. 13. 1. Hordearia appellata à comitatu frugis eius.

Horia] horie. Vide Oria.

Horizon] horizonis, pen. prod. (ὀρίζων) circulus est uel caeli terminus quodam circo designatus, qui super terram uideatur, quem sibi uniuersusq; circumscribit aspectus. Centum et octoginta stadia non excedit acies contra uidentis. Cic. 2. de Diu. 1. 38. Quum enim illi orbes qui caeli in quibus mediū diuidunt, et aspectum nostrum desiniunt, qui à Graecis ὀρίζων nominantur, à nobis finientes rectissime nominari possunt, uarietatem maximam habeant, aliq; in alijs locis sint, necesse est ortus occasusq; siderum non fieri eodem tempore apud omnes.

Hormesion] Hemina ex igneo calore radians auro, portate secum in extremitatibus caudā lucem. Plin. lib. 37. cap. 10.

Horminum] ὀρμίνιον, semine cumino simile est, cetero porro, dodrantali altitudine. Plin. lib. 22. cap. 25. 38.

Hormos] ὀρμῶν, Monile, corrigia calceamentorum, ut non nullis placet, de quo Homerus lib. 8. Odys. Et in Hymno Venereis, ubi id ornamentum genus ipsi Venere tribuit.

Hornius] Adiectiuum, veteres quod ipsius anni esset, dicebant. Lucilius lib. 28.

Vtrum anno, anq; hornō te abstuleris à uiro. Varro Eun. demonibus, Quum in eo essem occupatus, atq; in schola curarent, inscribit Scantius hornō per Dionysia. Nonius.

Hornum, Quod est huius anni, inquit Porphyrio, uel unius anni, ut inquit Aconius, Vnum hornum, quem admodum et bimum et trimum dicitur. Horat. Epod. 2. 10.

Et horna dulci uina promens dolio.

Horni agni. Propertius lib. 4. Id est, aniliculi.

Frugē

Fruges horna placcare lare. Horat. 3. Carm. ode 23. 1.
Hornam messem, prouerbiali figura dixit Plaut. Mostel. 4. 3. pro maximo emolumento: quasi dicas, tantum lucri, quantum eo anno sit pronenturum in agris. Erasmus.
Palea horna. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 18.
Hornotinus, pen. cor. Adiectiuum (ὄρνις) id est, Huius, uel u-nius anni. Cic. 5. Ver. 36. Hæ litere, Iudices, Metelli, quas au-distis, hoc quatuor est, ex Sicilia frumentum hornotini exarauerunt.
Hornotina nuce. Cato de re Rust. cap. 17. de nucibus loquens, Postea usque adeo sunt plus mensis octo, hornotina nuce ui-rides sunt.
Hornotina uirge. Colum. lib. 5. cap. 6. 27.
Horod. s.] pen. prod. rex Parthorum, qui M. Crassum occi-dit. Alij Orodes scribunt.
Horologium, [Horoscopus] Vide Hora.
Horontes] vide Orontes.
Horrearius] Vide Horreum.
Horreo, [Horresco] Vide Horror.
Horreum] huius horrei (ἀνορθωτον) ab horrore, quasi horri-dum propter asperitatem aristarum, quoniam prisci fruges in suis spicis in granarijs considerunt. Festus. Horreum an-tiqui dicebant farreum, a farre. Horreum ab hordeo quida deducunt. Colum. lib. 2. cap. 10. Ita rursus in sole siccata, et mox refrigerata condatur, si maior modus in horreo: si mi-nor, in uasis olearijs salsamentarijsq; Virg. 1. Georg. illius immensa ruperunt horrea messes. Cic. 5. Ver. 15.
Horreum frumenti. Plin. lib. 15. cap. 8. 1.
Horreum, pro cella uinaria. Horat. 3. Carm. ode 28. 2. Senec. epist. 115. Plena multorum seculorum uindemijs horrea.
Cella atq; horreum. Cic. 2. de leg. Agrar. 87.
Constituere horrea certis locis. Vide Constituo.
Distinet spicis horrea plena Ceres. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 10.
Horreum, Locus ad custodiam rerum pretiosarum sepositarij a quotidiano usu: ut est apud Apuleium in Asino aureo, De-monstrat horreum ubi uespera sagaciter argentum copio-sum recondi uiderat.
Horrea iurifconsulti frequenter usurpant pro repositorijs mer-cium et rerum pretiosarum.
Horreolum, pen. cor. Diminutiuum, paruum horreum. Val. Max. lib. 7. cap. 1. de Gyge.
Horrearius, horrearij, Cui commissæ est cura ac custodia hor-rei. Vlpian in l. Celsus. ff. ad exhib. Sed si nemo heres sit, cu horreario agendum.
Horribilis, [Horridus] Vide Horror.
Horror] horrois, maf. gen. (ὄρρις, ὄρριον) Tremor proprie, quum corpus uel frigore, uel pauore intremiscit, et succus-fatur. Celsus lib. 3. cap. 3. F. bres alie protinus incipiunt a ca-lore, alie ab horrore. Virg. 3. Aen. 65.
 — mibi frigidus horror Membra quatit.
Horror quandoq; ad toruitatem aspectus refertur. Apuleius, Quem quum aspexisset, horrore hominis deterritus, statim retrocessit. Quandoq; ad abominationem. Varro, Ira, o-dium, horror, eos ab incepto retrahit.
Quandoq; ad uenerationem refertur, ut ait Seru. Virg. 1. Aen. 34.
 — horrentiq; atrum nemus imminet umbra. Lucanus, Arboribus suis horror inest.
Classicus horror. Ouid. ad Pisonem, 29.
Exanguis horror. Claud. 2. in Rufin. 26.
Sacer horror. Stat. 5. Thebaid. 101. Sæuus horror. Virg. 2. Aen. 114.
Comæ arrecta horrore. Virg. 4. Aeneid. 57.
Aura ciet horrorem membris. Lucret. lib. 3. 59.
Armorum ingruit horror. Virg. 2. Aeneid. 61.
Tremulo horrore moueri. Ouid. 9. Metam. 70.

Horrore perfundi. Cic. Attic. lib. 8. 150. 2. Vide Perfundo.
Horriditas, pen. cor. huius horriditatis, f. g. (ὄρριον) ppe hor-ror. Næuius, Omnia mihi horriditati erant maxima.
Horridus, penult. cor. (ὄρριος, ὄρριον) Adiectiuum, asper, cui co-trarium est Nitens uel nitidus. Cic. 3. de Orat. 29. Ita de hor-ridis reb. nitida, de ieiunio plena, de perulugatis noua quæ-dam est oratio tua. Virg. lib. 4. Aeneid. 50.
 — glacie riget horrida barba.
Horridus, Timendus. Virg. 3. Aeneid. 8.
Horridus in iaculis. Hoc est, terribilis. Seruius.
Ira horridus. Ouid. 6. Metam. 137. de Borea.
Acies horrida. Tacit. lib. 5. Vide Acies.
Aequora horrida. Horat. 3. Carm. ode 24. 8.
Arma horrida. Ouid. 1. Metam. 26.
Barba horrida glacie riget. Virg. 4. Aeneid. 50.
Bella horrida. Virg. 6. Aeneid. 18.
Brum i horrida gela. Virg. 3. Georg. 87.
Cæsaries horrida. Ouid. 10. Metam. 28.
Horridum corpus. Cic. pro lege Agrar. 27.
Horridus Decemher, Quod frigore squalidos et horretes aut horrore rigentes artus efficiat. Mart. lib. 7. 94.
Facinus horridum. Seneca Hippol. 2. 17.
Fluctus horridi. Horat. Epod. 10. 1.
Grando horrida. Virg. 1. Georg. 89.
Hyems horrida. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 8.
Macies horrida. Virg. 4. Georg. 51.
Horridi pili apes. Colum. lib. 9. cap. 3. 1.
Prelia horrida. Virg. 2. Georg. 57.
Sus horridus. Virg. 4. Georg. 82.
Tempestas horrida. Horat. Epod. 13. 1.
Verba horrida. Tibul. lib. 1. eleg. 5. 2.
Horrida et inculta uita. Cic. pro Rosc. Am. 45.
Inculta et horrida scripta. Cic. 1. de Fin. 13.
Horridus sapor. Plin. lib. 34. cap. 13. 1.
Horrida syluestris ruta ad effectum, et ad omnia acrior. Plin. lib. 20. cap. 13. 6.
Horridus, asper, durus oratione et morib. Cic. 4. de Fin. 126.
Horridus, et ieiunus. Quint. lib. 2. cap. 14.
Deformis atq; horridus homo. Cic. 5. Verr. 38.
Rusco horridior. Virg. eol. 7. 9. (Orat. 128).
Non ualde nitens, nec plane horrida oratio. Cicero de claris
Horridi, pen. cor. (ἀνορθωτον) Aduerbium: hoc est, asper et inculte. Cic. in Orat. 15. Putant enim qui horridi, inculteq; dicat, modo id eleganter enucleateq; faciat, eum solum Atti-cæ dicere.
Horridulus, pen. cor. (ὄρριος) Adiectiuum diminutiuum, Tremens uel incultum. Persius Satyr. 1. 6.
Scis comitem horridulum, trita donare lacerna.
Horridula atq; incompta scripta. Cic. er. ad Attic. lib. 2. 16. 2. Sic in Oratore, 48. Horridule orationes.
Horribilis, et hoc horribile, pen. cor. (ὄρριος) Formidabile et timendum. Cic. Et quod dictu quoq; horribile uidetur, u-uentis sanguine hausto.
Horribilis diligentia. Cic. ad Atticum. lib. 8. 152. 8. Et 1. de Pi-nibus, 97. Horribiles formidines. Et pro Fonteio, 22. Horri-biles impetus.
Fera horribilis. Virg. 4. Georg. 89.
Horribilis, Teter, deformis. Varro. Foeda atq; horribili.
Metus horribilis. Claud. 5. Paneg. 16.
Oratio horribilis. Cic. pro Muræna, 68.
Horriser, pen. cor. Adiectiuum (ὄρριος) Cic. Tusc. 107.
Horriser Aquilonis fridor gelidas molitur nives. Et poeta quodam. Idem 2. de Nat. deor. 164.

Et magis

Et magis horriseris Aquilonis tangitur auris. Ex Ara-to. Virg. 8. Aeneid. 35. Horrisera ægris.
Horriser Boreas. Ouid. 1. Metam. 14.
Voces horrisere. Lucret. lib. 5. 199.
Horrificus, pen. cor. Adiectiuum (ὄρριος) Quod horrore incutit. Horrificum bellum. Cic. pro Domo sua, 47.
Bustum horrificum. Lucret. lib. 3. 186.
Cæsaries horrificæ. Lucan. lib. 2. 75.
Lapsus horrificus. Virg. 3. Aeneid. 45.
Horrifico, horrificas, penult. cor. (ὄρριος) horrificare, Horrorem incutere: ut ait Seruius. Virg. 4. Aeneid. 194.
Terribili monitu horrificant.
Horrificans Zephyrus procliuas incitat undas. Catullus Argo-naut. 59. 54.
Horrisonus, pen. cor. Adiectiuum, Quod cum horrore sonat, sive quod horridum sonum emittit: ut, Horrisonus fremitus. Virg. 9. Aeneid. 11. Cic. 2. Tusc. 41. Horrisonus fremitus.
Flagellum horrisonum. Valer. 7. Argon. 31.
Fragor horrisonus. Lucret. lib. 5. 22.
Horreo, horres, horru (ὄρριος) horrore, Horrore pæ-fundi. Proprie quum pili setaq; in animante eriguntur: ut, Horrens leo. Virg. lib. 9. Aeneid. 22.
Dies horruit imbre. Valer. 2. Argon. 11.
Horres, Frigere. Iuuenalis Satyr. 1. 10.
 — et horrenti tunicam non reddere seruo.
Horres, Timere. Virg. 3. Georg. Nec uarios horret strepitus.
Horres arma, conspectumq; alicuius, et similia. Liu. 2. ab Vr-be, 193. Cic. ad Attic. lib. 11. 22. 3. Esi omnium conspectum horreo.
Horres alicui, quemadmodum Timere alicui. Plin. in Paneg. Nemo iā parens filio nisi fragilitatis humanæ uices horret.
Mare iratum horres. Horat. Epod. 2. 2.
Horres minas alicuius. Cic. pro Quintio, 62.
Papirerum horres. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 2.
Horres, Tremere, ut solent qui uehementer frigent. Col. lib. 1. cap. 4. 8. Sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent. Te-rent. Eunucho, 1. 2. 43. — totus Parmeno
 Treuo, horreoq; postquam aspexit hanc.
Capilli horrent. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 6.
Comæ horrent. Ouid. 2. Fast. 101.
Horres, Asperum esse: ut, Horrent agri, uel loca inculta. Virg. 11. Aeneid. 121. — tum late ferreus haffis Horret ager. Colum. lib. 1.
Verba horrent seuis minis. Ouid. 2. de Remed. amor. 54.
Horres, Stupere, mirari. Virg. 3. Aeneid. 6.
Horrendum, ac dictu uideo mirabile monstrum.
Horres diuinum numen. Cic. 4. Acad. 218.
Animus horret adhuc. Stat. 8. Thebaid. 22.
Horrendus, da, dum. Gerundium (ὄρριος) ut, Vox horrenda. Virg. 9. Aeneid. 24.
Aula horrenda. Valer. 5. Argon. 95.
Clamores horrendi. Virg. 2. Aeneid. 45.
Enses horrendi. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 1.
Nox horrenda. Ouid. 6. Fast. 28.
Rabies horrenda. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 65.
Sonus horrendus. Ouid. 4. Fast. 38.
Species horrenda. Stat. 6. Thebaid. 57.
Stridens horrendum. Virg. 6. Aeneid. 58.
Visu horrendus. Virg. 9. Aeneid.
Dictu horrendum. Virg. 4. Aeneid. 91.
Horrens, horrentis (ὄρριος) Participium: ut, Horrens leo, hoc est, formidabilis uel tubis horridus. Virg. lib. 9. Aeneid. 22. Plin. lib. 8. cap. 40. 9. Horrentibus quippe per totum corpus uillis, ingenti primum latratu intonuit.
 Thefauri pars 2.

Agmina horrenda pilis. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 3.
Arma horrentia. Virg. 1. Aeneid. 1.
Hæste horrentes. Virg. 10. Aeneid. 35.
Rubi horrentes. Virg. 3. Georg. 62.
Vmbra horrens. Virg. 1. Aeneid. 33.
Horresco, horrescis (ὄρριος) horrescere, Horridum fieri, et uehementer timere, ueluti quum quis intrinsecus algorem seu tremorem in se citari et crescere sentit pauore, stupore, aut febri inualescente, et huiusmodi. Virg. 6. Aeneid. 142.
Horrescit uisu subito, causasq; requirit. Terent. A-delph. 4. 4. 24. Perij, horresco semper ubi pullare hæste oc-cipio fores.
Horrescere morsus futuros. Virg. 3. Aen. Id est, expauescere.
Pectora horrescentia mortem. Stat. 3. Theb. 14.
Horrescunt segetes et campi. Virg. 3. Georg. 39.
Tempestas horrescit nimis. Silius lib. 1. 27.
Horripilo, horripilas, pen. cor. horripilare, Horridiore, et asperioreq; pilo frutificare. Apul. lib. 3. Aures immodicis horripilant auribus.
Horsum] Aduerbium loci, Versus hunc locum. Terent. Hecy-ra, 3. 4. 36. — atat eccum Phidippum, et patrem
 Video, horsum pergunt. Idem Eunuco, 2. 1. 13. Nam aut-iam reuertere, aut mox noctu te adigent horsum insonnia.
Ubi Donatus, Horsum, hoc est, ad urbem agent.
Hortensia] Hortensia filia fuit eloquentissima: quæ, quum matronarum ordo graui tributo a Triumuiris M. An-tonio, Octauius, et Lepido premeretur, nec uirorum quisa-quam ipsi adesse auderet, causam constanter egit: represen-tataq; patris sacunda, impetrauit ut maior pecunie pars eius remitteretur. Appian, Alexand.
Hortensius] Vide Hortus.
Hortensius] Hortensius, Romanus orator, qui in foro Romæ no-causarum rex ob eloquentiam dictus est: licet eius scripta infra famam fuerint. De quo Cic. de claris Orat. 167.
Hortensius poeta. Ouidius 2. Trist. 88.
 Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Serui Carmina.
Hortor] hortari (ἀναειδέναι, ὁρμαίνω, ὁρμαίνω) Hortari, Ab ore deduci quidam uolunt: et ideo aspirari, ne frequentatiu ab Ortor putetur. Signifi-cat autem ore suadere. Donatus, Hortatur impulsu. Terent. Hecyr. 1. 1. 7. — ergo propterea te sedulo
 Et moneo et hortor, ne cuiusquæ misereat Quin spolijs.
Hortari et moneo. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 1. 4. Pompeium et hortari et orare, et iam liberius accusare et moneo, ut magnam infamiam fugiat, non desistimus. Hortari, inquit, quasi argumentis suadere: Moneo, quasi meo iure, et quæ-dam auctoritate.
Hortari ut. Cic. ad Attic. lib. 8. 158. 1. Magnopere te hortor, pro tuo singulari perpetuoq; studio in Remp. ut, et c.
Hortari ad dicendum, et c. Cic. pro Archia, 21. Idem Attico, li-bro 7. 133. 4. Ad pacem quidem hortari non desino.
Hortari de re aliqua. Cic. Marcello, lib. 4. 9. 2. Cæsari 1. de bel-lo Ciuili.
Hortari aliquid. Cic. in Catilin. 9. Sim quod te iamdiu hortor) excieris, exhaustur, et c.
Hortari, aliàs a Cicerone dicitur adhortari, suadere, adhortent esse, cohortari, excitare, impellere, auctoritatem alicui ad aliquid faciendum dare, ac uere.
Hortari passiuè usurpatum. Tacit. lib. 12. Memmium Pollionē Consulē designatum ingentibus promissis inducunt, senten-tiam expromere, qua hortaretur Claudius Octauidam dea-spondere Domitio. (59. 79.
Armatas homini est presens hortata ceteris. Catul. Argon.

M 2 Actum

hospitalitas. Mart. lib. 1. 170.
Hospitaliter, pen. cor. Aduerbum (ἑπιλυσι) Liu. 1. ab Vrbe, 37.
Inuitati hospitaliter per domos. Ibidē, lib. 6. 202.
Motti ex templo Patres, uocari eos iam tum hospitaliter magis quam hospitaliter iussere.
Hospitalor, pen. corr. hospitalaris (ἑπιλυσι, ἑπεδοσιον, ἑπιλυσι) hospitalari, Amicē in hospitium suscipere.
Hospitali, hospitio uti significat. Seneca de Vita beata, Quid enim est, cur illis bonum locum inuideat uentiant, hospitentur. Id est, tanquam in alieno habitent. Idem epist. 119.
Hospitalari nescit castanea, pro in alieno solo crescere. Plin. lib. 17. cap. 20. 6. Sed translata nescit hospitalari, pauetq; nouitatem. de castanea.
Hospitalatur aqua in eo loco. Plin. libro 6. cap. 18. 1. de Gange flumio.
Hostia] hostia (ἑστία, ἑστία) Ab hostis fit significatq; sacrificium quod ab ijs fit, qui in hostem pergunt ob uictoriam, id est, pro uictis hostibus. Cels. 8. bel. Gal. 182. Hostia omnibus locis immolabantur. Festus, Hostia, sacrificium quod larius immolabant, quod ab illis hostes arceri putabant. Ouid. 1. Fast. 68.
Hostibus à domitis hostia nomen habet.
Hostiam ab hostio, id est, seruo, Festus deriuat. Plaut. Epid. 4. 10. Cuius quoties uidet sepulchrum, sacrificas Horco illic hostias.
Decoræ, & que quociq; diuo grate sint hostiæ. Cicero 2. de Legib. 33.
Fœlix hostia. Virg. 1. Georg. 69.
Mactata hostia. Horat. 1. Carm. ode 19. 4.
Pœulans hostia. Iuuenal. Satyr. 12. 1.
Pinguis hostia. Virg. 11. Aeneid. 148.
Pulla hostia. Tibull. lib. 1. eleg. 2. 13.
Sumptuosæ hostia. Horat. 3. Carm. ode 23. 5.
Multa tibi ante ara nostra cadet hostia dextra. Virgilius 1. Aeneid. 68.
Humanis hostijs aras deorum ac templa fœnefare. Cicero pro Fontio, 17.
In molare hostias. Vide Immolo.
Immolabant studiosius & crebrius hostias Etrusci. Cicero 1. de Diuinatione, 153.
Maiores hostiæ in foro constitutæ ad præconem & ad tibicinem immolabantur. Cic. 2. de lege Agrar. 91.
Cæsis hostijs ad scelus perficiendum deos placari non posse. Cicero pro Cluentio, 153.
Præbere hostias ad sacrificium. Cic. 2. de Inuent. 193.
Hospitalitas, pen. prod. Adiectiuum (ἑπιλυσι) Hostijs, siue sacrificijs onustus. Plaut. Rud. 7. 8.
Ergo uos æquius erat candidatas uenire, hostiatisq; & c.
Hosticus, Hostilis] Vide Hostis.
Hostio] hostis, hostiui (ἑστία) hostiæ, Aequare, æquum reddere. Plaut. Afin. 7. 121. — pugno malam si tibi percussero, Et paulo post, Quin promitto, inquam hostiæ contra ut merueris. Nonius.
Hostiæ, Comprimere, Retundere, ab hostia dictum. Pacuuius Teucro, Nisi coeruero proteruitatem, atque hostiæ ferociam.
Hostiæ, Offendere, Cedere. Pacuuius Erotopæguion lib. 2. Nunc id mihi molestum est, quod hosti uoluntatem tuam.
Hospitalimentum (ἑπιλυσι) Aequamentum, ut quum quis pro beneficio compensationem accipit. Festus, Hospitalimentum, beneficij pensatio. Plaut. Afin. 5. 20.
Par pari datum hospitalimentum est, opera pro pecunia.
Hospitalium (ἑπιλυσι) Lignum æquatorium, baculus quo

modius & cætera mensuræ æquantur, & alio nomine radius dicitur.
Hostis] huius hostis, com. g. (ἑστία) Ab hostio, hostis, quod est æquo, quum in hostium consiliis soleat fieri quedam æquatio ordinum, seu quod ut ait Nonius ex æqua causa pugnam adant. Terent. Heecyr. 5. 2. 23. Nam nupta meretrici hostis est, à uiro ubi segregata est. Cicero 1. Off. 56. Equidem illud etiam animaduerto, quod qui proprio nomine perducit, is hostis uocaretur, lenitate uerbi tristitia rei mitigante. hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus.
Inimicus & hostis. Cic. 5. de Fin. 5.
Turmæ hostium. Horat. 4. Carm. ode 14. 5.
Videtur hostium. Horat. 1. Carm. ode 6. 1.
Acer hostis. Horat. Epod. 6. 3.
Hostis capitalis. Cic. 2. in Catil. 26.
Conferri hostes. Claud. 8. Paneg. 39.
Ferus hostis. Ouid. 1. Metam. 38.
Hostis nimis ferus & immanis. Cic. 4. Verr. 36.
Glomerati hostes. Virg. 9. Aeneid. 92.
Imbelles hostes. Vide Imbellis.
Immanis hostis. Vide Immanis.
Importunissimus hostis. Vide Importunus.
Infesti hostes. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. 4.
Inordinati hostes & effusi. Vide Inordinatus.
Insolens hostis. Vide Insolens.
Instabilis hostis ad cominus conferendas manus. Vide Inso.
Spoliatus hostis. Silius lib. 1. 138.
Validus hostis. Ouid. 12. Metam. 104.
Facere hostem aliquem alteri. Lucan. lib. 1. 41.
Densos ferunt moriurus in hostes. Virg. 2. Aeneid. 102.
Hoste incesse iaculis & pilis, aut faxis. Vide Incesso.
Hostem inducere. Tacit. lib. 10.
Inijcere se in medios hostes. Vide Inijcio.
Intercludere hostes ab oppido & pœte & commentu omni. Vide Intercludo.
Inuadere in hostem. Vide Inuado.
Indicare aliquem hostem. Vide Indico.
Laborare hostibus domesticis. Vide Labor.
Obfidere hostem. Lucan. lib. 6. 24.
Obterere hostem. Lucan. lib. 7. 56.
In medios penetrare hostes. Silius lib. 5. 47.
Propulsare hostem. Stat. 11. Thebaid. 53.
Ex hoste rapui penates. Virg. 1. Aeneid. 77. (nil. 8)
Impetus hostium reprimere, ac retardare. Cicero pro leg. Ma.
Perniciosissima studiorum hostis. Quintil. lib. 2. cap. 26.
Hospitalis, & hoc hostile, pen. prod. (ἑστία) Quod pertinet ad hostem. Virg. 11. Aeneid. 19. Indutosq; iubet truncos hostilibus armis. Plaut. Pseud. 10. 19.
— occasione reperisti uerbero,
Vbi percenteris me in istijs hostilibus?
Actes hostis. Tacit. lib. 19.
Agmen hostile. Ouid. 8. Metam. 8.
Animus hostis. Senec. Octau. 1. 5.
Conditiones pactionesq; bellicas & hostiles perturbare. Cicero 3. Offic. 146.
Hostilis in Remp. animus. Cic. ad Brutum, 4. 2.
Hostilis dextra. Cic. 2. Tusc. 32.
Hostilis expugnatio. Cic. pro leg. Manil. 8.
Hostilem in modum cruciati. Cic. 7. Ver. 58.
Odiū hostile. Tacit. lib. 15.
Hostile odium & crudelitas. Cic. pro Cluent. 8.
Rapinæ hostiles. Lucan. lib. 1. 33.

Spiritus

Spiritus hostiles. Tacit. lib. 20.
Terra hostilis. Cic. 1. de Inuent. 119.
Induere hostilia aduersus aliquem. Tacit. lib. 19.
Facere hostilia. Tacit. lib. 15.
Hostilia referre. Liu. Legati retulerunt hostilia: & Saguntii ex cædium nunciatum.
Resumere hostilia. Tacit. lib. 12.
Hospitaliter, pen. corr. Aduerbum (ἑπιλυσι) Id est, hostilem in modum. Cic. 5. Philip. 181. Quid ille fecit hospitaliter. Liu. 2. ab Vrbe, 63. Bona hospitaliter uendendi. Idem 1. ab Vrbe, 45. Hospitaliter in fines Romanos incursum facti.
Nimium hospitaliter. Ouid. 14. Metam. 14.
Sternit hospitaliter omnes. Ouid. 11. Metam. 75.
Hospitalitas, pen. corr. (ἑστία) Senec. de Vita beata, Aduersus hostes inhumana crudelitas, aduersus suos etiam hospitalitas est.
Hospitalis, pen. corr. Adiect. (ἑστία) Idem quod hostilis.
Plautus Capt. 5. 52. Perq; consuetudinem commune, quod hostia euenit manu. Horat. 1. Seru. Satyr. 9. 7. Hunc neq; dira uenena, nec hosticus auferit ensis. Colum. in Præf. lib. 1. 17. Quamquam inter ferrum & ignes hosticus incursumbus iustata fruges.
Turba hostica. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 14.
Hostium] Vide Ostium.
Hostorium] Vide Hostio, hostis.
Hostius] hosti, uide Factum in Facio Cato cap. 6. 2. Sim in loco crasso au: caldo feruoris, hostis nequam erat, & ferundo arbor peribit. Varro 1. de re Rust. cap. 24. 2.
H V
Huber] huberis, pen. corr. om. g. (ἑστία) Abundans, fecundus, fertilis, copiosus. Secundum Apuleium, ab ipso pluo. Alij magis ab humeo: loca enim arida, insecunda sunt: contra que humecta sunt, feracitas: & mulierum huberis humore careant, carebunt & lacte. Cato Orig. lib. 2. Ita res huber fuit. Quidam autem & maior pars, hodie sine aspiratione scribit. Vide Vber.
Huber aqua. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 5.
Huberora cibaria facta sunt caritatis. Cic. 5. Verr. 186.
Copia exillis & Huberrima, contraria. Cic. 4. de Fin. 20.
Huberrimus fructus. Cic. 2. Tusc. 20.
Huberrimi, latissimiq; fructus. Cicero 2. de Natura deorum, 234.
Ager quum multos annos quieuit, huberiores efferre fruges solent. Cic. de clar. Orat. 9.
Huberibus spicis & crebris seges. Cic. 5. de Fin. 156.
Huberrima triumphis provincia. Cic. in Pisonem, 78.
Plenus & huber ad dicendum. Cic. de clar. Orat.
Ferox & huber. Cic. 3. Offic. 7.
Democritus huic in hoc similis, huberior in cæteris. Cic. 4. Academ. 212.
Ars huberior. Cic. 1. Tusc. 11. Idem de claris. Orat. 187. Vir ornatu huberrimis artibus.
Huber & fecundus author. Cic. in Orat. 8.
Huberrimum & que suo sistimum edictum. Cic. 5. Verr. 28.
Huberiores literæ. Cic. ad Attic. lib. 13. 297. 1.
Huberes animi atq; ingenij motus ad explicandum. Cicero 1. de Orat. 56.
Huberes sententiæ. Cic. 1. Tusc. 99.
Huberior spes. Cic. de Nat. deor. Maiore delectatione, huberiores se commoueri.
Huberius, & huberrime, Aduerbum (ἑστία) ut, Disputare aliquid huberius & sustus. Cicero 2. de Nat. deor. 30. Et 4. Acad. 235. Huberius explicata. Item Huberrime, apud eundem lib. 2. de Diuin. 5.

Huberius loqui. Cic. ad Appium, lib. 3. 113.
Hubertas, huius hubertatis (ὄβειος, ὄβειος, πολυφειος) Abundantia, copia, multitudo. Plinius libro 7. 2. 12. Hec fecit hubertus soli, temperies cæli, aquarum abundantia. Cicero 1. Tusc. 108.
Hubertas & uarietas pomorum. Cicero 2. de Natura deorum, 235.
Hubertas mammarum. Cic. 2. de Nat. deor. 193.
Hubertas, copia, uilitas frugum. Cicero Post reditum ad Quiriu. 15.
Asia fertilis est hubertate agrorum. Cic. pro lege Manil. 31.
Hubertas dicendi. Cic. in Orat. 7. Et pro Corn. Balb. 1. Oratio nis hubertas, uarietas, copia.
Hubertas in dicendo: cui contrarium est Exilitas. Cicero 1. de Orat. 27.
Hubertas uirtutis. Cic. 2. de Nat. deor. 248.
Hubertas orationis. Cic. 3. de Fin. 29.
Hubero, huberus, pen. corr. (ἑστία) Huberare, Huberem & fecundum facere. Palladius libro 4. Hoc uelut coitu steriles arbores huberantur. Plin. in Paneg. Et cælo quidem nunquam benignitas tanta, ut simul terras huaberet, foueatq;.
Huberare dicuntur fructus, pro exhuberare, siue huberes esse & fecundos. Colum. lib. 5. cap. 9. 10. Neq; enim olea conuicuum biennio huberat. Id est, fecunda est & fertilis.
Hubertus, Adiectiuum (ὄβειος) Abundans. Gell. libro 7. capite 14. Sed ea ipsa genera dicendi iam antiquitus tradita ab Homero sunt tria in tribus magnificum in Vlyffe, & hubertum: subtile in Menelao, & cohibitu: mistum moderatumq; in Nestore. Aliqua exemplaria habent, Magnificum in Vlyffe, & huber est.
Huber, Substantiuum (ὄβειος) Pro hubertate. Palladius lib. 1. cap. 33. Præis uero recentia stercorea proficiunt ad huber herbarum.
Huber] huius huberis, n. g. (ἑστία) Mamma, que & papilla dicitur. Virg. 3. eclog. 6. — bimos alit hubere fetus. Cic. 1. de Diuin. 38. Martia, que paruos Mauoris semine natos Huberibus grauidis uitali rore rigabat.
Hubera mammarum lactantia. Vide Lac.
Huc] Vide Hic.
Hudum] Vide Sudum.
Hui] huius, interiectio admirantis, inquit Donatus. Terent. Adelp. 3. 3. 57.
Saluus sit, spero est similis maiorum suum, s. hui. Cicero ad Att. lib. 5. 98. 1. Hui, toties me literas dedisse Romanis, quum ad te nullas darent? Idem in quadam epistola, Hui uerore ne, & c.
Hui, hem, & cætera huiusmodi, sanne sunt aduersus eos quibus irascimur, interprete Donato. Terent. Eun. 4. 7. 35.
Scribis, principio eam esse dico liberā. τ η η α. hem. ε η η. cetera Atticam. τ η η. hui. Idem Adel. Plaut. Truc. 5. 33.
Hui ut hic agrestis est adolescens, qui hic habet?
Huic] Vide Hic.
Huisc] huius, genitiuus ab hic, hæc, hoc: compositum cum syllabica adiectione ce. Cic. 7. Ver. 97. Quos tandem fructus huiusc necessitudinis in istius imperio tulit?
Huisc] huiusmodi] pen. corr. (ἑστία) Nomen compositum ex duobus obliquis, huius & modi, om gen. quasi simile & eo modo fieri uel esse aliquid dicamus. Terent. Heaut. 2. 3. 93.
Mane, h. b. o. aluid, si istuc metuis, qd' ambo cōstearini, sine periculo esse. CLIT. huiusmodi obsecro aliquid reperit. Ibidem, 5. 2. 34. Sepe ex huiusmodi re quædam, & c. Cic. Terent. lib. 1. 4. 4. Nec miror, sed in cæro casum huiusmodi. Legitur & eiusmodi.

Pro huiusmodi, Cicero aliquando Generis eiusdem, aliquando id genus dicitur ad Atticum, lib. 15. 269. 1. Scis me antea orationes aut aliquid id genus solitum scribere. Idem in Topicis 24. Et cetera generis eiusdem.

Hulcus] Vide Vlcs.

Hulula] huius hulule. Vide Vlula.

Hululare] Vide Vlulo, ululas.

Humanus] pen. prod. Adiect. (ἠνθρωπίνος, ἀνθρώπινος, ἠνθρωπίνος) Ab homo derivatur. Quod est hominis, & ad hominem spectat. Terent. Adelph. 3. 4. 25. Persuasit nox, amor, iuvenum, adolescentia: Humanum est. Vbi Donatus, nihil tandem ex ea sumptum consuetudine est, quod non humanum. Et hoc dicere solemus, ubi peccatum quidem non negamus, sed tolerabile esse dicimus. Idem And. 1. 5. 1. Hocine est humanum factum, aut inceptum? Ibidem, 1. 1. 86.

Hec ego putabam esse omnia humani ingenij, mansuetiq; animi officia. Cicero 7. Verr. 91. Metum uirgarum Nauarchus nobilissima ciuitatis pretio redemit humanum.

Animus humanus. Hor. 1. Serm. Satyr. 8. 4.

Humanus calculus. Qui in homine generatur. Plinius libro 11. cap. 49. 1.

Caput humanum. Hor. de Arte, 1.

Ceterum si aliquid mihi humanum cõtigerit: id est, si mortuus fuero. Paulus in L. Publica Mænia. ff. de postui.

Facies humana. Ouid. 2. Metam. 133.

Humana gens, pro Humano genere. Cic. 5. de Fin. 116. Deinde totius complexu gentis humane.

Genti humane, contraria est immanis & barbara. Cicero de Diuinatione.

Humanum genus. Cic. 4. Ver. 121.

Deus sub imagine humana. Ouid. 1. Metam. 43.

Ius humanum, ac diuinum, & contrã. Tacit. lib. 4. Linius 9. Decad. 4.

Labores humani. Virg. 5. Aen. 137.

Mentes humane. Ouid. 1. Metam. 12.

Natura humana. Hor. de Arte, 72.

Rationes humane. Lucret. lib. 2. 34.

Res humane. Virg. 10. Aeneid. 30.

In rebus humanis: id est, in rerum natura. Vlpian. in l. si quis cum. §. de fructibus. ff. de except. iudic. De fructibus eadem questio est & de partu: hęc enim nondum erant in rebus humanis.

Sortis humane memor. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 14.

Humana specie & figura esse. Cic. pro Rosc. Amer. 38.

Vultus humani. Hor. de Arte, 21.

Humanus significat etiam affabilem, benignum, comem, blandum, commodum, urbanum.

Homo facillimus atq; humanissimus. Cic. ad Att. lib. 16. 343. 4.

Humanus & ciuilis cultus. Cic. 1. de Orat. 18.

Humanus nihil fieri potest. Cic. ad Tironem, lib. 16. 1. 4.

Humanus, Eruditus, & non rudis literarum. Varro, Praxiteles propter artificium egregium, nemini est paulo humaniori ignotus. Vide paulo post Humanitas, ex Gellio.

Humanitas, penult. corr. huius humanitatis (ἠνθρωπότης) Proprie humanam naturam significat. Cic. pro Rosc. Amer. 38. Magna est enim uis humanitatis: multum ualet communitio sanguinis, natura ipsa.

Communis humanitas. Cic. pro Flacco, 18. Et pro Sylla, 48. Perterem errato ueniam L. Celij ex intimis uestris cogitationibus, atq; ex humanitate communi.

Humanitas uite, pro Cultu humane uite, quo scilicet homines differunt à pecudibus. Plin. lib. 13. cap. 11. 2. Quum charte usu maxime humanitas uite confert, & memoria.

Humanitas (ἠνθρωπότης) facilitatem etiam significat, lenitatem, mansuetudinem, comitatem, urbanitatem, suauissimos mores, benignitatem, mansuetudinem morum ac facilitatem, suauitatem sermonum atq; morum, & leporem. His omnibus promiscue utitur Cicero. Metello, lib. 5. 2. 25. Cognosce nunc humanitatem meam, si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria remissio animi ac dissolutio.

Comitas & facilitas. Cic. de Amicitia.

Humanitas & modestia. Cic. ad Att. lib. 7. 125. 2.

Singularis humanitas, suauissimi mores. Cicero ad Attic. libro 16. 341. 5.

Lepor & humanitas in omni uite tempore uersetur. Cicero de Orat.

Mansuetudo atq; humanitas. Cic. pro Sylla, 68.

Facilitas atq; humanitas tua. Cic. Seruio, lib. 13. 25. 3.

Literę & humanitas. Cic. Seruio, lib. 14. 25. 3.

Expers humanitatis. Cic. 2. de Diuin. 122.

Accipere humanitatem. Cicero Accipio.

Humanitate adductus. Cic. pro Sylla, 61.

Comprehendere aliquē humanitate. Vide Comprehendo.

Humanitati sue constare. Vide Consto.

Ab humanitate deducere. Vide Deduco.

Pergama quum peteret inconcessosq; hymenaeos. Ignibus inconcessis attonite puella. Ouid. 10. Metam. 31.

Voluptas inconcessa placet. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 7.

Inconcilio] inconcillias (ἀνομήτως, ἀνομήτως) inconciliare, Turbare. Plaut. Bacch. 11. 22.

Ipsè quod in se fuit, acceleratum habuit, quod posset mali facere in me, inconciliare copias omnes meas.

T Inconciliare

Inconciliare sibi aliquem: *Facere sibi inimicum.* Plautus *Trinumm.* 4.73.

Inconciliare. Plautus *Perfida.* 23. 55. *Quia non inconciliat, quum te emo.* Hic putarim significare quod Festus ait significasse apud antiquos, *Per dolum decipere* nisi potius significet *Controuersias facere*, & quod uulgius uocat *Disconciare.*

Inconciatē pen. prod. *Aduerbiū* (ἀδουρβιου) *Perperam, inconsulte.* Plaut. *Mofel.* 8.83.
Ne inconciatē quid nos porro posules. Id est, Ne quid nos roges, unde efficiamur tibi inimici.

Inconcinuus] *Adiectiuum* (ἀδουρβιου) *Quod concinno contrarium est.* Gellius lib. 16. cap. 5. *Et ferme omnia inconcinna atq; absurda uisa sunt.* Cic. 2. de *Oratore*, 11. Nam qui aut tempus quid posulet non uidet, &c. aut denique in aliquo genere aut inconcinuus, aut nullus est, is ineptus dicitur.

Afferitas agrestis & inconcinna. Hor. 1. *epist.* 19. 2.

Personamq; feret non inconcinuus utramque. Horatius 1. *epist.* 18. 6.

Inconcinmiter, penultima correpta, *Aduerbiū* (ἀδουρβιου) *Inornate, imcomptē, impolite.* Gellius, libro 10. capite 17. *Veritūq; in eam rem quam tum carbat, non inconcinmiter.*

Inconcutus] *Adiect.* (ἀδουρβιου) *Stat. 5. Sylu.* 1.29.
Florebant hilares inconcutisq; penates.

Inconditus] penultima correpta (ἀδουρβιου) *Ex In & Condo compositum: Inordinatus, incompositus, inordinate compositus.* Plin. *epist.* 19. 0. *Ac primis quidē diebus redditus libertatis, pro se quisque, inimicos suos duntaxat minores incondito, turbidōq; clamore postularat, simul & oppresserat.* Lilius 1. *Decad.* libro 4. *In aliquem carmina incondita canere.*

Incondite blandite. Plin. lib. 8. cap. 5. 4.

Incondita carmina. Liu. 4. ab *Urbe*, 86.

Incondita consuetudo dicendi. Cic. 3. de *Orat.* 95.

Corpora incondita est, insepulta. Lucan. lib. 6. 21.

Inconditus fremitus. Plin. lib. 9. cap. 13. 2.

Genus dicendi inconditum. Cic. de *clar. Orat.* 130.

Inconditum ac penē ridiculum omne ius civile præter Romanum. Cic. 1. de *Orat.* 87.

Incondita loca, in conscripta. Salust. in *Iugurth.* At illi quibus uires aderant, ruerē cuncti ad portas, inconditas tenere. Virg. 2. *eclog.* — ibi hac incondita solus

Montibus & syluis studio iactabat inani. Vbi *Seruius*, incondita, incompota, sub d. dicta, agrestia: uel sanæ mentis dicta uerba. Vel incondita, in conscripta: ut Salust. in *Iugurth.* &c.

Inconditus motus. Plin. lib. 8. cap. 2. 1.

Orator inconditus. Cic. in *Orat.* 137.

Incondita turba hominum. Lilius 2. belli *Pun.* 189. & lib. 5. 2.

Verbis inconditis sententiam aliquam efferre. Cicero in *Oratore*, 84.

Ne sparsi & inconditi sine ordine sine signis, omnibus portis excurrerent obstitendo. Liu. 9. bell. *Pun.* 172.

Incondite, pen. corr. *Aduerbiū* (ἀδουρβιου) *Incompositē, inordinate.* Cic. lib. 3. *Offic.* 109. *Dicam ut potero: incondite fortasse, sed tamen ut res possit intelligi.*

Rudis hæc incondite fundit. Cic. 3. de *Orat.* 96.

Incondite & monstruose aliquid cogitare. Cicero 2. de *Diuinatione*, 216.

Inconfessus] *Adiectiuum* (ἀδουρβιου) *Ouid.* 2. *Metamorph.* 110.
Seruandum dederat, sed enim inconfessa quid esset.

Inconfusus] pen. prod. *Adiect.* Non corr. *fulsus.* Claud. in 4. *Paneg. de sexto Honorij Consulatu*,
Hic & belligeros exercuit are lusus.
Armatus hic sepe chorus, cer. taq; uagandi
Textas lege fugas, mer. n. s. q; recurfus,
Et pulchras errorum ar. tes, iucundaq; Maris
Cernimus, insonit q' uerbere, signa, magister.

Incongelabilis] & h. ac incongelabile. penult. corr. (ἀδουρβιου) *Quod non potest congelari.* Gellius lib. 17. capite 8. *Cur flumiorum & fontium aque gelu durentur, mare omne incongelabile sit.*

Incongruens] *huius incongruentis, om. gen.* (ἀδουρβιου) *Quod non congruit, aut concordat ei rei de qua agimus.* Plin. *epist.* 7. 4. f. *Dissoluta atq; incongruens sententia.* Gell. libro 2. capite 5. *Est enim plerumque & sibi & nobis incongruens.*

Inconniuens] pen. prod. om. gen. (ἀδουρβιου) *Non motans palpebras.* Gellius lib. 2. cap. 1. *Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perditus atq; pernox à summo lucis ortu ad solem alterum orientem inronniuens.*

Inconsciū] *Adiectiuum* (ἀδουρβιου) *Conscio contrarium est.* Lilius 1. belli *Punic.* 4. 6. *Alcon inconscijs Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus, quum ad Annibalem non etu transisset.*

Inconsequentia] *huius inconsequentie* (ἀδουρβιου) *Quinul. lib. 8. cap. 6.* Multi enim quum initium à tempestate sumperunt, incendio aut ruina finiunt, quæ est inconsequentia rerum foedissima.

Inconsideantia] *Vide Inconsiderans.*

Inconsolabilis] pen. corr. *Adiectiuum* (ἀδουρβιου) *Ouid.* 5. *Metam.* 86. — *contemptaq; fontis iura sui moerens, inconsolabile uulnus*
Mente gerit tacita.

Inconstans] *inconstans, com. gener.* (ἀδουρβιου) *Qui non sibi constat, leuis, mobilis, uolubilis, qui tum hoc, tum illud dicit.* Plin. lib. 18. cap. 3. 5. 11. *Si id in pluribus partibus fiet, inconstantes uentos effundent.*

Ridicule uideri inconstans in aliqua re. Cicero pro *Roscio Comced.* 10.

Inconstantes liere. Cic. *Plane.* lib. 10. 16. 2.

Inconstantia inconstantia (ἀδουρβιου) *Leuitas.* Cic. 4. *Acad.* 125. *Quamuis igitur fuerit acutus ut fuit, tamen inconstantia eleuatur auctoritas.*

Inconstantia totius sententia. Cic. 4. *Acad.* 58.

Inconstantiam mentis & diuersitas auctorem facit. Plinius lib. 6. cap. 26. 10.

Mutatio consilij, & inconstantia. Cic. ad *Att.* lib. 16. 33. 4. 5.

Inconstantia mutabilitatq; mentis. Cic. 4. *Tusc.* 12. 3.

Varietas & inconstantia, & crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio. Cic. pro *Domo sua*, 3.

Ab inconstantia & temeritate sciungi non potest fortuna. Cic. 3. de *Nat. deor.* 8. 4.

Fama inconstantia pertimescenda. Cic. *Lent.* lib. 1. 9. 16.

In maxima inconstantia, ueritatis ignoratione, uersantur uulgi opiniones. Cic. 1. de *Nat. deor.* 61.

Inconstanter, Aduerbiū (ἀδουρβιου) *Leuiter.* Cic. in *Partit.* 28. *Si aut ambigē, aut inconstanter, aut incredibiliter dicta sunt.*

Inconstanter loqui. Cic. 4. *Acad.* 98.

Inconstanter & turbide in motu esse perturbationem. Cicero 4. *Tuscul.* 36.

Membra inconstanter iactando fatigat. Lucret. lib. 3. 100.

Inconstantiſimē dicta. Cic. 2. de *Fin.* 140.

Inconſuetus] pen. prod. *Adiectiuum* (ἀδουρβιου) *Non effuetus.*

fuetus. Silius lib. 11. 57. — *ſuſpet inconſuetus opimæ Sidonius menſæ mides.*

Inconſultus] *Adiectiuum nomen* (ἀδουρβιου) *Imprudens, inconsideratus, & nullius conſilij, uel qui omnia agit ſine conſilio.* Cic. pro *Deiot.* 10. *Homo inconſultus & temerarius hæc non uidebat.* Quinil. *Declam.* 19. 0. *inconſultam muliebrem ſemper amentiam?*

Si inconſultus hoc fecit, & Si optimo conſilio uſus ſit, contraria. Triphonius in *L. non ſolum.* 6. ſed & is. ſſ. de ritu nupt.

Inconſultum conſilium, imprudenter adminiſtratum. Plaut. *Milit.* 10. 6. *Liu.* 3. bel. *Pun.* 28. *Inconſultum certamen.*

Turba inconſultaruit. Lucan. lib. 1. 99.

Ex inconſulto arma poſuit. Silius lib. 8. 43.

Inconſultus, Participium, à quo conſilium non eſt petitum. Varro. *Etenim inſcio atq; inconſulto domino, ſerui ſepe ex agro diſcedunt.*

Inconſultus, Cui non eſt datum conſilium. Virg. 3. *Aen.* 51. *Inconſulti abeunt, ſedemq; oderē Sibyllæ.* Vbi *Seruius*, *Inconſulti, inſcij rerum, ignari, ſine conſilio.* Et *conſultus eſt, qui conſultur: inconſultus qui non accipit conſilium.*

Inconſulte, Aduerbiū (ἀδουρβιου) *Sine conſilio, imprudenter.* Saluſt. *Inconſulte, ac ueluti dementiam cuncta ſimul agebant.* Cic. 1. de *Nat. deor.* 61. *Quam inconſulte ac temere diſcantur.* Caſar 1. bel. *Ciuit.* 178. *Quod eò incitati ſtudio inconſultius proceſſerant.*

Inconſulto, Aduerbiū. Vlpianus in *l. 1. §. & ideo ſſ. de his que in teſt. del.* *Proinde eſt inconſulto ſuper ſit induiſſe ſe, manebunt.*

Inconſultus, huius inconſultus (ἀδουρβιου) *Plaut. Trin.* 4. 95. *Me abſente, atq; inſciente, inconſulto meo,*
Aedes uenales hæc inſcribitur litereis.

Inconſumptus] *Adiectiuum* (ἀδουρβιου) *Ouidius* 7. *Metamorph.* 121. *Inq; manu Ithuris pars inconſumpta reapta eſt?*

Tibi uicenta inconſumpta, Tu puer æternus. Ouid. 4. *Metamorph.* 4.

Inconſyderans] penultima correpta, *Adiectiuum* (ἀδουρβιου) *Idem quod Inconſultus: qui non conſyderat quomodo quidq; agendum ſit.* Cic. 2. de *Diuinatione*, 86. *Nos autem leues atq; inconſyderantes ſumus. in uetiſto codice legitur, inconſyderati.*

Inconſyderatus, penult. prod. Adiectiuum (ἀδουρβιου) *Idem ſignificat, ut apud Ciceronem in Tuſcul. Temerarius & inconſyderatus.*

Inconſyderata cupiditas. Cic. pro *Quintio*, 54. *O rem incredibile? O cupiditatem inconſyderatam?*

Temeraria & inconſyderata ſama popularis. Cic. 3. *Tuſc.* 6.

Inconſyderantia, huius inconſyderantia (ἀδουρβιου) *Inconſultatio.* Cic. ad *Qu.* frat. lib. 3. 24. 10. *Cuius in hoc uno inconſyderantiam, ego ſuſtinebo ut potero.* Suetonius in *Claud. Caſare*, cap. 39. *Inter cætera, in eo mirati ſunt homines, & obliuionem & inconſyderantiam.*

Inconſyderatē, pen. prod. Aduerb. (ἀδουρβιου) *Inconſulte, temere.* Cic. 1. *Offic.* 144. *Ne quid temere ac fortuitu, inconſyderatē, negligenterq; agamus.* Gell. lib. 17. cap. 15. *Vi ſcribere auſi ſunt M. Ciceronem parum integrē, atq; improprie, atq; inconſyderatē locutum.*

Incontaminatus] penultima producta (ἀδουρβιου) *Contaminato contrarium.* Varr. de *re Ruſt.* cap. 9. 13. *Similes facie non his uallaticis gallinis noſtris, ſed Africanis aſpectu ac facie incontaminata.* Liu. 4. ab *Urbe*, 55. *Ne quid ſynceri, ne quid incontaminati ſit.*

Incontentus] *Adiect.* (ἀδουρβιου) *A uerbo Tēdo, tendis, Contento contrarium: hoc eſt, quod non eſt teſum, ſed la*
Theſauri pars 2.

zum. Cic. 4. de *Fin.* 121. *Aequè enim contingit omnibus ſi dibus, ut incontenta ſint: illud non continuo, ut æquè incontentæ.*

Incontiguus] *Qui tangi non poteſt.* Arnobius lib. 7. *Aduerſus gentes, ſed ſi Deus nullius eſt corporis, omniq; & incontiguus tactu, quum fieri poteſt, &c.*

Incontinens] penult. corr. *huius incontinentis, om. gener.* (ἀδουρβιου) *Quod continere non poteſt.* Plaut. *Aſin.* 16. 9. *At nunc dehinc ſeto illum ante omnes minimi mortales pretij, Madidum, nihil, incontinentem, atq; oforem uxoris ſuæ.* Plin. lib. 8. cap. 43. 2. *Sed incontinens uterus urinaſ genitalem reddit, &c.*

Incontinens, cum genit. Senec. 3. *Natur. queſt.* *Nihil eſt tam uolentum & incontinens ſui.*

Tityus incontinens ſui. Hor. 3. *Carm. ode* 4. 16.

Incontinenter, Aduerbiū (ἀδουρβιου) *Immodeste & ſine continentia.* Cic. 3. *Offic.* 48. *Si omnes deos hominesq; celare poſſimus, nihil tamen auarē, nihil inuſtē, nihil libidinōſe, nihil incontinentem eſſe faciendum.*

Incontinentia, huius incontinentia (ἀδουρβιου) *Contrarium continentia: hoc eſt, immodestia & intemperantia.* Cicero pro *Cæli.* 18. *Multa de incontinentia, intemperantiaq; diſſeruit.*

Incontinentia ruina, Proſtitium. Plin. lib. 28. cap. 8. 16. *Hoc eſt, ſpontanea urina emiſſio.* Idem lib. 32. cap. 5.

Incontinenti] Aduerbiū. Id eſt, *conſeſum.* Vlpian. in *l. 2. §. utrum ſſ. que madmod. teſtam. aperiant.* *Vtrum autem incontinenti poteſtatem inſpiciendi uel deſcribendi præcedit: an, &c.* *Vide continens, in Contineo.*

Inconueniens] om. g. (ἀδουρβιου) *Indecens.* Quinil. libro 1. cap. 9. *Eſt enim ſolecchiſmus in oratione comprehensionis unius ſequentiū ac priorum inter ſe inconueniens poſitio.* Caſſius ad *Ciceronem*, libro 12. 13. 5. *Hæc nouiſſima noſtra facta non ſubita, nec inconuenientia, ſed ſimilia illiſ cogitationibus.* Seneca de *Vita beata*, *Deſinant igitur inconuenientia inter ſe iungere, & uoluptati uirritem implicare.* Id eſt, diſſentaneæ.

Incoquo] *incoquis, pen. corr. incoxi, incoctum* (ἀδουρβιου) *incoquere, ſimul coquere.* Plin. lib. 12. cap. 3. 2. *Hæc eſt autem, cuius grana Parthorum proceres incoquere dixitius eſculentis, commendandi balitus gratia.*

Incoquere, pro Coquere. Plin. lib. 9. cap. 30. 8. *Vnum hoc animalium niſi uinum ſeruenti aqua incoquatur, fluuida carne non habet callum.*

Incoquere cum aqua. Colum. lib. 8. cap. 5. 13.

Incoqui ſole. Plin. lib. 12. cap. 17. 2.

Radices incoquere odorato Baccho. Virg. 4. *Georg.* 56.

Succos atros incoquit. Ouid. 7. *Metam.* 53.

Incoquere, aliquando ſignificat Coquendo applicare. Nam quæ metallum aliquod deplumbamus, uel deargentamus, uel deauramus, incoquere dicimur: unde uafa ænea plumbo uel ſtanno ad ignem illita, ut edullijs ſaporem gratiorē reddant, incoſtilla dicuntur. Plin. lib. 34. cap. 17. 3. *Album plumbum incoquitur æreis operibus Galliarum inuento, ita ut uicē diſcerni queat ab argento: eaq; incoſtilla uocant.* Deinde æ argentarium incoquere ſimili modo ceperē equecrum maximè ornamentis, iumentorumq; iugis.

Incoctus, Adiectiuum (ἀδουρβιου) *Simul coctus.* Plin. lib. 18. cap. 11. 13. *Candorem autem ei pro creta lactis incocti miſtura conſert.*

Cruor incoctus herbis. Hor. *Epod.* 3. 2.

Incoctæ mulieres dicebantur plus æquo calamitſtris uſtæ. Feſtus.

Mauri incocti corpora. Silius lib. 17. 128.

T 2 Incoctus

Incoctum generoso peccatis honesto. Perf. Satyr. 2. 8.
 Spicula incocta cerastis. Silius lib. 15. 135.
 Vellera incocta Tyrios rubores. Virg. 3. Georg. 61.
 Incoctum aliquid dare. Plaut. Mil. 5. 53.
 ¶ Incoctile, incoctilis, penult. corrept. (ἰνκοκτῆ) Vide pau-
 lo ante incoquere.
 Incondio] incondias, incondiare, In cor inmittere, et suade-
 re. Plaut. Cist. 2. 100. Antiquum.
 Incorporalis] et hoc incorporale, penult. product. Adie-
 ctivum (ἀπορροσ) Quod non habet corpus. Quintilia-
 nus lib. 5. cap. 10. Ius, quod sit incorporale, apprehendi ma-
 nu non posse.
 Incorporale. Senec. epist. 91. Deinde a corporibus se ad incor-
 poralia transtulit.
 ¶ Incorporalitas, penultima correpta, huius incorporalitatē,
 fecit. gen. Macro. in Somn. Scipion. lib. 1. cap. 5. Occurrit
 prima perfectio incorporalitatē in numeris. Et alibi fre-
 quenter.
 ¶ Incorporatus, aliud Adiectivum (ἀπορροσ) Quod forma
 et corpore caret. Cic. 3. de Finib. 70. Omnis ista incorpo-
 rarum rerum estimatio. In nonnullis legitur, ista rerum in
 corpore harum estimatio: in alijs, in corpore sitarum esti-
 matio. Gellius lib. 5. cap. 15. Corpuse sit uox, an incorpo-
 reum: hoc enim uocabulum quidam sinxerūt proinde quod
 Græcè dicitur ἀπορροσ.
 Incorporato] incorporas, pen. corr. incorporare. Solinus ca-
 pite 35. Regionem partim tenent barbari, quibus per arti-
 fices plagarum figuras, iam mde a pueris uaria animalium
 effigies incorporantur.
 Incorreptus] Adiectivum (ἀδιόρθωτος) ut, Opus incor-
 reatum. Ouid. 3. Trist. eleg. 14. 5.
 Incorrumpus] Adiectivum (ἀφθαρτος) Plin. lib. 13. capite 9.
 3. Nec minus spina celebratur, quoniam incorrupta etiam
 in aquis durat.
 Animus incorruptus. Cic. 1. Tusc. 68.
 Custos incorruptissimus. Hor. 1. Serm. Satyr. 6. 17.
 Incorrumpior custos canis. Colum. lib. 7. cap. 12. 1.
 Incorrumpum genus disciplina. Liu. 1. ab Vrbe, 75.
 Integritas Latini sermonis incorrupta. Cicero de claris Ora-
 toribus, 68.
 Incorrupta contra omnia uitia materia. Plinius libro 13. ca-
 pite 18. 2.
 Incorrupta opinio, Firma et integra. Matius ad Ciceronem, li-
 bro 11. 28. 1.
 Sanitas incorrupta. Cic. de Optimo gen. orat. 14. 5.
 Succus sanguinis incorruptus. Cic. de clar. Orat. 18.
 Incorrumpus atq; integer testis. Cic. 1. de Fin. 107.
 Virgo incorrupta. Cic. in Orat. 35.
 Incorrumpu uox bene iudicantium. Cic. 3. Tusc. 6.
 Purus et incorruptus. Vitiosus et corruptus, contraria. Cicero
 de claris Orat. 141.
 ¶ Incorrumpē, Aduerbiū (ἀφθαρτῶς) ut, Incorrumpē, atque
 integrē iudicare, hoc est, iuste et sine fauore. Cicero. 1. de
 Finibus, 4. 5. Idem pro Marcel. 17. Incorrumpus de aliquo
 iudicare.
 Incoxo] incoxas (ἰνκοξῶ) incoxare, In coxam sedere.
 Pacuilius, Adeo incoxanti mihi pes obstupuerat. Pompo-
 nius Panmucalis. Neq; interim cacandi causa unquam in-
 coxauit nate. Nonius.
 Increbresco] increbrescis, increbui uel increbui, remoto r,
 post b (ἀναβρῶ) increbrescere, Dimulgari, palam
 fieri. Plaut. Merc. 21. 9.
 Nam ubi mores deteriores increbescunt in dies, etc.
 Increbescit fama uel rumor: hoc est, Augetur et imotescit.

I N C
 Liu. 7. ab Vrbe, 49. Idem 4. bell. Pun. 50.
 Nomen increbescit Latio. Virg. 8. Aeneid. 3.
 Increbuit res prouerbio. Liu. 8. ab Vrbe, 41.
 Increbuit sermo, et increbuit apud. Cicero de Opt. gen. orat.
 14. 6. Idem in Orat. 3. 6. Nunc apud oratores iam ipse nune-
 rus increbuit.
 Aura increbuit. Hor. 2. Serm. Satyr. 5. 19.
 Increbuit Auster: hoc est, auctus est, et uehementior factus est.
 Cef. 3. bel. Ciuil. 103.
 Ventus increbescit: cura ut ualeas. Cic. ad Trebatium, libro 7.
 21. 6. Hoc est, uehementius perflat.
 Vnde magis increbescunt. Catul. Argon. 59. 55.
 Increbuit consuetudo: hoc est, inualuit. Cic. 14. Philip. 392.
 Increbuit disciplina. Cic. 4. Verr. 5.
 Pugna aduersa increbescit. Sil. lib. 10. 1.
 Incredibilis] et hoc incredibile, penult. corr. (ἀπίστευτος)
 Quod credi non potest. Terentius Eunuchus, 5. 9.
 19. Di uestram fidem, incredibilia Parmeno modò que
 narraui.
 Incredibilis sum. Plautus Bacchid. 14. 3. Id est, non credi-
 tur mihi.
 Incredibilis celeritas. Cic. 7. Verr. 70. Idem ad Atticum, libro
 5. 10. 4. 3. Itaque incredibile in modum concursus sunt ex-
 agris.
 Eloquentiam incredibilem consequi. Cic. 2. de Orat. 1.
 Furor incredibilis et singularis. Cic. pro Sylla, 56.
 Modo incredibili consentire. Hor. 2. Carm. ode 17. 5.
 Peruersitas incredibilis. Cic. Lent. lib. 1. 7. 12.
 Credibilis et incredibile res, contraria. Cicero 2. de Inuent-
 tione, 150.
 Singularis et incredibile uirtus. Cic. Att. lib. 14. 313. 3.
 Incredibile et falso memoria proditum omnibus hoc uideba-
 tur. Cic. pro leg. Manilia, 28.
 Incredibile est que ego illos scio oppositis Gallorum castris in-
 estituisse fecisse. Cic. Throni, lib. 16. 27. 3.
 Incredibile audita à Cicerone dictum, et c. Cicero 6. Phi-
 lipp. 222.
 Incredibile memoratu quam facile coaluerint. Salust. in Catil.
 Id est, incredibile dictu.
 Incredibile et probabile. Cic. in Parad. 4.
 Incredibilis et singularis, et diuina uis ingenij. Cicero 1. de
 Orat. 84.
 ¶ Incredibiliter, pen. corr. Aduerbiū (ἀπίστευτως) Cic. de Se-
 nec. 46. Venio nunc ad uoluptates agricolarum, quibus
 ego incredibiliter delector, etc.
 ¶ Incredulus, penultima corrept. Adiect. (ἀπίσθλος) Horatius in
 Arte, 39.
 Quodcumq; ostendis mihi sic, incredulus. Quint. lib.
 10. Veluti increduli quidam, et de ingenio suo pessime
 merui. Hoc est, Qui difficillimè assentiuntur.
 ¶ Incredulitas, pen. corr. incredulitatis (ἀπισθλία) Martianus
 in L. mariti lenocinium ff. ad leg. Iuliam, de Adulterijs. Tunc
 autem puniendus est maritus eius quum excusare ignoran-
 tiam suam non potest, uel adumbrare patientiam pretextu
 incredulitatis.
 Incrementum] Vide Increfco.
 Increpo] increpas, pen. corr. increpui, increpitum, pen. corr.
 rep. (ἐπιτιμῶ) increpare, increpitum uel sonum emittere. Virg. 9.
 Aeneid. 101.
 At tuba terribilem sonitum procul ære canoro
 increpuit. Plaut. Amph. 14. 20. Si minusculo digito
 increpauerint fores. Liu. 1. ab Vrbe, 103. Vt primo statim con-
 cursu increpuere arma, micantesq; fulsere gladij, horror, etc.
 Increpui

I N C
 increpui hybernium, et fluctus moui maritimos. Plaut. Rud.
 2. 69. Id est, sonitum adci uentorum, ut hyberno solet fie-
 ri tempore.
 Ictu uerberis increpuit. Ouid. 14. Metam. 164.
 Stimulo tardos increpuisse boues. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 6.
 Vnde increpuit latus carinæ. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 26.
 Lyraui increpuisse digitis. Ouid. epist. 3. 24.
 Iupiter atris increpuit nubes. Ouid. 12. Metam. 11.
 Increpuit suspicio, Audita est, uel relata est, per translationem.
 Cic. pro Murena, 20.
 Increpare, Reprehendere, sed ueluti cum crepitu, hoc est, uer-
 borum pedumue strepitu: ut, Increpare arrogantiam alicui-
 us. Cic. 4. Acad. 133. Et tunc increpui et increpauit facit,
 ut nonnulli uolunt. Plaut. Amphit. 17. 25.
 Totus timeo, ita me increpuit Iupiter. Cic. ad Q. frat.
 lib. 2. 7. 6. Quum illius in me perfidiam increparet.
 Increpare aliquem auaritia. Sueton. in Caligula, cap. 39.
 Increpabatur hæc in eum. Salust. de Rep. ord. ad Casarem.
 Increpare probris. Liu. 3. bell. Pun. 209.
 Increpando exercitum. Liu. 2. ab Vrbe, 194.
 Increpare hostem. Liuus. Et uanis animis minisq; increpant
 hostem.
 Voce acri increpare aliquem. Lucret. lib. 3. 194.
 Increpare, Accusare. Cic. Hortensio, Tum Pseudomenus, Et so-
 ritem, et totam dialecticam aut illudis, aut increpas.
 Aetatem alicuius increpare. Cic. in Salust. 4.
 Eugam alicuius increpare. Cic. 2. de Orat. 109.
 Moras alicuius increpare. Ouid. epist. 1. 17.
 A cunctis increpor. Ouid. 3. Metam. 130.
 ¶ Increpulus, pen. corr. Participium (ἐπιτιμῶ) Obiurgat-
 us. Liu. 3. bel. Ciuil. 119. Qui post classem ad Iberum per
 pauorem desertam grauit increpui, etc.
 ¶ Increpito, increpitus, penult. corr. (ἐπιτιμῶ) increpitare,
 Requentatium, Arguere, Conuitari, inquit Festus. Clama-
 re, maledicere, insultare, ut ait Nonius. Virgilius lib. 10.
 Aeneid. 180.
 Hostis amare quid increpitus, mortemq; minaris? Cesar
 2. bel. Gall. 289, increpitare atq; incusare reliquos Belgas,
 qui, etc.
 Socij increpant. Virg. 3. Aen. 91.
 Audientius increpitans hostem. Stat. 11. Theb. 134.
 Increpitate aliquem moræ. Silius lib. 8. 52.
 Increpitare. Virgilius libro 4. Georgicorum, 28. Aetatem in-
 crepitans seram. Id est, causatus aetatem fuisse tardiuorem.
 Increfco] increfcs, increui, increui, pen. prod. (ἐπιτιμῶ) incre-
 scere, Valde siue magis crescere. Liuus
 lib. 13. Carcer ad terrorem increfcentis audacie media urbe
 imminens foro edificatur. Quint. lib. 8. cap. 4. Hoc genus
 increfcsit, ac fit manifestius, si ampliora uerba cum ipsis no-
 minibus, etc. Sueton. de claris Grammat. 3. Post hoc magis
 ac magis et gratia, et cura artis increuit. Plin. epist. 12. c.
 Increuerat ualeudo, quam temperantia mitigare tentauit.
 Celsus, Non modò increfcsere morbos, modò consistere, mo-
 dò minui. Virgilius 3. Aeneidos, 10. — hic confixum
 ferrea textit
 Telorum seges, et iaculis increuit acutis.
 Increfcsit audacia. Liu. 1. ab Vrbe, 150.
 Barba increfcsit genis. Lucan. lib. 2. 76.
 Increfcsente certamine. Liu. 10. ab Vrbe, 18.
 Dolor increuit. Ouid. 9. Metam. 141.
 Increfcsentibus uariè maculis ac uerrucis. Plinius libro 13. ca-
 pite 12. 8.
 ¶ Incrementum, incrementi (ἰνκοκρῶ) Augmentum. Quin-
 thelauri pars 2.

I N C
 497
 tilianus lib. 8. capite 4. de amplificatione, Incrementum est
 potentissimum, quum magna uidentur etiam que inferiora
 sunt. Cic. 2. de Finib. 46. Negat etiam summo bono afferre
 incrementum diem.
 Fluuij incrementa. Lucan. lib. 4. 28.
 Incrementum urbis. Liu. 1. ab Vrbe, 195. Sic, magnum touis in-
 crementum, apud Virg. eclog. 4. 10.
 Incremento augeti. Liu. 4. ab Vrbe, 37. Vide Augco.
 Incremento ingenti res auctæ. Liu. 1. ab Vrbe, 150.
 Incrementum capere. Vide Capio.
 Dare incrementum alicui rei. Quintilianus lib. 3. cap. 2. 1.
 Incrementa, semina unde aliquid crescit. Ouidius 3. Metam
 morph. 21.
 — motæq; iubet supponere terræ
 Vipereos dentes, populi incrementa futuri.
 Incruentus] Adiectivum (ἀκρῆτος) ut, Victoria incru-
 enta, in qua nullus cruor effusus est, nulli aut pauci occisi
 sunt. Liu. 7. bel. Pun. 83. Idem 7. ab Vrbe, 72. Nec Romanis
 incruenta uictoria fuit, quarta pars militum amissa.
 Incruento milite uictoria. Liu. 8. ab Vrbe, 146.
 ¶ Incruentatus, penultima producta, aliud Adiectivum (ἀκρῆ-
 τος) Tacit. libro 20. Disceserant obfessores, mistus ex
 ex Catis, Vtipijs, Mattiacis exercitus, satietate præde, nec
 incruentati.
 Incrusto] incrustas (κρῆστος) incrustare, Crustam ducere,
 siue crustam applicare. Varro 3. de re Rust. cap. 14. 4. Has
 quoq; saginare solent, ita ut ollam cum foraminibus incru-
 sent sapæ et farre.
 Syncerum cupimus uas incrustare. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 14. Id
 est, uirtutum quasi uitium interpretamur. Budæus.
 ¶ Incrustatio, incrustationis (κρῆστος) Verbale, Crustæ præ-
 riet, aut pauimento, aut usi applicatio.
 Incrustationem materiariam, Galli Lambriffuram uocant.
 Budæus.
 Incubo] incubas, pen. corr. incubui, incubitum, et incubat-
 ui, incubatum, pen. corr. (ἐπιτιμῶ) incubare, absoluit, uel cum datiuo, signifi-
 cat intus, siue super cubare. Plaut. Curcul. 2. 61.
 — hic leno agrolis incubat. Virg. lib. 4. Aen.
 Incubuiq; thoro, dixitq; nouissima uerba.
 Incubant ab omnibus spondis transuerse, præclaræ contubet-
 nales. Quint. lib. 4. cap. 2. 87.
 Incubare stramentis. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 24.
 Incubauit, Præteritum. Plin. lib. 11. cap. 16. 4. Nam nisi incubat-
 uere, fauos liuidos faciunt. De apibus.
 Incubare proprie, inquit Seruius, dicuntur ij qui dormiunt ad
 accipienda responsa. Virg. 7. Aeneid. 18.
 Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit, etc. Plaut. Cur-
 cul. 6. 16.
 Nanq; incubare te satius fuerat ioui. Hoc est, dormire in
 Capitolio, ut responsa possis accipere.
 Incubare pecunie alicui spe atq; animo, pro inhiare, et tam ue-
 hementer cupere. Cic. pro Cluent. 57. Liu. 6. ab Vrbe, 67.
 Liberes fenore plebem Romanam, et istos incubantes pu-
 blicis thesauris ex præda clandestina euoluas.
 Aurò defisso incubare. Virg. 2. Georg. 102.
 Diuitijs soli incubare repertis. Virg. 6. Aen. 122.
 Incubare, pro incubere. Liuus, incubans cortici, scilicet do Ty-
 beri ad urbem deferretur.
 Acies incubuit. Vide Acies.
 Mens incubuit dolori. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 5.
 Nox ponto incubat. Virg. 1. Aeneid. 19.
 Metus incubat amens. Lucan. lib. 2. 6.

is. 6. Id est, male loquuntur de ea malevoli.
 Incurrere in urbanitatem facetosam hominum. Cicero 2. de Finibus, 165.
 Incurrere præter spem, inuadere ex destinato. Cic. pro Sestio, Ve non in eum inuasisse, sed incurrisse uideamur.
 Incurrit suspicio fraudis, ab soluit. Papin. in Lab. herede. ff. de separationibus.
 Incurrit hic et alia suspicio. Tryphon. in l. bona fides. §. j. ff. de positi. vel cont.
 Incurrere Circensibus natalem alicuius. Suet. in Tiberio. Id est, in eum diem incidere. Budæus.
 Incurrere in diem. Cic. ad Att. lib. 7. 127. 3. Tua nō est quem in diem incurrat nescio.
 Acies incurrun. Silius lib. 4. 29.
 Armis densis incurrimus. Virg. 2. Aeneid. 82.
 Hastis aduersis incurrire. Virgil. 11. Aeneid. 123.
 Vsi incurrun armentis. Ouid. 7. Metam. 111.
 ¶ Incurritur, impersonale (ἐπιβαλλεται) Iuuenal. Satyr. 6. 33. Si nihil est, seruis incurritur.
 ¶ Incurfusus (ἐπιβαλλεται) erat, tenuit uestigia tellus. Ouid. 5. Metam. 40.
 ¶ Incurfusio, Verbale (ἐπιβαλλεται) Occursio rerum inter sese. Cic. 1. de Nat. deor. 158. Quomodo sine ulla intermissione pulsatur, agiteturq; atomorum incurfusione sempiterna.
 Incurfusio militum in agros hostium. Cic. pro Cecina. 33. Incurfusio atq; impetus armorum. Caesar 5. bell. Gall. 3.
 Incurfusionem facere, Facere impetum. Liu. 1. ab Vrbe, 45.
 Incurfusio seditionis, impetus. Cic. pro Cluent. 82.
 ¶ Incurfusio, huius incurfusio (ἐπιβαλλεται) Plin. lib. 8. cap. 42. 13. Vnde equis solutum capere incurfusio trahitur arte.
 Luporum incurfusio. Virg. 3. Georg. 81.
 Incurfusio militum. Cic. pro Cecina. 16.
 Vis et incurfusio pluriarum, impetus et uehementia. Columel. lib. 4. cap. 17. 6.
 Incurfusio folis. Colum. lib. 1. cap. 6. 15.
 Granis incurfusio. Tacit. lib. 4.
 Incurfusio omni de parte timendi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 6.
 Sustinere incurfusio. Ouid. 3. Metamorph. 17.
 Vndarum incurfusio sonat unda. Ouid. 11. Metamorph. 100.
 ¶ Incurfusio, Aduerbum, Celeriter. Cecilius Fallacia, Nullus sum, nisi meam rem iam omnem propero incurfusio perde-
 re. Nonius.
 ¶ Incurfusio, incurfusio (ἐπιβαλλεται) incurfare, frequentatium, Currendo petere et offendere. Plaut. Aulul. 7. 57. Afini me mordicibus scindant, boues incurfent cornibus. Ouid. 2. Met. 40. — atq; sub ethere fixis incurfanti stellis.
 Fortius incurfanti Tyrj. Stat. 8. Thebaid. 32.
 Incurfate aciem. Tacit. lib. 19.
 In fortunat omnium incurfate. Author ad Herenn. lib. 4. 210.
 Incurfate aduersis cornibus. Plin. lib. 9. cap. 31. 3.
 Incurfat color alij colori, Contendit et pugnat siue certat. Plinius lib. 28. cap. 8. 23.
 Incurfabit in te dolor meus. Cic. ad Attic. lib. 12. 256. 2.
 ¶ Incurfatus, incurfatus (ἐπιβαλλεται) Quod incurfat. Plin. lib. 11. cap. 37. 23. Natura oculos composuit lubricos propter incurfantia, et mobiles.
 ¶ Incurfatus, incurfatus, penult. corrept. incurfatus. Seneca, 2. de Ira, Multa caligine incurfantem, uasantem, fugantemq; ibidem, Properanti in multos incurfantandam est. Significat offensare.
 ¶ Incurfatus, Passiuum. Liu. lib. 4. bell. Pun. 185. Agmenq; Romanum impune incurfatum ab equitibus hostium fuerat. Id est, incurfatione vexatum.
 Incuruus] Adiectiuum (ἐπιβαλλεται, ἐπιβαλλεται) Idem quod

Curuus. Terent. Eunuc. 2. 3. 44.
 Incuruus, tremulus, labijs demissis. Plin. lib. 18. cap. 19.
 5. Arator nisi incuruus præuaricatur.
 Incuruus humeris. Plin. lib. 11. cap. 52. 2.
 Incuruus arbor. Plin. lib. 12. cap. 25. 3.
 Incuruum et leuiter a summo inflexum bacillum. Cic. 1. de Diuinatione, 58.
 Carina incurua. Ouid. 15. Metam. 129.
 Metæ incurua. Stat. 5. Sylu. 2. 6.
 ¶ Incuruus, incuruus (ἐπιβαλλεται, ἐπιβαλλεται) incuruare. Plin. lib. 16. cap. 42. 1. Robur, olea incuruantur, ceduntq; ponderi.
 Cic. 2. de Fin. 57. Incuruatum bacillum.
 Arcus incuruant ualidis uiribus. Virg. 5. Aeneid. 99.
 Membra incuruata. Ouid. 6. Metam. 50.
 ¶ Incuruesco, incuruesco (ἐπιβαλλεται) incuruescere, Curuari. Cicero 1. Tuscul. 108. Ramos baccarum lubertate incuruescere. Ex poeta.
 Incus] Incudis, pen. prod. f. g. (ἐπιβαλλεται) Instrumentum fabricarum ferriarum super quod aliquid cuditur. Plin. lib. 33. cap. 4. 14. Incudibus non resistit. Cic. 1. de Natur. deor. 75. Ex quo efficiuntur hæ rerum forme atq; figuræ, quas nos effici posse sine sillibus et incudibus non putatis.
 Gladios parante incade. Iuuen. Satyr. 10. 14.
 Medijs incudibus ablatum opus. Ouid. 1. Trist. eleg. 6. 6.
 Duris incudibus imposti enses. Virg. 2. Georg. 105.
 Incudi reddere uersus male tornatos, per translationem. Hoc est, emendare et expolire. Horat. in Arte poet. 89.
 Tundere incudem. Cic. 2. de Orat. 88.
 Inculo] Incusare, penult. prod. (ἐπιβαλλεται, ἐπιβαλλεται) Incusare, Reprehendere alterius mores, et plerunq; cum querela, quod ab illo iniuriat affectus, ut ait Valla lib. 6. reprehendens Seruium. Terent. Heaut. 5. 2. 7.
 Quid me incusas Clitiphos? Idem Phorm. 3. 17.
 Equidem here nos iam dudum hic te absentem incusamus qui abieris. Caesar 1. bell. Gall. 161. Omniumq; ordinum ad id concilium adhibitis centurionibus uehementer eos incusauit. Sic lib. 2. 285. Increpitare atq; incusare reliquos Belgas, qui se, &c.
 Incusabo te probri. Plaut. Trucul. 4. 5.
 Voce magna incusat Latinum. Virg. 12. Aeneid. 117.
 Querelis incusat fura. Stat. 1. Achill. 88.
 Intemperiem celi incusantes. Corn. Tacitus.
 ¶ Incusatio, Verbale (ἐπιβαλλεται) Cic. 3. de Orat. 59. Quorum partim habent uitiorum et peccatorum aciem quandam cum amplificatione incusationem aut querelam, &c.
 Incusoditus] penult. prod. Adiectiuum (ἐπιβαλλεται) Martial. lib. 1. 118.
 Incusoditis et apertis Lesbia semper Lumibus peccas.
 Boves incusodite. Ouid. 2. Metam. 137.
 Ouille incusoditum. Ouid. 1. Trist. eleg. 5. 2.
 Incusos] penult. prod. (ἐπιβαλλεται) Adiectiuum ab Incudo. Virg. 1. Georg. 55.
 — lapidemq; reuertens Incusum. Seruius. Id est, manulem molam eudendo asperatam.
 Incutio] incutis, penultima corrept. incuti, incussum (ἐπιβαλλεται) incutere, Ex In et Quatio, quatis significat Inijcere, et cum quodam impetu projicere.
 Incutere scipionem eburneum in caput alterius. Liu. 5. ab Vrbe, 187.
 Incutere pedem terre. Quintil. lib. 2. cap. 13. Id est, ferire terram pede.
 Incutere colaphum. Iuuen. Satyr. 9. 1.

incutere

Incute pollicem limini. Plin. lib. 7. cap. 53. 3.
 Incute, ad inanimata transfertur. Cic. de Vniuersit. 47, Ritusq; emorsu errore incutit rationis expertibus.
 Desiderium urbis incute alicui. Horat. 1. epist. 14. 5.
 Metum incute. Liu. 2. ab Vrbe, 79.
 Morbum incute amicis. Plaut. Trinum. 4. 30.
 Morbos incute alicui. Lucret. lib. 6. 155.
 Negotij aliquid incute alicui. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 16.
 Nuntium alicui incute. Liu. 2. ab Vrbe, 37.
 Patrem incute. Liu. 7. bell. Pun. 226.
 Pigrum incute. Liu. 1. bel. Maced. 134.
 Pudorem incute alicui. Horat. 1. epist. 19. 17.
 Religionem incute. Liu. 9. bell. Pun. 54. Ibidem, lib. 2. 180, Claudijq; Consulis primo Punico bello memorata naualis cladis religionem animo incusit.
 Terrorem Patribus incute. Liu. 3. ab Vrbe, 15. et lib. 7. 61.
 Timorem incute. Cic. 2. de Orat. 115.
 Vim uentis incute. Virg. 1. Aeneid. 15.
 ¶ Incussus (ἐπιβαλλεται) Participium, siue nomen ex participio. Plin. lib. 22. cap. 14. 1. Medetur cum mica salis, contussis, incussisq; mulsis, et strumis.
 Indago] Indagare, pen. prod. (ἐπιβαλλεται, ἐπιβαλλεται) Indagare, ab In et Ago compositum, et interpositio, euphoniae gratia, Venatorum more inquirere. Plaut. Merc. 12. 38.
 — eo si pacto possit indagari
 Mulier. Cic. in Orat. 6. Reprehendent quod inusitatas uias indagemus, tritas relinquamus.
 Indagare, inuenire, et ueluti ex tenebris eruere. Cicero. de leg. Agraria. 1.
 Indagare et odorari. Cic. 4. Verr. 93.
 Indagare et patefacere indicia. Cic. pro Milone, 78.
 Omnibus uestigijs indagare aliquid. Cic. Att. lib. 2. 2. 1.
 ¶ Indagatio, Verbale (ἐπιβαλλεται) Cic. 4. Acad. 229. Indagatio ipsa rerum, &c.
 Indagatio et mentio ueri. Cic. 1. Offic. 25.
 ¶ Indagator, pen. prod. (ἐπιβαλλεται) Aliud uerbale masculinum. Colum. lib. 9. cap. 8. 9. Sed indagatorem conueniet matutina tempore uestigandi eligere.
 Indagator aquarum. Colum. lib. 2. cap. 2. 16.
 ¶ Indagatrix, pen. prod. Verbale factum. (ἐπιβαλλεται) Cicero 5. Tuscul. 7. O uite philosophia dux, uirtutis indagatrix, expulatrixq; uitiorum.
 ¶ Indagatrix, Aduerbum (ἐπιβαλλεται) Col. lib. 5. cap. 1. 2. Boni uenatoris est indagare, uter quamplurimas feras capere.
 ¶ Indago, pen. prod. Indaginis, factum gen. (ἐπιβαλλεται) Inuestigatio, inquisitio, proprie uenatorum. Plin. li. 9. cap. 7. 1. In qua sententia fuisse Aristotelem uideo, et ea multis persuasissime doctrine indagantibus.
 Indago, Series piagarum saltus cingentium. Virgilius 4. Aeneidos 25.
 — saltusq; indagine cingunt. Cef. 8. bel. Gall. 67. Syluis undiq; impeditissimis, aut altissimo flumine uel indagine nuntium. De quodam campo. Lucan. lib. 6. 9.
 Et syluas, uastatq; feras indagine claudit. Hic (inquit Budæus) Lucanus per metaphoram indaginem uocauit fossam, et turrim munitarum seriem.
 Armata indagine lustrare omnem prospectum. Statius 12. Theb. 91.
 Indago, per translationem. Tacit. lib. 13. Rome testamenta et orbos uelut eius indagine capi. Id est, captatorem esse orborum, ita ut nullas captiones eius inuadat. De Seneca. Hæc Budæus.
 Indagine pœnarum cingi: id est, ambitu. Plin. in Panegy. 56.

Inde] Aduerbum de loco (ἐπιβαλλεται) Terent. Andr. 2. 2. 31.
 Etiam puerum inde abiens conueni Chremis. Ibidem, 1. 1. 110. Redeo inde iratus atq; ægrè ferens. Liu. lib. 1. Primò in Macedonia uenisse, inde in Siciliam quaerentem sedes delatum. Plaut. Pseud. 9. 30. Quia uidere inde esse. Cicero. ad Atticum, libro 9. 1. 90. 2. Qui autem ueniunt inde, id modò nuntiant. Id est, illinc.
 Inde, ad res relatum. Plaut. Amphit. 4. 275. Cadus erat uini, inde impleui cirneam. Id est, ex illo dolio. Cicero 1. de Inuent. 4. 1. Si unde necesse est, inde initium sumetur, De narratione breui.
 Inde, ad personam relatum. Plaut. Curcul. 15. 44. Terentius Adelph. 1. 1. 21.
 — uxorem duxit: nati filij
 Duo. inde ego hunc maiorem adoptauit mihi.
 Inde, pro Ob id, ob eam rem, propterea. Terent. Heaut. 1. 1. 2.
 Quamquam hæc inter nos nuper notitia admodum est. Inde adeo, quod agri in proximo hic mercatus es. Plin. epist. 125. a. lib. 7. Incredibile est quanto desiderio tui tenear. In causa, amor primium: deinde, quod non consueuimus abesse: inde est, quod magnam partem noctium in imagine tua uigil exigo: inde quod, &c.
 Inde, pro Deinde. Liu. 1. ab Vrbe, 19. Crimini maxime dabant Numitoris agros ab his impetum fieri, inde eos collecta inueniunt manu hostilem in modum prædas egerit.
 Quid tum inde? Cic. pro Muræna, 22.
 Abs te inde. Plaut. Pseud. 19. 7.
 Nunc uiginti sana ac salua sunt tibi
 Hodie, quas abs te inde est insipulatus Pseudolus.
 Inde ab incute et te cum animo depugnat suo, uel ab incunabulis. Plaut. Trin. 6. 24. Liu. 4. ab Vrbe, 157. Et iam inde ab incunabulis imbutum odio Tribunorum.
 Iam inde ab initio minime latus nouæ origine urbis. Liu. 1. ab Vrbe, 7.
 Inde usq; Cic. pro Archia, 1. Quod longissime potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, et pueritia memoriam recordari ultimam, inde usque repetens, hunc uideo mihi principem, &c.
 Indebitus] pen. corr. Adiectiuum (ἐπιβαλλεται) ut, Fletus indebitus. Senec. Herc. Oetheo. 14. 15.
 — indebitus nato quidem
 Compescere fletus mater Alcide inclyti.
 Præmia magna quidem, sed non indebita posco. Ouidius epistol. 15. 4.
 ¶ Indebitum, indebitum, pen. corr. Substantiuum, Non debitum. Paulus in l. si procurator. ff. de cond. indeb. Si procurator tuus indebitum soluerit, et id tu ratum habes, &c.
 ¶ Indebitum, pen. corr. Aduerbum. Paulus in l. cum de indebito queritur. ff. de probat. Nisi euidentissimis probationibus inscriptis habitis, ostendere paratus sit, sese hæc indebitum promississe.
 ¶ Indebitum, aliud Aduerbum. Vlpian. in l. cum duo pro reo. ff. de cōdict. indeb. Quibus personis tria indebitum soluta sunt.
 Indecens] pen. corr. indecentis, omn. g. (ἐπιβαλλεται, ἐπιβαλλεται) Quod non decet, uel est præter decorum. Mart. lib. 5. 14.
 Oculiq; ludos spectat indecens uno.
 Indecentissimus. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 9. Indecentissimum sponsaliorum genus est adulterium.
 ¶ Indecenter, Aduerbum (ἐπιβαλλεται) Plaut. Merc. 18. 17. Nec tolerant, ut æquum est, patres sed clamant, indecenter obstrepunt.
 ¶ Indecet (ἐπιβαλλεται) Plin. epist. 1. a. lib. 3. Nam iuuenes adhuc confusa quædam, et quasi turbata non indecent.
 Indeclinabilis] et hoc indeclinabile, penultima correpta. (ἐπιβαλλεται) Quod declinari, uel uitari non potest. Gellius lib. 6.

lib. 6. cap. 2. Fatum, est sempiterna quaedam & indeclinabilis series rerum.

Indeclinabilis infamia, apud Senec. epist. 78. Item epist. 67, indeclinabilis animus, pro Constanti & qui nunquam uariatur.

Indeclinatus, penult. prod. (ἀντιπαρα) Ouidius 4. de Ponto, eleg. 10. 17.

Hec tibi qui prestas indeclinatus amico, &c.

Indeclinata amicitia, Constant. Ouid. 4. Trist.

Indecoris & hoc indecore, pen. cor. (ἀνεπίσημος) Vel Indecor, indecoris, pro Indecoro, apud antiquos, Nonio teste, reperitur. Accius Athamante, cuius sit uita indecoris, mortē fugere turpe haud conuenit. Virg. 12. Aeneid. 5.

Nec genus indecores. Idem lib. 7.

Non erimus regno indecores. Seruius, Aut fistole est: aut certe dicimus nominatum non inueniri, ut in multis nominibus.

Indecorus, indecora, indecorum, pen. prod. (ἀνεπίσημος) Decoro contrarium uel.

Indecora lasciuia ludere. Plin. lib. 18. ca. 35. 21. Cic. 1. Offic. 13. 4. Et iusta omnia decora sunt iniusta contra, ut turpia, sic indecora. Sic, 3. de Finib. 2. 1. Si nihil malum, nisi quod turpe, in honestum, indecorum, prauum, &c.

Indecorus questus. Liu. 1. bell. Pun. 250.

Indecorus uisus. Plin. lib. 13. cap. 12. 5.

Indecore, pen. prod. Aduerbium (ἀνεπίσημος) Turpiter. Cic. 1. Offic. 23. Caueat; ne quid indecore, effeminatē faciat. Ibidem 160. **Ut ea si non decore, at quam minimē indecore facere possimus.**

Indefatigabilis penultima correpta. Seneca libro 2. de ira. Alius contentus breui somno, uigilium indefatigabilem extendit.

Indefensus Adiectiuum (ἀνεπίσημος) Non defensus, Sine defensione. Liu. 4. ab Vrbe, 12. 1. Suos increpas clara uoce. Hic praebitur (inquit) uos telis hostium estis indefensi, in multis Plin. lib. 18. cap. 7. 5. indefensa quippe membranis continentur.

Indefessus Adiect. (ἀνεπίσημος) Non fatigabilis. Ouidius 9. Met. 40. — ego sum indefessus agendo.

Indefinitus penult. prod. Adiectiuum (ἀνεπίσημος) Obscurus & perplexus. Gell. lib. 16. cap. 4. indefinitus, in explicabilisq; sermo fiet.

Indefectus penult. prod. Adiectiuum (ἀνεπίσημος) Ouid. 7. Metamorph. 125.

Qui lachryment desunt, indeflecteq; uagantur Natorum matrumq; anime, inueniuntq; senumq;.

Indeflexus indeflexa, indeflexum (ἀνεπίσημος) Quod non flectitur. Plin. in Paneg. 8. iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris, ad hoc atatis indeflexa maturitas.

Indefectus pro non deiecto. Ouid. 1. Metam. 58.

Si qua domus mansit, potuitq; resistere tanto Indefecta malo.

Indelebilis pen. corrept. Adiectiuum (ἀνεπίσημος) Ouid. 15. Metamorph. 176.

— nomenq; erit indelebile nostrum.

Indelibatus penult. prod. Adiectiuum (ἀνεπίσημος) Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 6.

Dum uiuat & uultu ridet fortuna sereno, Indelibatas cuncta sequuntur opes.

Indemnatus penult. prod. Adiectiuum (ἀνεπίσημος) Plaut. Curc. 15. 17.

— pro deum atq; hominum fidem,

Hoc me pacto indemnatum atq; intestatum me arripit, nullā sententiā in me lata. Cic. 7. Ver. 10. **Ut quam dā-**

natis seruis cruceam fixeras, hanc indemnatis ciuibus Romanis reseruare?

Indemnitas immunis à damno. Senec. de Vita beata, Liber 1. ris, iustus, indemnus, nihil frustra tētabis, nihil prohibebris. Idem epist. 9. Qui per ferrum, & ruinas, & ignes illeus & indemnus euasit. Vlpian. in l. bona fide. ff. de noxal. action. Vel officio iudicis consequetur, ut indemnitas maneat.

Indemnitas, pen. cor. indemnitas (ἀνεπίσημος) Damni uitandi ratio. Papin. in l. fideiussor. ff. de negotijs gestis. Fideiussor imperitia lapsus, alterius quoq; contractus qui personam eius non contingebat, pignora uel hypothecas suscepit, & utranq; pecuniam creditori soluit, existimans indemnitas suae confusus praedij consuli posse.

Indeploratus pen. prod. Adiect. (ἀνεπίσημος) Idem quod indefletus. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 9.

Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri, Indeploratum barbara terra teget. Idem 11. Met. 135.

Indeprouatus pen. prod. Quod non corrumpitur. Seneca epist. 77. Si uia indeprouata uirtus est, & sui iuris permauet, solum bonum est uirtus.

Indeprecabilis & hoc indeprecabile, pen. cor. (ἀνεπίσημος) Quod nullis precibus potest exorari. Gellius, Et poena indeprecabilis subeunda esset.

Indeprehensibilis pen. cor. Quinil. Declam. 4. Nec per uarias ambages, indeprehensibilem sparsit errorem. Idem Declam. 8. Inenarrabile, indeprehensibile est.

Indeptus Vide Indipiscor.

Indertus Adiect. (ἀνεπίσημος) Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 11. Inferta meo pectore regna gere.

Indesces pen. prod. indefectus (ἀνεπίσημος) Contrarium desid. Gellius lib. 7. cap. 22. Id profecto est stimandum est non omnino inculpatum, neq; indefectum usum esse, cuius corpus in tam inmodicum modum luxuriamq; exhiberassetq;.

Indefinenter Aduerb. (ἀνεπίσημος) pro Semper, & continuē. Varr. 2. de re Rust. cap. 9. 13. Elsi alter indefinenter eger est, ne sine cane grex sit.

Indespectus Non despectus, non uisus. Lucan. lib. 6. Indespecta tenet nobis qui tartara.

Indetonatus Adiectiuum (ἀνεπίσημος) Ouid. 4. Metamorph. 3. Additur his Nysius, indetonatusq; Thyoneus. Hoc est intonsus.

Indeuoratus pen. prod. Non omnino deuoratus. Martialis. lib. 7. epigr. 19. in Sanchram,

Indeuorato capite turturē truncum.

Indeuotus pen. prod. Iustin. in l. si quis argentum. S. ult. de donationibus, Ne non solum indeuotus, sed impius donator intelligatur.

Indeuotio. Vlpian. in l. 1. in fine. ff. de peni legata. Puto tamē sic uoluntatem testatoris sequendam, ut tota summa lico postquam cessauerit haeres dare penum uxori, praestetur haeredis indeuotione coerceda.

Index huius indicis, pen. cor. Vide Indico, indles.

India in Asia, Regio Orientalis, Asia terminus. Pomponius scribit tantum spatium litoris occupare, quantum per sexaginta dies noctesq; uel sicantibus cursus est. Tradunt in ea fuisse quinq; millia oppidorum. Ab Indo flumine sic appellata, in quem ab Occidentali plaga definit. Hec à Meridia no mari incipiens, adque Solis Occasum porrigitur, & à Septentrionibus usq; ad Carnusium montem prouenit. Gemmis abundat, capricanes & elephantos procreat, arbores habet semper frondentes, tellus bis fruges in anno ad maturitatem perducit. Piper, calamum aromaticum, & cinnamā ad nos mittit. Indi propē gentium soli nunquam emigrare re finibus suis illic binae astatas, lenes aures, temperies celli, hubertas

hubertas soli, aquarum abundantia: quae omnia faciunt, ut meliora in India quam in ceteris regionibus nascantur animalia. Virg. 1. Georg. 5. India mittit ebur.

Vasta & agrestis India. Cic. 5. Tusc. 113.

Decolor India. Seneca Hippol. 3. 15.

Dius India. Horat. 3. Carm. ode 2. 4. 1.

Tosta India. Catull. de Aeme & Septimio, epigr. 4. 2. 2.

Indus (Indus) Qui est ex India.

Dentes Indici est, elephantini. Ouid. 8. Metam. 58.

Colorati Indi. Virg. 4. Georg. 59.

Nigri Indi. Ouid. 1. de Arte, 11.

Odorati Indi. Silius lib. 17. 131.

Sitientes Indi. Virg. 4. Georg. 85.

Indos petere. Vide ad Seruas, in praepositione A. d.

Indicus, pen. cor. Adiect. (Indicus) Qui ex India est.

Indicos elephantos, maximos interpretatur Seruius apud Terentium in Eunuchio, Elephantis quem indicis praefecerat.

Aqua Indica. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 15.

Indicatio, **Indicatura**, **Indiciū** Vide Indico, indicas.

Indico Indicas, penult. cor. indicare (ἀνεπίσημος, λατρεύω) id est, patefacere. Terent. Andr. 1. 1. 105.

— ibi tum ex nimis Pamphilus Bene dissimulatam amorem & celatum ipdicat. Ibid. 5. 3. 7. Vide num eius color pudoris signum usquā indicat: Exitus rei hoc indicabit. Cic. 3. de Legib. 37.

Epularum solennium fides ac uis, saliorumq; uersus indicat. Cic. 3. de Orat. 109.

Verba aperte indicant. Cic. Bruto, 5. 5.

Mores indicat uultus. Cic. 1. de Legib. 4. 0.

Clarius indicare. Horat. 4. Carm. ode 8. 4.

Caustium suum temerarium indicare. Plancus Cicero, libro 10. 2. 1. 4.

Posteris nostris orationes alicuius indicare. Cicero de claris Oratorib. 181.

Signis indicare quid uelis. Ouid. 15. Metam. 13. 4.

Quod in primis te celatum uolebam, indicabo. Cicero Quinti. fratri, lib. 3. 2. 1. 5.

Indicare in uulgus, nefas est. Cic. de Vniuersit. 6.

Res ipsa indicat, id uel ex res ipsa apertissimū est. Terent. Adel. 3. 2. 4. Idem Eunuch. 4. 4. 38.

Indicare iter. Liu. 8. ab Vrbe, 123.

Indicare, Exponere. Plin. lib. 12. cap. 15. 4. Prius Arabiae diuitias indicare conuenit.

Indicare, Accusare. Donatus: indicat is qui de se uolens aliquid & de alijs etiam prodit. Terent. Eunuch. 5. 7. 13.

An poenitebit, si flagitij te auctore quod fecisset.

Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicaret. Cic. 3. Tusc. 90. Zeno proponatur Eleates, qui per passus est omnia patius, quam conscios delendae tyrannidis indicaret.

Indicare se & induere. Cicero pro Muren. 48. Atq; ille ut semper fuit apertissimus, non se purgauit, sed indicauit atque induit.

De aliquo, re indicare. Cic. pro Flac. 71.

Indicare de. Salust. Is quum diceret se indicaturum de coniuratione.

Rem omnem dominae suae indicauit puer. Cic. pro Cluent. 143.

Sine timore indicare aliquid. Cic. 3. in Catil. 53.

Malliam suam indicare. Cic. Varroni, lib. 9. 7. 1.

Se alicui indicare. Cic. de clar. Orat. 100. & 1. de Finib. 79.

Indicasse reū (inquit Vlpian. in l. indicasse ff. de uerb. signif.) est detulisse, arguisse, accusasse, conuicisse.

Coniurationem indicare. Cic. 1. de Diuin. 70.

Indicare (ἀνεπίσημος) Aestimare est, pretium rei uenalis statuere.

Est, autē uenditoris, sicut liceri emptoris. Plaut. Persa, 16. 32.

Indica, fac pretium. O. tua merx est, tua indicatio est. Ibid. 16. 109.

— tanti indica. Apul. lib. 1. Et percontato pretio, quod centum nummis indicaret, offertur, centum uiginti denarios praestinaui. Cic. 3. Offic. 81. Quis quidem Scæuola filius, quum postulasset, ut sibi fundus, cuius emptor erat, semel indicaretur.

Indicatus, penult. pro duct. Participium (ἀνεπίσημος) Patefactus, ostensus, accusatus.

Indicatus smaragdus sex aureis denarijs, quod barbarē appreciatius dicitur. Plin. lib. 37. cap. 1. 3.

Index, indicis, pen. cor. com. gen. (ἀνεπίσημος) Is uel ea, qui uel quae aliquid indicat uel accusat. Afoanius scribit indicem esse qui facinoris, cuius ipse est conscius, latebras indicat impunitate proposita. Cic. pro Cluent. 28. Extrahitur a domo latitans Oppianicus à M. uilio: index Aulius ex altera parte coram tenetur. Plaut. Merc. 3. 17.

Per me percuntatus sum, sincq; indice aliquo. Mart. libro 1. 49.

Indice non opus est nostris, nec uindice libris. Plaut. epist. 117. Alij ab indice nominati, se esse Christianos dixerunt, & mox negauerunt.

Accedere aliquem indici. Vide Accedo.

Index & uestigium alicuius rei. Cic. 7. Verr. 12. 6.

Index animi. Plin. lib. 8. cap. 16. 8.

Imago animi uultus est, indices oculi. Cic. in Orat. 33.

Libertatis index & belli. Cic. 2. de leg. Agrar. 20.

Index librorum (ἀνεπίσημος, ὀρθογραφία) Pro ijs quas tabulas uulgō uocamus. Cic. ad Attic. lib. 4. 73. 2. Etiam uellem mihi mittas de tuis librariolis duos, & c. ijsq; imperes, ut sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos uos Graeci (ut opinor) ὀρθογραφία, appellatis. Gell. lib. 20. cap. 11. Neq; ite desunt qui indices libris suis fecerunt.

Librorum indicibus decepti. Cic. 2. de Orat. 33.

Index morborum, sive est arteriarū pulsus. Hoc est, signa morborum ex pulsibus cognoscuntur. Plin. lib. 11. cap. 37. 8. 4.

Orationis indicem uocem habemus. Cic. 1. Offic. 185.

Index pectoris color & macies. Ouid. 9. Metam. 108.

Voluntatum uirga me uestrarum index uox. Cicero 2. de leg. Agrar. 20.

Herculis indicis sanum nominatum. Cic. 1. de Diuin. 96.

Sine duce, sine in dūce peruenire ad aliquid. Cic. 3. Verr. 73.

Index etiam l. pidis nomen. Ouid. 2. Metam. 7.

— periuicq; pectora uertit.

In durum silem, qui nunc quoq; dicitur index.

Indicium, indicij (ἀνεπίσημος, ἀνεπίσημος) Detectio alicuius criminis, sine accusatio. Cic. pro Cluent. 147. Tu periculum capias, tu indicium sceleris, tu fortunae alterius literis confertis, pias in iudicium offeras.

Indicium, Signum, argumentum, ut, Specimen hoc uirtutis, hoc inditum animi. Cic. Post. red. in Senatū, 6.

Spolijis raptis indutus. Virg. 10. Aeneid. 153. Torquem ceruici suae induere. Plin. de Viris illust. 28. Tunicam induere. Cic. 2. Tusc. 30. Induere soleas iumentis. Plin. lib. 33. cap. 111. 2. Induta forma hominum belluae. Cic. pro Sylla, 57. Induere postes pice, pro Illinere. Plaut. Most. 10. 42. Arbor induit frondes. Ouid. 7. Metam. 57. Arbos induerat se pomis. Virg. 4. Georg. 29. Induit se nux in florem. Hoc est, floribus uestitur et ornatur. Virg. 2. Georg. 38. Cic. 2. de Diuin. 64, loquens de anhelitibus terrae, Quum autem se in nubem induerint, eiusq; tenuissimam quinq; partem ceperint diuidere, et c. Indui fructu, dicuntur palmites arborum, quum fructibus onustis sint. Colum. lib. 5. cap. 5. Indui segetibus dicitur terra, quum frumentis onusta est. Plin. in Paneg. 48, Tantis segetibus induebatur, ut cum fructissimis terris, quasi nunquam cessura certaret. Animum bonis artibus non induerat. Tacit. lib. 15. Plurimum adulationis Scelenconses induere. Tacit. lib. 5. Auctoritatem induit uera sententis. Quint. lib. 4. cap. 1. 32. Diem induere. Tacit. lib. 5. Induere duritiam contra sensum. Plin. lib. 2.0. cap. 13. 2. Formam mortalem induitur Phobus. Ouid. 11. Metam. 41. Habitu, ac uoces dolentum simulatione magis, quam libere induebat. Tacit. lib. 4. Imaginem mortis induere, Dormire. Cic. 1. Tusc. 147. Sibi ingenium nouum in luere. Liu. 3. ab Vrbe, 137. Iras induere sibi. Sil. lib. 1. 8. Mores pudicos et seueros induere. Plin. lib. 28. cap. 8. 19. Nomen aliquod induere sibi. Cic. 2. de Fin. 116. Falsos pauores induerat. Tacit. lib. 20. Personam alterius induere. Quod barbarè in persona alterius loqui dicitur. Quint. lib. 6. Personam philosophi induere, et sibi ipsi hoc nomen inscribere. Cic. 5. Tusc. 104. Personam iudicis induere, Quod uulgo Representare dicitur. Cic. 3. Offic. 57. Proprijs personis induere. Quint. lib. 4. cap. 1. 33. Falsam sibi scientie persuasionem induerunt. Quint. li. 1. ca. 1. 7. Proritorem et hostem induere. Tacit. lib. 16. Seditonem induere. Tacit. lib. 2. Simulationem ingenij alicuius induere. Liu. 1. ab Vrbe, 246. Societatem alicuius inducere. Tacit. lib. 12. Speciem iudicij induere non poterat. Tacit. lib. 15. Speciem latronis induere. Liu. 10. bel. Maced. 48. Spiritus hostiles induere. Tacit. lib. 20. Vetusstatem induere. Plin. lib. 23. cap. 1. 27. Vultus seueros induere. Mart. lib. 2. 41. Induere sibi animi sui uultum. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 2. In mentes hominum induit cum audiendi quadam illecebra a pologos Aesopus. Gel. lib. 2. cap. 29. Legitur et Induxit. Induere aliquid in uultus ac terga ferarum. Virg. 7. Aen. 4. Induit se Reipub. Senec. 1. de Clement. Id est, implicuit. Induere se acutissimis uallis aut stimulis. Hoc est, inopinatum se conijcere in uallos. Caesar 7. bel. Gal. 291. Indui in penas. Quint. lib. 12. ca. 1, Qui in grauissimas frequenter legum semper uerò male conscientiae penas a semetipsis in prouiso rerum exitu induantur. Alij legunt, inducantur. Induere se in laqueos, pro Immittere, et conijcere. Cicero. 4. Verr. 70. In id ipsum se induit quod timebat Philo. Cicero. 4. Acad. 37. Id est, ut ipse dicit, eo quo minime uult reuoluitur Budeus. In fraudem induimus nos. Lucret. lib. 4. 164. Indui sua cōfessione. Cic. 7. Ver. 130, Sua cōfessione induatur ac

inguletur necesse est, Quasi dicat, sua confessione conuincatur.

Induere se re aliqua, & Expedire. Cic. 4. Verr. 73, Videte ut dum expedire sese vult, induat.

At quemadmodum sese induit priore actione? Cic. 7. Verr. 59.

Indutus, pen. prod. Participium (ἰνδύειν) ut, Vestes induit. Virg. 3. Georg. 73.

Indutus, huius induit, pen. prod. (ἰνδύειν) uerbaleut, Gerere uestem induit. Tacit. lib. 16.

Indumentum, huius indumenti (ἰνδύματα, ἰνδύματα, ἰνδύματα) Id quo induimur. Gel. lib. 16. cap. 19, Arionem cum fidibus & indumentis, cum quibus se in salum eiacularat, extitisse. Cic. 1. de Nat. deor. 92, Quod quum efficere uultis, indumenta tamen corripitis. Legendum ex antiquo codice, in dumeta.

Inducula, huius inducule, pen. corr. (ἰνδύματα) Plaut. Epid. 5. 40, Quid erat induca? an regillam Induculam, an mendiculam?

Induperator] pen. prod. (ἰνδύειν) pro Imperator, apud poetas, per eam figuram que Epenthesi dicitur. Cic. 1. de Diuinat. 175, Omnibus cura uiris uter esse induperator. Ex Ennio, Iuuenal. Sat. 4. 33, Quales hic epulas ipsum glutisse putemus Induperatoris?

Indupediō] indupediō (ἰνδύειν) indupediō: ut, Materies indupedita, id est, impedita. Lucret. lib. 4. 8. Idē lib. 4. 14, Et multo citius, quāto minus indupediō Pauca queunt.

Induro] induro, pen. prod. (ἰνδύειν) indurare, Durum facere. Plin. lib. 8. cap. 52. 1, Tunc inter se dimicant, indurantes attritu arborum costas, lutoque se tergorantes. De subus. Idem lib. 15. cap. 17. 1, Punicā, aqua marina feruente indurari oportet.

Niues indurat Boreas. Ouid. 6. Metam. 139.

Indurata glacies, Quae induruit, & concrecione durior facta est. Lilius 2. bel. Pun. 135, Ora indurata cornu. Ouid. 14. Met. 100. De mutato in auem. Robora indurata flammis. Stat. 4. Theb. 13.

Induratus timor. Liu. 10. bel. Pun. 83.

Induratio, & hoc induratio, Comparatiuū. Seneca de Ira, lib. 1. cap. 11, Quid Germanis induratio ad omnem patientiam, ut quibus magna ex parte non tegumenta corporum prouisa sunt, &c.

Indurandus est animus, & a blandimentis uoluptatum procul abstrahendus. Seneca epist. 52.

Indureo, indures: siue induresco, indurescis, indurui, (ἰνδύειν) indurescere, Durum fieri. Col. lib. 2. cap. 21. 2, Antē quam ex toto grana indurescant. Sic, lib. 12. cap. 15. 3, Antē, quam indurescant sicilia. Plin. lib. 16. cap. 7. 3, Indurescunt in modum galle.

Indurescere in prauum. Quint. lib. 2. cap. 4.

Corpus induruit usu. Ouid. 5. Trist. eleg. 2. 1.

Indus] Indi (ἰνδία) fluiuis a quo India nominata est, quem in iugo Caucafi montis, quod uocatur Paropamisus, aduersus Solis ortum effusum aiunt, in seq. x. annes recipere. Huius fluij meminit Cic. 2. de Nat. deor. 197. Et Plin. lib. 6. cap. 20. Hic ab incolis dicitur Sandus.

Industum] indusy (ἰνδύειν) quasi Industum, super quo mox subucula sumebatur. Varro Intusium dicit, quum ait, Vnum quod foris, a palam palla: alterum quod intus, a quo intusium.

Industarius, industriarij, Qui industria conficit. Plaut. Aulul. 15. 37, patagarij, industriarij, Flammararij, uolarij.

Industata, industate, uel intusata, pen. pro. Idem quod indu-

sum. Plaut. Epid. 5. 48,

Tunicam rillam, tunicam spissam, linteolum, casticum, Industatam, patagiatam, calulam, &c.

Industria] industrie (ἰνδύειν, ἰνδύειν, ἰνδύειν) Animi promptitudo & sagacitas, siue habilitas ad aliquid faciendum. Donatus, Industria, Scientia, & prouidentia: ea enim que discimus, et scimus, operatione genita et industria quaedam scimus. Etiam pro ingenij siue artis exercitatione accipitur. Plaut. Mostel. 6. 1,

Iuppiter supremus summis opibus atq; industrijs me Perijisse, & Philolachetem cupit herilem filium. Plin. epist. 5. 1. a. lib. 3, Ex Proconsulatu Asiē gloriā reportauerat, maculam ueteris industriae laudabili otio abluerat. Cic. Vi industria nostra tue morem geramus uoluntati. Cic. 5. Verr. 116, In quo meam industriam ac diligentiam spectari uoles Virg. 3. Georg. 41,

Sed non illa magis uires industria firmat,

Quam Venerem, & cæci stimulos auertere amoris.

Industria & conatus. Cic. 2. Verr. 22. Ibidem, 7. 143, Homini nobilium non ferē quicquam nostrae industriae fauet.

Agilis industria. Vide Agilis.

Antelucana industria. Cic. 4. Tusc. de Demosthene.

Militaris industria. Vide Milcs.

Augere industriam. Vide Augere.

De industria aliquid facere, Dedita opera, uel data opera. Terent. And. 4. 5. 6,

Paulum interesse censet, ex animo omnia Ve fert natura facias, an de industria. Cic. 1. Offic. 36.

Ex industria, Idem. Quint. lib. 1. cap. 9.

Industria, Ablatiuus, Idē quod De industria. Plaut. Truc. 3. 26.

Atq; hæc celamus nos damna industria, quum iam rem Fidemus, nosq; nosmet perdimus.

Industrius, Adiectiuū (ἰνδύειν, ἰνδύειν) Diligens, Qui multa industria est, & prompto ingenio ad aliquid faciendū. Cic. 5. Verr. 43, Nympho est Centuripinus, homo nauis & industrius, experientissimus ac diligentissimus orator. Idē 2. Tusc. 60, Itaq; industrius homines illi studiosos, uel potius amantes doloris appellant, nos cōmodius laboriosos.

Industum (inquit Festus) antiqui dicebant Industrium quasi quicquid ageret, intro strueret, & studeret domi.

Industrior, Comparatiuus. Plaut. Mostel. 3. 49, —quo neq; Industrior de iuuentute erat arte gymnastica, disco, hastis, pila, Cursu, armis, equo, &c.

Industrie, Aduerbiū (ἰνδύειν) Ingeniose. Quint. lib. 5. cap. 12, Fortiter & industrie curatus contra piratas, &c. Caesar 3. bel. Ciuil. 37. 3.

Industrius, Comparatiuus aduerbij Industrie. Cic. pro Domo sua, 22, Quis apud Pop. Romanum de illius dignitate industrius, quis Senatui sepius dixit?

Induuium] induuij (ἰνδύειν) pro cortice arboris, quo ipsa induitur. Plin. lib. 13. cap. 4. 3, Vitalem sibi arborisq; induuijs circumlata mira pernicitate tum homine subeunte. De palmis.

Inebriō] inebriat (ἰνδύειν) inebriare. Plin. lib. 12. cap. 22. 15, Palma que uocatur adipos, uescētes inebriat. Idem lib. 17. cap. 26. 4, Quoniam inebriatis radicibus nocent. Iuuenal. Sat. 10. 12, Et miseram uinosus inebriat aurem.

Inebra] in aues, que in augurijs aliquid fieri prohibent, & prorsus omnia inebra appellantur, que tardant uel morantur agentem, Festus.

Inedia] inedia (ἰνδύειν) Fames & tempus quo quis ab edendo abstinet. Cic. 5. de Fin. 14. 1, Vigilij & inedia necatur. Plin. lib. 11. ca. 5. 4. 1, Homini nō utiq; septimo lethalis inedia Imperiosa

Imperiosa inedia. Vide Impero.

Sustinere inediam. Cels. lib. 1. cap. 3.

Ineditus] pen. corr. Adiectiuum (ἰνδύειν) ut, Causa inedita. Vide Causa.

Ineffabilis] & hoc ineffabile, pen. corr. (ἰνδύειν) Quod effari non possis, aut exprimerē Plin. lib. 28. cap. 2. 10, Non est facile dictū, externa uerba atq; ineffabilia de uigent fidem ualidius, an Latina inopinata, & c. Idem in Pref. 5. lib. 1.

Inefficax] pen. corr. inefficacis, pen. prod. om. gen. (ἰνδύειν) Plin. lib. 27. cap. 12. 10, Inefficacius quam supertora. Idem lib. 34. cap. 11. 4, Fit & ex canalo ere squama, Cypria, longē inefficacior.

Ineffigatus] pen. prod. Adiectiuum (ἰνδύειν) Informis, quod non est factum ad aliquam effigiem, uel nullam aliam cuius rei formam aut effigiem refert. Gel. libro 17. cap. 10, Namq; ut illa bestia socium ederet ineffigiatum informemq; lambendūq; id postea, quod ita edidisset, conformaret & fingeret.

Inelaboratus] pen. prod. Adiect. (ἰνδύειν) Quod artificio non satis excoluit est, & uitio datur. Quint. lib. 4. cap. 1, Nec tamen deducti semper atque circumlita, sed sepe simplici ac inelaborate similes, nec uerbis nullūq; nimia promittens, & c. De oratione procemij. Alij legunt inelaborate.

Inelegans] pen. corr. Adiect. (ἰνδύειν) Eleganti contrarium. Plin. lib. 37. cap. 10. 37, Carnem dicatum ueneri, non inelegans. Idem lib. 21. cap. 2. 5. 2, Vestes tuctur odore non ineleganti. De heliocycho. Cic. de clar. Orat. 15. 4, meratq; ingenium satis acre, & orationis non inelegans copia.

Deliciae illeptide atq; inelegantes. Catul. ad Flauium, epig. 6. 1.

Ineleganter, Aduerbiū (ἰνδύειν) Cic. 2. de Finib. 4. 6, Primum diuisi ineleganter.

Ineloquens] pen. corr. Eloquenti contrarium. Lactant. De officio Dei, cap. ultim. M. Tullius eloquentia ipse uicium exemplar, ab indoctis & ineloquentibus, qui pro uero nitentur, sepe superatus est.

Ineluctabilis] & hoc ineluctabile, pen. corr. (ἰνδύειν) Quod uitari non potest, hoc est, domiri, & luctu uinci. Virg. 8. Aeneid. 2. 7, & ineluctabile fatum. His posere locis. Id est, insuperabilis uis fati. Idē 2. Aen. 65, Venit summa dies, & ineluctabile tēpus Dardaniæ.

Genum ineluctabile. Stat. 9. Theb. 102.

Inemendabilis] pen. corr. Adiectiuum (ἰνδύειν) Quod emendari nō potest, ut, Prauitas inemendabilis. Quint. lib. 1. cap. 1. 27.

Inemoriō] inemoreres, inemori, pen. corr. Horat. Epod. 5. 7, Quod possit inmissis puer Longo die bis terq; mutata dapis Inemori spectaculo. Hoc est, emori in spectaculo, & c.

Inemptus] Adiectiuum (ἰνδύειν) Non emptus. Mart. lib. 1. 72, Salus aprum, campus leporem tibi inemptum. Inempte ruris dapes. Coll. lib. 11. cap. 3. 1. Virg. 4. Georg. 2. 7.

Inenarrabilis] & hoc inenarrabile, pen. corr. (ἰνδύειν) Admirabile, & quod enarrari non potest. Plinius libro 8. cap. 7. 4, Sed Pompeiani amissa fugæ spe, misericordiam uiligi inenarrabili habitu querētes, supplicauer. Et lib. 10. cap. 2. 1.

Inenarrabilis subtilitas. Plin. lib. 21. cap. 1. 1.

Munus inenarrabile. Mart. lib. 2. 10.

Inenarratus, pen. prod. Adiectiuum (ἰνδύειν) Gellius lib. 12. cap. 6, Quod inenarratum relinquamus.

Inenodabilis] & hoc inenodabile, pen. corr. (ἰνδύειν)

Cicer. de Fato, 29, Nec quum hæc ita sint, est causa cur Epiurus factum extimescat, & ab atomis petat præsidium, easq; de uia deducat, & uno tempore suscipiat res duas inenodabiles.

Ineo] inis, inui, inimum, pen. corr. (ἰνδύειν) inire, ingredi. Plaut. Casin. 16. 23, Situ iebes, inibitur tecum. Id est, ingrediar totum. Idem, Inire domum. Plinius in Paneg. 23, Tentoria. Cicero pro Corn. Balb. 18, Qui si suis decretis legibus sanxissent, ne quis suorum ciuium castra imperatorum. Pop. Rom. iniret. Tac. lib. 3, Ve oudus iniret. Item, lib. 5, Inire curiam. Et lib. 13, Stationem. Et lib. 15, spectaculum.

Taurus inire celum. Ouid. 5. Fast. 123.

Iniute unquam febris? Id est, Nunquamne te corripuit febris? Plautus.

Aestimationem inire. Seneca de Benef. lib. 5. cap. 8.

Animum inire societatis. Pomponius in l. pl. au. ff. pro socio.

Beneficium inire, Comparare. Terent. And. 5. 1. 5.

Causam aut rationem alicuius rei inire. Liu. 4. bel. Maced. 17, Certamen inire. Cic. 4. de Fin. 51. Virg. 5. Aeneid. 23.

Connubia famule inire. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 5.

Consilium inire de re aliqua. Plaut. Pseud. 7. 130. Cic. ad P. etum, lib. 9. 2. 4. 3, Nam & Aquini & Frabateria co. silit sunt inira de me.

Consilium cum aliquo inire, pro Capere consilium. Cic. ad Brutum, 158. Liu. ab Vrbe cond. Quia regni recuperari consilia inissent. Caesar 3. bel. Gal. 37, His initis consilij oppidamunt.

Consilium multæ calliditatis inire. Ouid. 3. Fast. 77.

Consulatum inire, ingredi dignitatem Consularem. Caesar 1. bel. Ciuil. 19.

Conuiuium inire, pro Ire ad. Cic. pro Rosc. Amer. 31. Idem 5. Verr. 53, Quocum inire conuiuium nemo unquam nisi turpis impurusq; uoluisse.

Cubile alicuius inire, pro Cum uxore eius dormire. Cic. de A. rusp. resp. 35, Quum uxorem sororemq; non discernis, quum quod inens cubile non sentis.

Cursum inire. Cic. pro leg. Manil. 2. 3. Virg. 5. Aeneid. 116.

Dapes inire cum aliquo. Stat. 1. Syl. 6. 10.

Domos ignotas inire. Ouid. 3. Fast. 32.

Fœdus inire. Propert. lib. 4. eleg. 4. 12.

Gratiam ab aliquo inire. Plaut. Cistell. 2. 6, Ego uos amo, & eo à me maximam inissi gratiam. Cic. Seruio Sulp. lib. 4. 2. 6, Gratiam quoq; nos inire ab eo defendenda pace arbitrabimur. Idem 6. Verr. 126.

Gratiam apud aliquem inire. Liu. 6. bel. Maced. 19, Apud regem gratiam initam uolebant.

Gratiam cum bonis omnibus inire. Cic. ad Attic. lib. 7. 12. 8. 11.

Gratiam inire, prepositionibus subintellectis. Cic. ad Attic. lib. 1. 9. 4, Intellexi hominem moueri, utrum Crassum inire eam gratiam, quam ipse pretermisisset, an esse, & c. Idem 1. Offic. 72, Sin erunt merita, ut non inuenda sed referenda sit gratia, Terent. Adelph. 5. 7. 16,

Ego lepidus in eo gratiam. Vbi Donatus, in eo gratiam, in gratiam eo: hoc est, amicos comparo.

Falsam gratiam inire. Terent. Heaut. 2. 3. 62.

Honorem inire, pro Suscipere, & incipere administrationem alicuius magistratus. Suet. in Iulio Cesare, imito h. noi. e. pri mus omnium instituit, ut, & c.

Imperia alicuius inire id est, seruire alicui. Stat. 1. Achil. 57.

Inductas inire, pro facere inducias. Plin. in Paneg. 21.

Inuicere inire. Liu. 10. ab Vrbe, 4. 8. l. ten. lib. 5. 79, A. spicia de integro repeterentur, & inter regnum iniretur. Lincen uia inire. Id est, gigni. Lucret. lib. 3. 139.

Magistratum inire. Cic. 2. de Finib. 118. Et 3. Verr. 89, Postea quam Verres magistratum inijt, etc. Id est, insignia magistratus cum imperio assumpsit, inquit Budæus.

Mensuras agrorum inire. Colum. lib. 5. cap. 3. 1.

Munus aliquod inire. Virg. 5. Aeneid. 168.

Negotiationē inire. Pomponius in l. si negotia. ff. de negot. gest.

Nexum inire, Vinciri, devinciri, illigari, et detineri. Liu. 7. ab Vrbe, 8. 4. Vide Nexum in Nectio.

Numerum inire, Numerare, et quod dicitur, Facere numerū. Plin. epist. 193. Liu. 8. bel. Maced. 101, Numerus interfectorum haud facile iniri potuit.

Pastum inire. Plaut. Persa. 9. 17. Hoc est, pascere.

Pericula praeliorum inire. Cic. 1. de Divinat. 91.

Poenam inire. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 6.

Pugnam et praelium inire. Plaut. Amph. 16. 37.

Praelia inire. Virg. 4. Georg. 63.

Inire praelium: opponitur finire praelium. Liu. ab Vrbe, Hoc ultimum utriusque initium finitumque est praelium.

Rationem inire, pro Viam et modum aliquid agendi querere. Terent. Heaut. 4. 2. 7, Quid agam? aut quid comminiscar? ratio de integro inveniunda est mihi.

Rationem inire, et viam reperire, quā possis aliquid peruenire, etc. Cic. 5. Verr. 90.

Rationem inire de commodis militū augendis. Cic. 5. Phil. 202.

Rationem inire quemadmodum vel quomodo. Cic. ad Atticum, lib. 12. 2. 4. 15. Idem ad Sulpitium, lib. 13. 29. 6, Aduues, inuasque rationem quemadmodum ea mulier Romanam perducatur. Id est, consideres.

Rationem inire ut. Cic. ad Rufum, lib. 5. 20. 14, Nam et Volu- suliberandi meum fuit consilium: et us multa tam gratis a Valerianis praedibus, ipsique, T. Mario depelleretur, a me inita ratio est.

Rationem inire, pro Subducere. Cato de Re rust. Vbi ea cogno- uit, rationem inire oportet operarum, dierum, etc. Cic. con- tra Rullum, Inietur ratio questus de uestra pecunia.

Rationem inire, pro Capere consilium, uel ratiocinari. Cic. 3. de Nat. deor. 101, Medea modo et Atræus commemorabantur a nobis heroeae personae inita subductaque ratione, nefaria scelera meditantes.

Rationem inire utrum. Liu. 8. bel. Pun. 39.

Aliquid inire cū ratione: id est, estimare, intelligere, inquit Do- natus. Terent. Phorm. 2. 2. 30.

Sedes lucidas inire. Horat. 3. Carm. ode 3. 7.

Inire suffragia, significat Coire et congregari ad suffragia fe- rendā. Liu. 3. ab Vrbe, 71.

Societatem inire cum aliquo. Plancus ad Cic. lib. 10. 8. 7.

Inire somnum. Virg. eclog. 1.

Sape leui somnum suadebit inire susurro.

Thalamum inire. Ouid. 4. Metam. 66.

Thalamos pudicos inire. Ouid. 3. Metam. 28.

Tribunatum inire, ut Magistratum inire. Cic. 3. de Legib. 63. Idem ad Atticum, lib. 11. 2. 17. 1.

Viam inire, pro ingredi. Propert. lib. 2. eleg. 3. 4. 2. Cic. pro Mu- ræna, 23, Inite viam, praesidē aderat sapiens ille, qui inire viā doceret: redite viam, eodem duce redibant.

Vias ignotas inire. Ouid. 2. de Remed. amor. 37.

Viam inire quā commodē aliquid exequare, pro inire rationē. Liu. 1. ab Vrbe, 96. Idem 5. bel. Maced. 22, Via fraudis inita.

Inire, id est, inchoare, exordium accipere. Virg. 4. eclog. 3.

Teque adeo decus hoc cui te Consule inibit. Pollio. Seruius.

Inire, pro Coire, siue concumbere. Plin. lib. 8. cap. 4. 4. 1, Arce- riq; utrumque genus ab altero narrant, nisi in infantia eius ge- neris, quod in eam lacte hausto.

Incor, iniris, pen. prod. Passiuū. Plin. lib. 10. cap. 63. 7, Ineun-

tur a partu sexto mense.

Iniens, inuentis (ἐπιεισθησθαι) Participium absolute positum, maioribus rebus adhibetur: ut, Ineunte etate, etc. Rarissi- mum autem in nominatiuo legitur.

Ineunte adolescentia: id est, initio adolescentiæ. Cic. de Sen- ect. 69.

Ineunte etate. Cic. 1. Offi. 171, Ineuntis enim etatis Inscitia, se- num constituenda et regenda prudentia est.

Ab ineunte etate, Idē. Cic. pro Corn. Balbo, 4. Idem pro Deio- taro, Quibus ille studiis ab ineunte etate se imbuerat.

Ex ineunte euo. Lucret. lib. 2. 149.

Ineunte Ianuario cura ut Roma sis. Cic. Attic. lib. 1. 12, Alia exemplaria habent, Ianuario mense, ut, etc.

Ineunte uere, Ineunte astate. Cic. de Senect. 4. 8. Caesar 2. bel. Gal. 236.

Ab ineunte uita. Gel. lib. 14. cap. 1.

Inito, initis, pen. corr. initare. Frequentatiuum ab Ineo. Dica- medes, Inco, inis, inito dicimus. Pacuuius, Loca arida initas.

Initus, huius initis, pen. corr. masc. gen. (ἐπιεισθησθαι) Coi- tus. Plin. lib. 8. cap. 4. 2. 10, de equis, Nec tamen quindecim initis cuiusdem anni ualet tolerare. Ibidē, cap. 4. 4. 2, Et quæ non primo initu generare coeperit.

Ineptus] Adiectiuum (ἀπειρομαθής, ἀπειρος) Non aptus. Cic. 2. de Orat. 10, Quem enim nos ineptum no- camus, is mihi uidetur ab hoc nomen habere ductum, quod non sit aptus, idque in sermone nostri consuetudine perditē patet. Nam qui aut tempus quid postulet non uidet, aut plu- ra loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibuscum est, uel di- gnitatis, uel comodi rationem non habet, aut denique in ali- quo genere aut in concinnis, aut multus est, is ineptus dicitur. Donatus Ineptum dicit ait, quod a quouis reprehendi po- test. Terent. Adelph. 1. 1. 38, Vestitū nimio indulges, nimium ineptus es.

Non ineptus. Vide Non.

Causa inepta. Terent. And. 15. 2. 2.

Charta inepta. Horat. 2. epist. 1. 5. 4.

Labor ineptus. Plin. epist. 9. b.

Lenitas inepta. Terent. Adelph. 3. 3. 36, — inepta lenitas. Patris et facilitas praua.

Lusus inepti. Ouid. 2. Trist. 4. 5.

Negotium ineptum et Græculum. Cic. 1. Tusc. 135.

Risu inepto res ineptior nulla est. Catul. in Egnat. epigr. 37. 4.

Via inepta, Incommoda, difficilis. Cic. ad Attic. lib. 16. 337. 3.

Ineptum est de tam perspicua istius impudentia pluribus uerbis disputare. Cic. 3. Verr. 105.

Insolens et ineptum. Cic. in Orat. 16.

Ineptio, ineptis, ineptiui (ἀπειρομαθία) ineptire, Facere aut dicere quod neque loco, neque tempori, neque rebus, neque perso- nis conueniat. Terent. Phorm. 2. 3. 73, — non agam? inō non desinat, Donec perfecero hoc. v. ineptis. Idem Adelph. 5. 8. 11.

Ineptia, ineptia (ἀπειρομαθία, ἀπειρομαθία) quod in plurali sepius reperitur, tam uerborum, quam factorū est. Terent. Phorm. 4. 3. 43, Vi ad pauca redeam, ac mittam illius inep- tias. Plaut. Merc. 3. 26, Ineptia, stultitiæque adeo, et temerita- tas. Cic. ad Appium, lib. 3. 7. 12, Quæso etiam ne tu has inep- tias, etc. Idem 1. Tusc. 148, Ineptia penē aniles.

Lectores ineptiarum. Catullus ad Aurelium, epig. 16. 3.

Facere aliquid ineptiarum. Catul. ad Flauium, epig. 6. 3.

Ineptē, Aduerbium (ἀπειρομαθώς) Minus aptē, et impru- denter. Plaut. Mostel. 7. 64, Interdum ineptē stultus es. Cic. 1. Tusc. 18, Ineptē sanē quis est enim, etc. Idem 1. Acad. 27, Nam est non sicut Mimeruam, ut aiunt, tamē ineptē quisquis Mimeruam docet.

Moliri

Moliri aliquid ineptē. Horat. de Arte, 2. 9.

Ineptitudo, pro ineptia. Cæcilius (ἀπειρομαθία) Qui homo ineptitudinis cumulat, cultum oblitus est. Nonius.

Inequito] Inequitas, pen. corr. inequitare. Macrob. lib. 7. cap. 15, Quæ ergo consiit de carne luculenta, audei inequi- tare Philosophiæ, de incorporeis et uere diuinis certa ra- tione tractanti. De medicina loquitur.

Inequitabilis, et hoc inequitabile. pen. corr. Non equitabilis. Curtius lib. 8, Imber uolentius quā alius fufus campos lu- bricos et inequitabiles fecerat.

Inermis] inermis (ἀσπληνός) inermare, Armis spoliare. Pegasus.

Inermis, et hoc inermē (ἀσπληνός, ἀσπληνός) Qui armatus non est. Sisenna Hist. lib. 4, Pleriq; inermes in castra persua- giunt. Cic. ad Brut. 10. 3, Perterritos, inermes, faucios non sunt nostri duces persecuti.

Inermis et Armatus, contraria. Cic. Antequam iret in exil. 17.

Araus inermis. Stat. 1. Sylu. 2. 16.

Dextra inermis. Virg. 11. Aeneid. 135.

Hofis inermis. Propert. lib. 4. eleg. 1. 30.

Vulgus inermis. Ouid. 3. de Arte, 10.

Inermis ac nudus in differendi arte, per translationem. Cic. 1. de Finib. 23.

Amor inermis. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 14.

Inermis, Adiectiuum (ἀσπληνός) Idem. Cic. ad Brutum, lib. 11. 12. 1, Ita enim Romam erat nuntiatum, ita persuasum omnibus, cū paucis inermis, perterritis metu, fracto animo fugisse Antoninum. Salust. in Iugur. Neque quāquam decere, qui manus armauerat, ab inermis pedibus auxilium petere.

Vulgus inermis. Virg. 11. Aeneid. 2. 7.

Inerto] inerris (ἀπαιρομαθία) inerrare. Idem quod Errare. Plin. lib. 1. epist. 6, Cornelium Tacitum, Experientis nō magis Dianan montibus, quā Mimeruam inerrare.

Ignis inerrat aedibus. Stat. 1. Sylu. 5. 13.

Inerrans, inerrantis, o. g. (ἀπαιρομαθία) inerrantes stelle, quæ et fixæ dicuntur, quod suo loco moueri non apparent. Cic. 2. de Nat. deor. 79, Habent igitur suam spheram stelle iner- rantes ab ætherea coniunctione secretam et liberam.

Iners] inertis, o. gen. (ἀπαιρομαθία, ἀπαιρομαθία) Qui sine arte est, Ignauus. Cic. 2. de Finib. 181, Sed lustrenus animo non has maximas artes, quibus qui carebant, inertes a maioribus nominabantur. Terent. And. 3. 5. 2, — atque hoc confiteor. Iure obtigisse, quando quidem tam iners, tam nulli consi- lij sum.

Iners, Otiosus, ignauus, qui nihil operis et artis facit. Virgil. 1. eclog. 10, Libertas: quæ seræ tamen respexit inerten.

Iners et Ignauus. Cic. 4. Verr. 139.

Iners membris, Debilis. Plin. lib. 8. cap. 21. 5.

Inertes opera. Plaut. Bacch. 11. 13.

Iners ad repugnandum. Plin. lib. 9. cap. 6. 2.

Iners in Venerem. Colum. lib. 6. cap. 27. 9.

Non inertissimus homo. Vide Non.

Aetus iners senectus. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 1.

Anima iners. Ouid. 13. Metam. 16.

Annus iners. Ouid. 1. Fast. 34.

Brachia inertia. Ouid. 5. Metam. 36.

Bruma iners. Horat. 4. Carm. ode 7. 3.

Caro iners. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 8.

Corda inertia. Virg. 9. Aeneid. 11.

Corpora inertia. Virg. 2. Aeneid. 73.

Frigus iners. Ouid. 8. Metam. 160.

Ignauum atque iners genus interrogationis. Cic. de Fato, 4. 3.

Glacies iners. Horat. 2. Carm. ode 9. 1.

Glebæ inertes, Pigre, nihil producentes. Virg. 1. Georg. 19.

Humor iners, cui Profluens opponitur. Virg. 4. Georg.

Ingenium iners. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 1.

Oculos stupor urget inertes. Virg. 3. Georg. 103.

Iners et desidio sum otium. Cic. 2. de leg. Agr. 90.

Pectus iners. Ouid. 5. Trist. eleg. 7. 5.

Pondus iners. Ouid. 1. Metam. 2.

Inertes querela, Languida. Liu. 1. ab Vrbe, 259.

Sal iners. Plin. lib. 31.

Seguitia inertissima. Cic. 1. de Finib. 8.

Senectus iners. Senec. Herc. fur. 9. 16.

Iners, Ignaua, somniculosa senectus. Cic. de Senect. 32.

Somni inertes. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 4.

Tempus abibit iners. Ouid. 3. de Arte, 12.

Terra iners. Horat. 3. Carm. ode 4. 9.

Truncus iners iacui. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 3.

Versus inertes. Horat. de Arte, 90.

Vita iners. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 1.

Inertia, huius inertia (ἀπαιρομαθία) Modò pro ignorantia ar- tis, modò pro otio, modò pro ignauiā usurpatur. Colum. in Praef. lib. 2, Non igitur fatigatione, quemadmodum plurimi crediderunt, nec senio, sed nostra scilicet inertia minus beni- gnè nobis arua respondent. Cic. pro Rosc. Comed. 14, Non propter inertiam laboris, sed, etc. Idem lib. 1. de Orat. 35, Duo illa relinquamus, idque largiamur inertia nostra.

Inertia, ignauiā, desidia, luxuria. Author ad Heren. lib. 1. 8.

Inertia opponitur artibus. Cic. in Partit. 20.

Laboris inertia. Cic. pro Rosc. Com. 14.

Mollis inertia. Horat. Epod. 14. 1.

Sepulta inertia. Virg. 11. Aeneid. 2. 7.

Strenua inertia. Horat. 1. epist. 11. 6.

Accusare inertiam. Vide Accuso.

Afferre inertiam. Vide Affero.

Segnitiam hominum atque inertiam castigare. Cic. 1. de Orat. 91.

Fuga laboris inertiam coarguit, et desidiam. Cic. pro Mur. 7.

Condemnare aliquem inertiam. Cic. 1. de Orat. 84.

Nequitia et inertia se condemnare. Cic. 1. in Catil. 3.

Inerticulus, pen. corr. (ἀπαιρομαθία) Plin. lib. 14. cap. 2. 10.

Inerticulum est nigris appellauere, iustius sobriam dicitur, in- ueterato præcipue commendabilem uino, sed uiribus inno- xiam. De uite. Colum. lib. 3. cap. 2. 15.

Ineruditus] pen. prod. Adiectiuum (ἀπαιρομαθία) Non er- ruditus. Suet. de claris Gram. 15, Præterea priscorum Cato- nis uerborum ineruditissimum surē. Cic. 4. Acad. 238, Mo- dō ne quis illud tam ineruditum, absurdumque respondeat.

Inesco] inescas (ἀπαιρομαθία) inescare, Decipere. Translatio a piscibus et auibus, quæ proprie inescari dicuntur, hoc est, oblata esca decipi. Terent. Adelph. 2. 2. 12, Nunquā rem fa- cies, abi, nescis inescare homines, Sannio. Liu. 2. bel. Pun. 175, Annibal id damnum haud ægerrimè patit, quin potius credere uelut inescatam temeritatem ferocioris Consulis.

Ineuitabilis] et hoc ineuitabile, pen. corr. (ἀπαιρομαθία, ἀπαιρομαθία) Quod uitari non potest. Plin. in Paneg. 68, Magnum et ineuitabile, ac toties cuique experien- dum malum.

Ius rigidum, et ineuitabile mortis. Ouid. ad Liuian. 89.

Nomen ineuitabile. Stat. 9. Theb. 110.

Inexaminatus] pen. prod. Adiectiuum, Non examinatus. Firmic. lib. 1. cap. 2, Inexaminata partis allegationes.

Inexaturabilis] pen. corr. Adiectiuum (ἀπαιρομαθία) Insatid- bilis. Virg. 5. Aeneid. 155,

Iunonis gratis ira, et inexaturabile pectus.

Inexcitabilis] et hoc inexcitabile, pen. corr. Seneca epist. 84, Oppressus inexcitabili Somno.

Inexco-

Inexcogitatus] penult. prod. Adiectiuum (ἀδαιμόνητος) Quod excogitatum & praemeditatum non est. Plinius lib. 36. cap. 15. 8.

Inexcultus] Adiectiuum (ἀδαιμόνητος) Gel. lib. 13. cap. 22. M. Cato, Consularis & Censorius, publicis iam priuatisq; opulentis rebus, uillas suas inexcultas & rudes, nec tectorio quidam praetius fuisse dicit.

Inexcusabilis] pen. corr. Adiectiuum (ἀνεξέλεγκτος) Ouid. 7. Metam. 10. 4. Gratia dijs, scilicet, & inexcusabile peccatus.

Inexercitatus] pen. prod. Adiectiuum (ἀμειλίχης) Exercitatio contrarium. Cic. de Senect. 59. Quibus qui splendide uisunt, hi mihi uidentur fabulae etatis peregrisse: nec tamquam inexercitati histriones, in extremo actu corruisse. Sic 2. Tusc. 64. Inexercitatum militem.

Hebes & inexercitatus. Cic. 2. de Orat. 39.

Inexercitus] pen. corr. (ἀμειλίχης) Idem. Cic. 5. Tusc. 159. Asclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitum Philosophum, &c. Ex uetusto codice legitur, non ignobilem Eretricum philosophum.

Inexhaustus] Adiectiuum (ἄτρεπτος) Quod expleri non potest, & exhaustum. Cicer. 3. de Finib. 11. Erat enim, ut scis, in eo inexhausta ueritas legendi, nec satari poterat. De Catone.

Inexhausta metalla, Quae exhausti non possunt praebundantia. Virg. 10. Aeneid. 34.

Inexorabilis] & hoc inexorable, pen. corr. (ἀπρόσκλητος) Quod exorari non potest. Cic. ad Quir. fratrem, lib. 1. 2. 13. In literis mittendis (ut sepe ad te scripsi) nimum te inexorabilem praebuisti.

Fatum inexorabile. Virg. 2. Georg. 99.

Inexorabilis iudex. Cic. 1. Tusc. 16.

Inexorabilis res. Liu. 2. ab Vrbe, 13.

Inexpectatus] pen. prod. (ἀμερόσδοντος) Expectato contrarium est. Quint. lib. 9. cap. 2. Illis non accedo qui schemata esse existimat, etiam si quid nobis ipsis dicamus accidisse inexpectatum. Alia exemplaria habent, inopinatum.

Hostis inexpectatus in armis adest. Ouid. 12. Metam. 13.

Inexperrectus] Adiectiuum (ἀνεξήκωτος) Ouid. 12. Metamorph. 64. Sopitus uenis & inexperrectus Aphyppas.

Inexpertus] Adiectiuum (ἀπειρος) Id est, intentatum, & nulla experientia probatum. Virg. 4. Aeneid. 83. Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat. Horat. 1. epistol. 19. 19. Dulcis inexpertis cultura potentis amici.

Inexpertus metuit. Hoc est, ijs qui experti non sunt, qui periculum non fecerunt.

Si quid inexpertum scenae committis. Horat. de Arte, 26.

Relinquere aliquid inexpertum. Virg. 4. Aeneid. 84.

Inexpertus, cum datiuo. Liu. lib. 3. bel. Pun. Exercitum in tectis habuit aduersus omnia mala sepe ac diu duratam, bonis inexpertum atq; insuetum. Item, cum accusatiuo media praepositione. Idem lib. 6. ab Vrbe, 17. Ram accenderat ignominia reuocis in animo ad contumeliam inaperto.

Inexpiabilis] & hoc inexcipabile, pen. corr. (ἀνυπατάμενος) Quod expiari non potest. Cic. 2. Tusc. 44. Tum est Pontificio iure de caeremonijs sepulchrorum intelligi licet: quas maxime ingenijs praediti nec tanta cura coluissent, nec uiolatas tam inexcipabili religione sancissent.

Implacabilis, & inexcipibilis. Cic. in Pisonem, 64. Pro inexcipibili & inexcipibili. Budaeus.

Inexcipibile bellum. Cic. de Arusp. resp. 3. Inexcipibile, pro perimaci. Budaeus.

Inexpiabile odium Romanorum in Annibalem. Liu. 9. bel. Maced. 20. 8.

Inexplanatus] pen. prod. Adiect. (ἀνεπίλυτος) ut, inexplanata lingua, hoc est, impedita, neq; agilis, neq; etiam conplanata, ut aperte proferre possit. Plin. lib. 11. cap. 37. 46.

Inexplebilis] & hoc inexplabile, penult. corr. (ἀπληροῦς) Quod expleri non potest. Cic. 5. Tusc. 24. Quid uero illum, quem libidinibus inflammatum & furentem uidemus, omnia rabide oppetentem cum inexplabili cupiditate.

Inexplebilis potu. Plin. lib. 11. cap. 25. 2.

Inexplebilis uirtutis, uera q; laudis homo. Liu. 8. bel. Pun. 88. Inexpleus, pen. prod. Adiectiuum (ἀπληροῦς) ut, Cedei inexplata. Stat. 8. Theb. 130. Id est, nondum complete.

Lachrymans inexplatum. Virg. 8. Aeneid. 110. Hoc est, inexplabiliter, nomen pro aduerbio. Seruius.

Inexplicabilis] & hoc inexplabile, pen. corr. (ἀνεξηγήγητος) Quod explicari non potest. Plin. lib. 23. cap. 1. 19. De genibus singulis differere, immensum, & inexplicabile est.

Inexplicabilis uarum error. Plin. lib. 36. cap. 13. 4.

Inexplicabiles fraudes. Cic. 1. Tusc. 114.

Inexplicabile iter. Plin. lib. 5. cap. 5. 8.

Laquei inexplicabiles. Quint. lib. 5. cap. 10. 70.

Series inexplicabilis. Quint. lib. 5. cap. 14. 25.

Inexplicabiles uiae continuis imbribus. Hoc est, unde sese quis facile extricare non queat. Liu. 10. bel. Maced. 132.

Inexpliteus] pen. corr. Adiect. (ἀνεξιχνίαστος) intricatus, inuolutus, obscurus, & qui facile explicari non potest. Mar. lib. 9. 50. Democritus, Zenonas, inexpliteosq; Platonas.

Inexploratus] pen. prod. (ἀνεξερεύνητος) contrarium Explorato. Liu. 6. bel. Pun. 24. 5. Non altitudo montium, non inexplorata stagna uada, &c. Plin. lib. 35. cap. 6. 13. Apportatur & indicum ex india, inexploratae adhuc inuentionis mihi. De atramento.

Inexploratae, siue inexploratae, pen. pro. Aduerbium (ἀνεξερεύνητος) Incerit sine inexploratione atq; indagatione. Gel. lib. 5. cap. 19. Sed arrogationes non temere, nec inexploratae committuntur. Liu. 6. ab Vrbe, 118. inexploratae pabulatum cohortes misere.

Inexpugnabilis] & hoc inexpugnabile, pen. corr. (ἀνυπότακτος) Quod expugnari non potest. Liu. 2. ab Vrbe, 31. Ibi alto atq; munito loco arcem inexpugnabilem fore. Cic. 5. Tusc. 58. Volumus enim cum qui beatus sit, totum esse inexpugnabilem, septimum, &c.

Cor inexpugnabile telis. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 13.

Pectus inexpugnabile amori. Ouid. 11. Metam. 154.

Probationes inexpugnabiles. Quint. lib. 5. cap. 10. 31.

Inexpugnabilis] pen. corr. Adiectiuum (ἀνυπότακτος) Quod exputari uel numerari non potest. Colum. lib. 9. cap. 4. 5. Verum ex cunctis quae proposui, quaeq; omisi, temporis compendia sequens (nam inexplutabilis numerus erat) saporis praecipui inella reddidit thymus.

Inextinctus] Adiectiuum (ἀσβεστός) Qui non extinguitur. Ouid. 6. Fast. 60. Ignis inextinctus templo caelatur in illo, &c.

Libidinis inextincta homo. Ouid. 1. Fast. 83.

Inextinguibilis, & hoc inextinguibile, idem. Varr. Cato, uel de liber. educand. Male enim consuetudo diu importata est inextinguibilis. Nonius.

Inextirpabilis] & hoc inextirpabile, pen. corr. (ἀνεξήρατος) Quod extirpari & erui non potest. Plin. lib. 15. cap. 20. 1. Radices multae atq; altae, & ideo inextirpabiles.

Inextricabilis] & hoc inextricabile, pen. corr. Quod extricari non potest: aut unde quis extricare se non potest. Plin. libro 36. cap. 13. 8. Inq; basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem.

inextricabilem. Virg. 6. Aeneid. 6. Hic labor ille domus, & inextricabilis error.

Inextricabilia uicia stomachi. Plin. lib. 20. cap. 21. 10.

Inexpetabilis] pen. corr. Adiectiuum (ἀπρόσμετος) Quod superari non potest. ut, Inexpetabilis uis fuit. Liu. 8. ab Vrbe, 30.

Inexpetabiles Alpes. Liu. 5. ab Vrbe, 155.

Inexpetabilis, pro inuicto. Senec. 19. epist. Is qui philosophia in remedium suum exercuit, ingens fit animo, plenus fiducia, inexpluperabilis.

Infabre] pen. corr. (ἀνεπίφοβος) Aduerb. contrariū habet Affabre, quod Politus & eleganter significat. Liu. 6. bel. Maced. 155. Aureos torques transtulit M O C C O L X X. ad haec auri pondus C C X L V. argenti infecti factiq; in Gallicis uasis non infabre suo more factis, duo millia C C C X L. pondero, &c.

Scalptum infabre. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 5.

Infabre, Ecce dicit Affabre, Pulchre, Racuius, Barbarica pestē nauis nostris obtulit noua figura factam commissam infabre. Nonius.

Infabricatus, pen. prod. (ἀνεργασμένος) Fabricato contrarium. Virg. 4. Aeneid. 81. Fronentesq; ferunt ramos, & robora syluis infabricata, fugae studio.

Infacetus] pen. prod. Adiectiuum (ἀνεμύλητος) Faceto contrarium. Plin. Trucul. 8. 3. Quid tam infacetus Lemno adueniens? Non infacetus homo. Cic. 3. Off. 75. Seculum infacutum. Catul. in amicam Formiam, epig. 40. 2. Infacitiae, infacitiarum (ἀνεμύλητος) ut, Pleni infacitiarum annales. Catul. in Annales Volustii, 34. 4. Infacundia] huius infacundia. Gel. lib. 11. cap. 16. Tui erroris culpam esse intelligo in mea scilicet infacundia. Id est, imperitia dicendi.

Infacundus, Adiectiuum, inelegans. Liu. 4. ab Vrbe, 216. Et Tribunus plebs uir acer, nec infacundus nactus inter aduerarios, &c.

Infacundior homo. Liu. 7. ab Vrbe, 15.

Infamis] & hoc infame, pen. prod. (ἀνομήσιμος, ἀνομήσιμος) Quasi sine fama, turpis, qui male audit. Cic. 6. Verr. 17. Quo in oppido multas familias totas in perpetuum infames uis supris flagitijsq; fecisti.

Homines ceteris uitijs atq; omni dedecore infames. Cic. pro Cluent. 103.

Infamem facere. Terent. Heaut. 5. 4. 14.

Infames frigidibus Alpes. Horrendae & pertimescendae propter frigora. Liu. 1. bel. Pun. 114.

Infamis annus pestilentia. Liu. 8. ab Vrbe, 89.

Carmen infame. Ouid. 1. de Remed. amor. 51.

Infamis ac nefaria cetera. Cic. 1. Verr. 13.

Genus infame Danai. Horat. 2. Carm. ode 14. 4.

Ludi infames. Propert. lib. 3. eleg. 14. 1.

Infame nomen. Plin. lib. 33. cap. 310.

Infame os Antonij Turpe & immundum. Cic. 11. Philipp. 293.

Terra infames caede. Ouid. 13. Metam. 80.

Vita infamis. Lucret. lib. 3. 9.

Infamis dicitur est ab antiquis digitus medius, propter ignauitiam, quoniam indigere uideatur aliorum defensione. Persius Satyr. 2. Infami digito lustralibus ante saluis Expiat.

Infamia, infamia (ἀνομήσια) Nota, macula, probrum, nota turpitudinis. Terent. And. 2. 6. 13. cavit ne unquam infamia Ea res sibi esset. Suet. de claris Gram. 23. Sed maxime flagrabat libidinibus in mulieres usq; ad infamiam oris. C. Thefauri pars 2.

cer. 5. Verr. 112, Nihil ad tuas aures de infamia tua peruenisse.

Metus infamia. Tacit. lib. 20.

Intactus infamia. Vide Intactus.

Temporis infamia. Ouid. 1. Metam. 43.

Inueterata infamia. Quint. lib. 6. cap. 5. 7. Ex Cic. Cluentiana.

Mendax infamia. Horat. 1. epist. 17. 8.

Vetus infamia est in saxo. Ouid. 2. Metam. 142.

In infamiam accedere. Plaut. Trinum. 4. 62.

Attingit eum infamia. Vide Attingo.

Auerrere ab infamia. Vide Auerto.

Inuere infamiam alicui. Vide Inuro.

Leuare sese infamia. Vide Leuo.

Liberare infamia. Vide Libero.

Infamo, infamas, pen. prod. (ἀτιμία, ἀτιμωμένος) Infamare: Ignominiam uel notam inuere, ignominia notare. Quint. lib. 10. cap. 1. non procul a fine, Deinde quum se iam daret, eodem modo dicitur Seneca, infamabat. Seneca, Desinant deniq; infamare nos, tanquam incredibilia iactantes.

Infamare parricidij. Quint. 8. Declamat.

Animum infamare timore. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6. 9.

Funera infamantia bellum. Stat. 9. Theb. 20.

Ferrum infamare ueneno. Silius lib. 3. 55.

Officia alicuius infamare. Quint. lib. 2. cap. 15. 4.

Infamare, Diuulgare. Liu. 10. bel. Maced. 25. Infamande rei causa ianuam obserari iubet.

Infamare agrum. Colum. lib. 1. cap. 7. 6. Ita fit, ut et actor & familia peccent, & ager sepius infamatur. Hoc est, ut agri imputetur peccatum familiae. Idem lib. 9. cap. 8. 4. Non sunt degeneres intermiscende, quae infamant generosa.

Infamatus, penult. prod. (ἀτιμωμένος) Part. Ouid. 14. Metam. 89. Et procul infidias, infamataq; relinquunt. Tecta deae. Infamatum deam, Circe uocat.

Infandus] Adiectiuum (ἀπρόσμετος) Arduum quiddam atque inenarrabile, & quod uix fari quis possit. Terent. Eunuch. 4. 3. 22. Perij, obsecro tam infandum facinus mea tu, ne audiu quidem. Mart. lib. 9. 10. Immatura dabant infandas corpora poenas.

Amor infandus. Virg. 4. Aeneid. 17.

Cedes infanda. Liu. 4. ab Vrbe, 142.

Casus infandus. Virg. 8. Aeneid. 113.

Dies infanda. Virg. 2. Aeneid. 27.

Dolor infandus. Virg. 2. Aeneid. 1.

Ignes infandi. Virg. 1. Aeneid. 106.

Labores infandi. Virg. 1. Aeneid. 121.

Res infanda & crudelis. Cic. 2. de Orat. 175.

Infandum (ἀπρόσμετος) Interiectio quemadmodum Malum, & similia poni solent. Virg. 1. Georg. 96. Infandum sistant amnes, terraeq; debiscunt.

Infandum, Aduerbium. Virg. 1. Aeneid. 51. Nauibus (infandum) amissis unius ob iram Prodimur. Infandum, pro Infandē: nomen pro aduerbio. Potest tamen hoc loco etiam esse interiectio dolentis. Seruius.

Infans] infantis, com. gen. Substantiuū (ἀπρόσμετος, ἀνομήσιμος) Puer qui nondum fari coepit. Cic. 3. Verr. 109. Iste infanti pupille fortunae patrias admittit. Ab infante. Vide Ab.

Animosus infans. Horat. 3. Carm. ode 4. 4.

Craffus, Iuuenal. Sat. 13. 17. Generosus, Stat. 4. Syl. 7. 9.

Infans incertus. Liu. 1. bel. Maced. Parui infantes. Lucret. lib. 1. 38.

Aeditus in lucem iacuit sine uiribus infans. Ouid. 15. Met. 4. 5.
Continere infansem alio. Vide Contineo.
Expressus infans omnibus membris. Quint. lib. 2. cap. 4. 5.
Infestat infantes editos plenilunium. Vide In festus.
Remouere infansem, A lacte depellere. Plin. lib. 28. cap. 7. 2.
Vagitat infans. Stat. 4. Syl. 8. 7.
Infans, De brutis et aibus etiam dicitur. Plin. Quadrupes infantes suos cognoscunt. Idem lib. 10. cap. 61.
Infans, om. gener. capitur pro paruo. Plin. lib. 22. cap. 22. 2. 6. de boleo, Nec tunica nino gratia in cibo infantis boletii. Ouidius in Ibin, 47.
 Guitraq; imbuerant infantia, lacte canino. Mem. 4. Fastorum 42.
 Tutus ut infanti uagiat ore puer.
Pudor infans. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 11. Verecundia enim nos elingues facit. Porphy.
Pullus infans. Plin. lib. 10. cap. 33. 1.
Infans non facundus, orationis facultate destitutus. Cic. de clar. Orat. 38. Ipsum Scipionem accepimus non infansem fuisse. Idem pro Cluent. 39. Tum uero ita sum perturbatus, ut omnia timerem, si nihil dixissem ne infanti simus: si multa in eiusmodi causa dixissem, ne impudens existimarer. Idem ad Quint. frat. lib. 3. 20. 1. Omnino nihil accusatore Leroulo subscriptoribusq; infantius, nihil illo consilio sordidius.
Infans historia. Cic. de claris. Orat. 52.
Infantes ac insipientes homines: quibus opponuntur Magni ac disertis. Cic. 1. de inuent. 5.
Infantia, infantia (εναντιον) Aetas puerilis et imadulta. Plin. lib. 9. cap. 8. 2. Atq; etiam gestant fetus in infantia.
Infantia dicitur quum quis rem aliquam nouit, et eam dicendo non potest explicare. Cic. Att. lib. 4. 8. 5. 12. Quomodo ergo absolutus omnino *νεπηροειμια* accusatorum incredibilis infantia, id est, L. Lentuli, L. Ter. quem fremunt oes preuaricatorum. Idem in Orat. 139. Res autem sic se habet (ut breuissime dica quod sentio) composita et apte sine sententis dicere, infantia est: sententiose autem, sine uerborum ordine, et modo, infantia. Idem in Top. 4. 4. Positne eloquentia commutatione aliqua conuerti in infantiam.
Solumus infantiam delitij. Quint. lib. 1. cap. 2. 6.
Ab infantia. Vide Ab.
Infantia pomi. Plin. lib. 15. cap. 15. 2. Mox lacteum humorem, hoc est, infantiam pomi absumunt.
Infantaria, infantaria (εναντιον) pro Puerpera. Mart. lib. 4. 43. Et quod mireris magis, infantaria non est. De Bassa.
Infarcio infarcis, infarsis, infartum (εναρξια) implere: ut, Parietes infarcire, apud Plin. lib. 35. cap. 14. 1. Colum. lib. 12. cap. 53. 2. Et maxime in eas partes quibus ossa relicta sunt, largum salem infarcito. Id est, indito. Tranq. Mori media destinanti, per uim ore deduco infarciri cibum iussit. Budaeus hic infarcire legit.
Infarcire uerba, inculcare, et sine ordine inserere. Cic. in Orat. 136. In uetusto exemplari legitur infarciens uerba.
Infatigabilis pen. corr. (εναντιον) Qui non defatigatur, ut infatigabilis cursus. Plin. lib. 28. cap. 19. 12. Dentes quidem eorum maximi, equis quoq; adalligati, infatigabilem cursum prestare dicuntur.
Infatuo infatuas (ενωροισια) infatuare, Reddere stultum et fatuum. Cic. pro L. Flacco, 37. Habebat enim rhetor iste adolescentes, et cetera. Neminem quidem adeo infatuare potuit, ut numquam illum crederet. Idem 3. Phil. 23. 1. Ut hominem stultum magis etiam infatuat mercede publica.
Infatuus Adiect. (εναντιον) infelix, infortunatus. Ouid. 14. Metam. 106.
 Bella infansta gerunt, multumq; ab utraq; cruoris

Parte datur.
Infectus Participium. Vide Infectio.
Infectus, Adiect. (εναντιον) Non factus, ex In et Factus compositum. Plaut. Amp. 10. 3. Ea que sunt facta, infecta esse acclamat. Ibi dicitur, 7. 7. 4. Vtina di saxim infecta dicere recte ueniant tua. Id est, Vtina que dicit non eueniant.
Infectu argenti. Signato opponitur. Liu. 4. bell. Maced. 46. Cursu infecto deposuit premia. Propert. lib. 2. eleg. 26. 5.
Infectum damnum. Cic. in Topicis, 10.
Infecta dona facere. Plaut. Mostell. 4. 27. Id est, irrita, reuocare donationem. Budaeus.
Facta infecta loqui. Stat. 3. Thebaid. 86.
Fœdus infectum. Virg. 12. Aeneid. 49.
Facta et infecta opera. Cato cap. 2.
Infecta pace, Non facta. Terent. Eunuc. 1. 1. 8.
Pensa infecta exponunt. Ouid. 4. Metam. 2.
Sacrata infecta relinquunt. Ouid. 6. Metam. 41.
Scelus infectum. Virg. 6. Aeneid. 149.
Distingere, infectumq; reddere. Horat. 3. Carm. ode 29. 10.
Infecta facere, Quod factum est corrumpere. Plaut. Casin. 20. 9.
Infectum fieri non potest. Plaut. Aul. 2. 6. 11.
 Quid uis fieri factum est, illud fieri infectum non potest. Terent. Phor. 5. 9. 45.
Infectum reddere quicquid fieri non oportuerit. Plinius in Paenegyri. 133.
Pro infecto esse. Liu. 9. ab Vrbe, 54. Nemo quenuquam deceperit, omnia pro infecto sunt, recipiant arma que per pacationem tradiderunt.
Infectum uolet esse dolor quod suaserit. Horat. 1. epist. 2. 12.
Infelix Vide In foelix.
Inensus [εναντιον], Adiectiuum ab Infero, ait Sipontinus, significat eum qui ira in alium elatus est, et odium gerit. Terent. Andr. 1. 3. 7.
 Me inensu feruat, ne quam faciam in nuptijs fallacia. Plaut. Merc. 18. 15. Verum si non auant, oderunt, molesti illi de atq; difficiles, garruli, osiores, inensu, iracundi, sibi suisq; inuidi. Sueton. in Vitell. Nullis tamen inensuor quam ueraculis.
Inensus et inimicus. Cic. 1. Verr. 23.
Inensio atq; inimico animo ire in aliquem. Cic. 4. Verr. 106.
Dicitis inensus amaris. Stat. 2. Theb. 132.
Ignem inensum corripit. Virg. 5. Aeneid. 127.
Inensa atq; inimica natura hominum generi. Cic. 4. Tusc. 92.
Valerius inensu. Tacit. lib. 14.
Inensio inensu (εναντιον) inensare, Verbum apud Tacitum, lib. 13. pro Inensum habere, Vt quasi inensantibus deis exitio tradi crederetur.
Inensare, pro Inestare. Tacitus lib. 5. Adequitare castris, inensare pabula.
Infer pro Infra, Antiquè (εναντιον) Cato de Re rust. cap. 149. Vbi pyrus floreare ceperit, prato irriguo ubi super, inferq; uicinus permittet, tum decedito. Putarim tamē Super et Infer adiectiua esse: ut sit Infer, infera, inferum: Super, superum: pro Inferior et Superior. Vicinus infer, Cuius pratum est infra tuum, siue sub tuo.
Inferre [εναντιον] inferiarum (εναντιον) sunt (ait Seruius) sacra mortuorum que inferis soluuntur. Virgil. 10. Aeneid.
 Viuentes rapit inferias quos imolet umbris. Sueton. in Cal. Inferiasq; bis annua religione publice instituit. Cic. 3. de Nat. deorum, 56. Tertius est ex Idaeis digitis, cui inferias asserunt.
Dare inferias manibus. Ouid. 5. Fast. 84.
Ferre inferias alicui. Virg. 9. Aeneid. 45.

mittere

Mittere inferis extincto alicui. Ouid. 11. Metam. 77.
Sacrare umbris eternas inferias. Stat. lib. 3. 7.
Inferior Vide Inferus.
Infernas infernatis, pen. prod. sicut Supernas, o. g. (εναντιον) Plin. lib. 16. cap. 39. 8. Et ideo Roma infernas abies supernati praefertur. Vitruuius, Infernatis ligna sunt que ex Apennino, parte qua inferum mare spectat, caduntur: sumpernata est diuerso.
Infernus Adiect. (εναντιον) ut, Infernus fluctus, quasi intus et profundus. Plin. lib. 2. cap. 47. 12. Quoniam ille inferus fluctus ex imo maris spirat.
Aque inferna. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 4.
Inferi dii, quibus Superi opponuntur. Liu. 1. bel. Maced. 116.
Paris inferna. Cic. 2. de Nat. deor. 170. Ex quodam poeta, ex infernis, Pluto, Virg. 6. Aeneid. 22.
Sedes inferna. Ouid. 3. Metam. 101.
Inferna stagna. Liu. 8. ab Vrbe, 120.
Tenebra inferna. Horat. 1. Carm. ode 7. 5.
Valles infernae. Ouid. in Ibin, 16.
Inferna umbra. Martial. lib. 1. 120.
Infero pen. corr. inferis, intuli, pen. corr. illatum, pen. prod. (εναντιον) inferre, Intro ferre, iure portare. Plaut. Cur. 2. 72. Me inferre Veneri noui iam entaculum.
In ararium inferre. Paul. in Senatus. ff. de cotrahenda empt. et uenditione. Senatus censuit, ne quis domum uillamue dirueret, quo plus sibi acquireretur, uenit quis negotiandi causa eorum quid emeret uenderetue: pona, in eum qui aduersus Senatusconsultum fecisset, constituta, ut duplum eius, quanti emisset, in ararium inferre cogetur: in eum uero qui uendidisset, ut irrita fieret uenditio.
Inferre in ignem. Caesar 6. bell. Gall. 73.
In pauperium. Plaut. Trucul. 11. 18. — uelut meretrix meum herum miserum sua blanditia intulit in pauperium, priuauit bonis, luce, honore, amicis.
Inferre se in templum, uel in urbem. Cic. in Vatinius, 24.
 Idem in Dionem, 43.
Inferre se, pro cum impetu irruere. Liu. 2. ab Vrbe, 64. Ad concitato impetu se intulerunt Helruici, ut funderent ipso in curiu Aricinos. Sic, lib. 4. 146. Et ipse princeps calcariibus subillis euectus, effreno equo in medios ignes inferitur. Idem 3. bel. Mace. 73. Inferentem se ferociter hostem, etc. Per medios infer se. Virg. 1. Aeneid. 89.
Inferre se, pro Incedere, et compositio quasi gradu cum fastu ambulare. Vel etiam simpliciter ingredi et intrare. Plaut. Milit. 14. 53. Idem Persa, 23. 30.
 Huius papa, quam basilicè te intulisti, et faceret Equus se infer campo. Virg. 2. Georg. 29.
Inferre et intrudere se. Cic. pro Cecina, 10.
Seruabant sacrumq; caput.
Inuiolatus, pen. prod. Adiectiuum (ἀβλάστητος) Violata
contrarium. Integer, incorruptus, illesus. Cic. pro Rabirio
Perduel. uel. 73. Qui castam conscientiam, sanctum campum,
inuiolatum corpus omnium ciuium Rom. integrum his lia-
bertatis defendo, seruari oportere? Idem pro Sest. 123. Aut
omnino inuulnerati, inuolatiq; uixerunt. Colum. lib. 12. ca-
pit. 1. 4. Quae domum autem inferuntur, diligenter inspicere,
ne delibata sint, & ita explorata atq; inuolata recuperare.
Membra uiolata feris. Stat. 3. Theb. 23.
Mens inuiolata mero. Sil. lib. 11. 62.
Pudicitia inuolata. Ouid. ad Liuiam, 9.
Inuolatus, pen. prod. Aduerb. (ἀβλάστητος) Incorrupte. Cic.
de Senec. 73. Memoriam nostri pie inuolatusq; seruabilis.
Inuolatus] Vide Inuiso.
Inuiso] inuisus, pen. prod. inuisus, inuisum (ἐναντιόποιος) In-
uisere, idem quod Viso: nisi quid addat compositio uehē-
mentiae. Cic. ad Att. lib. 1. 15. 10. Et ut iam inuisas nos, nos
solum rogo, sed etiam suadeo.
Inuisere ad. Plaut. Stich. 3. 9.
Iam ego adero, ad meam maiorem filiam inuiso domum.
Ambulationem alicuius inuisere. Cic. Att. lib. 4. 79. 4.
Domum alicuius inuisere. Cicero Attico, libro 4. 75. 6. Catul.
Argon, 59. 77.
Libenter inuisere locum aliquem. Cic. 5. de Fin. 8.
Vir inuisens prelia. Catul. de coma Berenice, epigramma
ma. 61. 4.
Urbes inuisere. Virg. 1. Georg. 5.
Inuisitatus, penult. prod. Adiect. pro Non uisitato. Quint. De
clamat. 12. Nullus amoenus portus praetermittitur: nulla ce-
lebris ciuitas inuisitata transitur.
Inuisus] penultima producta (ἀβλάστητος) Nomen, Non uia
sus, Cic. de Arusp. respon. 54. Occulta & matribus non
inuisa solim, sed etiam inuidia sacra inexpiabili scelere
peruerit.
Dd 3 Inuitō]

Inuito] inuitas, pen. prod. (ἠγοουατοῦαι, ἠγοουατοῦαι) inuitare, Vocare, Allicere. Terent. Heaut. 1.2.11. Quam uelalem Menedemum inuitatum, ut nobiscum esset hodie amplius.

Inuitare, & allicere. Cic. de Senec. 53.

Inuitare, Delectare. Virg. lib. 1. Georg. 61.

Inuitat genialis hyems, curasq; resoluat.

Inuitare animos uisu, Oblectare & recreare. Plinius libro 22. cap. 6. 6.

Animos inuitat pretijs. Virg. 5. Aen. 58.

Appetuum animi inuitare & allicere. Cicero 5. de Finibus, 29.

Inuitari bonitate. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 13.

Inuitare ad cenam, & ad epulas: hoc est, conuocare. Cic. 3. Offic. 65. Idem ad Trebat. lib. 10. 28. 1.

Inuitare ad occasionem. Plin. lib. 10. cap. 8. 3.

Omnia inuitant culpam. Ouid. epist. 16. 37.

Inuitare domum hominem. Liuius 3. ab Vrbe, 61. Benigne salutare, alloqui plebis homines, domum inuitare, adesse in foro.

Gloria inuitantur preclara ingenia. Cic. Bruto, 15. 13.

Inuitare in hospitium, & hospitio. Liu. 8. bel. Pun. 136. Cic. 12. Philipp. 335.

Liberaliter in aliquam legationem inuitari. Cicero Attic. libro 2. 33. 4.

Inuitare ad legationem, Allicere. Cic. 1. Acad. 13.

Inuitare in locum alicuius. Cic. ad Attic. lib. 2. 34. 7.

Inuitare aliquem poculis, Propinare & praeberere. Plautus Rud. 10. 31.

Inuitare aliquem in praec. 1. Cic. 4. Verr. 19.

Praemissis aliquem inuitare. Cic. pro Ligar. 7.

Inuitare sese in cenam: id est, replere. Plautus Amphit. 4. 129. Suet. in Augusto, capite 77. Postea quoties largissimè se inuitaret, senos sextantes non excessit.

Somnos inuitare. Hor. Epod. 2. 6.

Inuitat spes. Plin. lib. 33. cap. 4. 13.

Inuitare testio ac domo. Cic. 6. Verr. 21.

Vomitiones inuitare. Plin. lib. 22. cap. 24. 6.

Inuitare, cum in finitimo. Liu. 2. bel. Pun. Nudantes ceruicem in gulumq; & reliquum sanguinem inuitantes haurire.

Inuitatus, pen. prod. (ἠγοουατοῦαι) Partio, ut, inuitata improbitas, paruo successu. Plin. lib. 2. cap. 23. 4.

Inuitatus, huius inuitatus, pen. prod. (ἠγοουατοῦαι) Illectamentum & inuitamentum, rogatus. Cic. ad Caesarem, lib. 7. 5. 6. Mitto igitur ad te Trebatium, atq; ita mitto, ut initio mea sponte, post autem inuitatu tuo mutendum duxerim.

Inuitatio, Verbale, Conuocatio, allectio. Cic. ad Att. libro 9. 18. 4. 2. In Epeirum uero inuitatio quam suauis? quam liberalis? quam frateras?

Ad dolendum inuitatio. Cic. 3. Tusc. 14. 0.

Inuitamentum, inuitamentum, idem (ἠγοουατοῦαι) Cic. Hortensio, Voluptates autem nulla ad res necessarias inuitamenta afferunt senibus. Idem 5. de Fin. 29. Inuitamenta naturae prima. Liu. 2. ab Vrbe, 181. Largitiones, temeritatisq; inuitamenta horrebant.

Inuitamentum ad tempus. Cic. Plancio, lib. 10. 10. 5.

Inuitabilis, & hoc inuitabile, penultima correpta (ἠγοουατοῦαι) Delectabilis, iucundus. Gell. libro 13. cap. 11. Sermones iucundos, & inuitabiles, & cum quadam illecebra & uoluptate utiles.

Inuitus] penul. prod. (ἠγοουατοῦαι, ἠγοουατοῦαι) Qui per uim aliquid facit, Non libenter, Tergiversans, Contra uoluntatem, Repugnans, Repugnanter, Coactus: cui contrarium est Libens. Plant. Cassin. 6. 23.

Inuitus me uides, uiam tamen.

Inuitissimus, pen. cor. Cic. 4. Verr. 105. Hoc significat, atq; ad deo aperte ostendunt, sese ad status pecuniam metu ac malo coactos inuitissimos contulisse. Idem ad Atticum, lib. 16. 337. 3. Et quidem ut me dimitterem inuitissimus, fecerunt Erotis literae.

Inuiti per uim atque imperium status dederunt. Cicero 4. Verr. 117.

Sapiens nihil facit inuitus, nihil dolens, nihil coactus. Cicero in Parad. 43.

Facere inuiti & recusantes coacti sumus. Cic. 2. de Orat. 11.

Cogendi iudices inuiti, retinendi contra uoluntatem. Cicero pro Murena, 39.

Extorquendum ab inuito atq; ingratum quod non debet. Cicero pro Quint. 26.

Inuitus facio. Terent. Heaut. 4. 6. 2. Cic. de Senec. 3. Itaque facti non inuitus, ut prodessem multis tuo rogatu.

Non inuitus lego. Cic. 1. de Fin. 7.

Rogare inuitum. Catul. ad Scipium, epigr. 8. 3.

Vim tulit inuita. Ouid. 5. Metam. 48.

Vis trahit inuitam. Ouid. 7. Metam. 4.

Ad aures inuitas peruenit crimen. Ouid. 2. de Arte, 90.

Inuitis dijs hominibusq; absolutus. Cic. 3. Verr. 6.

Inuita Minerua aliquid dicere aut facere: id est, Aduersante aut repugante natura. Cic. 1. Offic. 156. Hor. in Arte, 78.

Tu nihil inuita facies dicere Minerua.

Oculis inuitis aspicienda. Ouid. epist. 9. 15.

Inuitus huius solutionis. Vlpian. in l. quod seruus ff. de posit. Vel crediti dominum non inuitum fore huius solutionis. Id est, domino non inuiti fieri hanc solutionem.

Inuiti, pen. prod. inuitus, inuitissimè (ἠγοουατοῦαι) Aduerb. ingrato animo, contra uoluntatem. Cic. ad Att. lib. 8. 14. 7. 6.

Inuite cepi Capuam, non quo minus illud defugerem, &c. Idem 2. de Orat. 198. Quem ego paulò sitibam, uel prudentius, uel inuitus (nolo enim dicere de homine fastidiosus) ad hoc genus sermonis accedere.

Inuius] Adiect. (ἠγοουατοῦαι) Per quod iri non potest: cui contrarium est Peruius. Plin. lib. 12. 14. 1. Saba regio undiq; rupibus inuia.

Dumosa inuia. Silius lib. 4. 62.

Lustra inuia. Virg. 4. Aen. 31.

Maria inuia Teueris. Virg. 9. Aen. 28.

Inuius salus. Liu. 9. ab Vrbe, 71.

Via inuia. Virg. 3. Aen. 77.

Inuia, dicuntur loca ad quae accedi non potest, aut ad qua uel per quae difficillimè acceditur, quae Graeci uocant ἠγοουατοῦαι, quasi inaccessibilia. Ouid. 5. Fast. 116.

Et non accessis inuia fluminibus.

Inula] inula, pen. corr. (ἠγοουατοῦαι) Herba est, cuius condendationem docet. Col. lib. 12. cap. 4. 6.

Acida inula: Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 9.

Amaras inulas coquere. Hor. 2. Serm. Satyr. 8. 11.

Mollicella inula. Catul. ad Thallum, epigr. 22. 1.

Inultus] ἠγοουατοῦαι Impunitus, de quo non est sumptum supplicium. Cic. 1. de Diuin. 102. Mortem suam ne inultam esse pateretur.

Impunitum & inultum. Cic. 1. Verr. 29.

Inultum aliquid auferre. Terent. And. 3. 5. 4.

Iacere inultum. Vide Iaceo.

Pati & relinquere aliquid inultum. Cicero pro lege Manil. 7.

Nos hac patiemur inulta. Ouid. 4. Fast. 119.

Inultum relinquere. Cic. pro lege Manil. 7.

Inultus, pro indemnus, uel qui est extra periculum. Curtius libro 3. Vide

3. Unde inultus subeuntem aut prohibere aut opprimere hostem potuisset.

Inumbro] inumbra (ἠγοουατοῦαι) inumbrire, Tegendo umbram facere, & quod dicitur Opacare. Plin. in Paneg. 31. Est haec natura sideribus, ut parua, & exilia, ualidorum exortus obscurat: similiter imperatoris aduentu, legatorum dignitas inumbatur. Virg. 11. Aen. 14.

Instructosq; thoros obtentu frondis inumbant.

Orati inumbant coronis. Lucret. lib. 3. 186.

Uespera uniuersum inumbat. Tacit. lib. 19.

Inumbrire, per metaphoram, pro Tueri ac defendere accipitur. Inquit Perottus.

Inunco] inunco, inunco (ἠγοουατοῦαι) Quasi unco inuadere & arripere. Lucilius.

— aut qui nummos tristis inunco. Col. lib. 7. cap. 3. 9.

Tu etiam quotidie inuauit lanaeque quanto prolixior in pecore concreuit, tanto magis obnoxia est rubis: quibus ut inuauit inunco, & pascentium tergoribus auellitur.

Inunctio, Inunctus] Vide Inungo.

Inundo] inundo (ἠγοουατοῦαι) inundare, Crescere & extra alueum transfundi. De fluminibus autem proprie dicitur, quae dum undas suas lauis emittit, omnia deuastant: & absolute aliquando ponitur. Plinius, Antequam Nilus inundaret, item, Agros & fata omnia inundauit. Hoc est, per agros & fata omnia diffusus est: siue in bonum, siue in malum. Cic. de Nat. deor. 1. 43. Ut terra infimum teneat, banc inundat aqua, superior aether, ignis, altissima ora reddatur.

Inundant sanguine, Obriui & perfundi. Liu. 4. bel. Pun. 172.

Esse inundant sanguine. Virg. 10. Aen. 5.

Verba inundare. Valer. lib. 1. de Somnijs.

Demsi inundant Troes. Virg. 12. Aen. 57.

Inundatio, Verbale (ἠγοουατοῦαι, ἠγοουατοῦαι) Alluuius. Colum. lib. 3. cap. 11. 7. Vel etiam ualles quae fluminum alluuiis & inundationibus concreuerint, aptas esse uineis asseuerat. Plinius libro 16. cap. 36. 10. Quum igitur anno permanserit inundatio.

Inungo] inungis, inunxi, inunctum (ἠγοουατοῦαι, ἠγοουατοῦαι) Inungere, idem quod ungerere, & oleo leuiter aspergere. Plinius libro 8. cap. 5. 4. 1. Mira solertia uisco inungunt oculos. Idem libro 18. cap. 30. 10. Sunt qui lentem siccitatem oleo inungant.

Inunctio, Verbale (ἠγοουατοῦαι) Mollis frictio ex oleo, siue aspergunt. Plin. lib. 28. cap. 8. 2. 8. Felle glaucosata & suffusiones corrigi propè creditur, tridui inunctione. Idem lib. 20. cap. 5. 8. Magis uero succi inunctione.

Inuoco] inuocas, pen. cor. (ἠγοουατοῦαι) inuocare, Subsidiū petere: & proprie ad deum refertur. Cic. 2. de Natur. deorum, 99. Apud nostros Iunonem Lucinam in pariundo inuocant.

Inuocare aduocatum ad defendendum. Cic. 2. de Orat. 106.

Arma inuocare. Senec. Thebaid. 2. 1.

Auxilia libertati inuocant. Tacit. lib. 15.

Blandius alia ad aurum inuocabat. Quint. lib. 4. cap. 2. 88.

Inuocare subsidiū, Implorare. Cic. Antequam iret in exilium, 5.

Deos inuocare. Ouid. 6. Fast. 104.

In auxilium aliquem inuocare. Quint. in Proem. lib. 4. 4.

Inuocatus penultima product. Adiectiu. (ἠγοουατοῦαι) Non uocatus. Caelius ad Ciceronem, libro 8. 3. At ego simulasq; audiui, inuocatus ad subsellia rei occurro. Cicero 1. de Natur. deor. 149. Quod quod etiam ad dormientem eueniunt inuocatus.

Inuolo] inuolas, pen. corr. (ἠγοουατοῦαι) inuolare, id est, uolare aut ad aliquid uolare. Columella, libro 8. capite 3. 5. Neq;

enim debet ipsi nidis inuolare: ne dum adfliunt, pedibus uia confringant.

Inuolare intro. Varro 3. de re Rust. cap. 7. 1.

Inuolare in aliquem, Irruere, insilire, uiolentas manus in aliquem inferre, & quasi uolando depraedari. Terentius Eunucho, 4. 3. 6.

Ut ego uingibus facile illi in oculos inuolem uenefico. Iacobidem, 5. 2. 20.

— uix me contineo quin inuolem in Capillum.

Animum cupido inuolat. Tacit. lib. 1.

Inuolare in possessionem. Cic. 3. de Orat. 67.

Inuolito, inuolitas, penult. corr. (ἠγοουατοῦαι) inuolitare, Frequent. Horat. 4. Carm. ode 10. 1.

Et quae nunc humeris inuolitant, deciderunt come.

Inuolare] inuolare (ἠγοουατοῦαι) A uola deductum, quae est manus & pedis media pars: significat furari, quum aliquid furtim uola manus subtrahitur: quasi in uolam dare. Lucanus libro 6. 117.

— quid corpore magni Proiecto rapiat, quod Caesaris inuolat artus. Plin. lib. 9. cap. 59. 3. Singulos inuolat uerius quam caput. Callistrat. in l. expugnatur. ff. de incendio, ruina & nauis. Vela conuolantur, aut anchorae inuolantur de mari. Id est, in uolam capiuntur, ut ait Budaeus.

Inuolare & inuolare, contraria. Varro 3. de re Rust. cap. 11. 3. Col. lib. 8. cap. 15. 1.

Inuolucris] & hoc inuolucris, pen. cor. (ἠγοουατοῦαι) Quod uolucris adhuc non potest: ut, Anis inuolucris. Gell. lib. 2. cap. 29. Pulli etiam tunc inuolucres erant.

Inuolucer, inuolucris, & hoc inuolucris, penult. corr. Idem (ἠγοουατοῦαι) Politianus in Rustico.

— auscultat an intus Pipiat inuolucer pullus.

Inuolucrum] Vide Inuoluo.

Inuoluo] inuoluis, inuolui, inuolutum, pen. prod. (ἠγοουατοῦαι, ἠγοουατοῦαι) inuoluere, Proprie significat glomerare.

Per metaphoram tamen aliquando, pro implicare ponitur. Plinius libro 11. cap. 2. 4. 5. Aranei lacertarum catulos prius inuoluunt.

Inuoluere, Tegere. Virg. 2. Aeneid. 51.

Vertitur interea caelum, & ruit Oceano nox Inuoluens umbra magna terramq; polumq;.

Carmina inuoluere historijs. Ouid. in Ibin, 12.

Crinem inuoluit casside. Siluius lib. 7. 93.

Nimbi inuoluere diem. Virg. 3. Aen. 40.

Feno inuoluere aliquem. Ouid. 4. Fast. 141.

Fumo undique inuoluitur. Ouidius 2. Metamorph. 47. de Phaetonte.

Virtute mea me inuoluo. Horat. 3. Carm. ode 29. 11.

Membrana inuoluit libellum. Tibull. lib. 3. eleg. 1. 2.

Auster aqua inuoluens nauemq; uirosq;. Virg. 6. Aen. 67.

Nemus inuoluit flammis. Virg. 2. Georg. 62.

Inuoluere se literis, quod & Abdere se literis dicitur: hoc est, Se totum immergere studijs literarum. Cicero ad Papyrium, libro 9. 20. 7.

Inuoluere se otio. Plin. epist. 12. 3.

Trabes & saxa inuoluere super aliquem. Qui. 12. Metam. 103.

Hoc est, prouoluere.

Obscuris uera inuoluens. Virg. 6. Aen. 20.

Inuoluit, quadrisyllabum, pro inuolui. Ouid. epist. 18.

Scilicet immanes elisos faucibus hydros, Instantem caudis inuoluisse manum.

596 I N V
Inuoluere, Aliquando imponere. Virg. 1. Georg. 57.
Scilicet atq; Offe frondosum inuoluere Olympum.
Inuolutus, pen. prod. Participium (ἰνολούτος) ut, Inuolutum ca-
put, Inuolutis opertum & uelatum. Cic. 2. Philipp. 84. Et
6. Verr. 56. Imperat suis, ut id in Prætorium inuolutū quam
occulsiſſimè deſeratur.
Inuolutum bellum. Cic. 7. Philipp. 219.
Inuoluta obſcuritate caufa. Cic. 1. de Diuinat. 65.
Inuoluta integumentis nequitia. Cic. in Piſonem, 8.
Inuoluta & teſta de fortitudine notio. Cic. 4. Tuſcul. 83.
Inuolutæ & occultæ res. Cic. 1. Acad. 21.
Occulta quedam & quaſi inuoluta aperire. Cic. 1. de Fin. 46.
Inuoluolus, inuoluoli, pen. cor. (ἰνολούλος) Idem uermiculus qui &
Conuoluolus dicitur, quòd ſeſe folijs arborum & uitium cir-
cumuoluat & implicet. Plaut. Ciſel. 10. 68,
Sed quidnam amabo? Inuoluolum,
Quæ in pampini folio intorta implicat feſe. Feſtus, In-
uoluolus, uermiculi genus qui ſe inuoluit pampino.
Inuoluere, pen. prod. Subſt. (ἰνολούω) Linteum quod tonſo-
res humeris tonſendorum inuoluunt, ne capillorum recifa-
menta, & præſegmina ueſtem ſordident. Plaut. Capt. 6.
17, Ne is quidem inuolucra inijcere uoluit, ueſtem ut ne
inquinet.
Inuolucrum, pen. prod. (ἰνολούω) Quicquid aliquid tegit &
operit: ut, inuolucrum clypei. Cic. 2. de Nat. deor. 53, Vt cly-
pei cauſa inuolucrum, uaginam autem gladij, ſic pater mun-
dum cætera omnia aliorum cauſa eſſe generata.
Inuolucra & integumenta. Cic. 1. de Orat. 76.
Inuolucris ſimulationum tegi: hoc eſt, ſimulationis affectibus. Cic.
ad Q. frat. lib. 1. 22.
Inurbanus] pen. prod. Adieſt. (ἰνυρβανός) Urbano
contrarium: hoc eſt, inuulſus, rudis, ruſticus moribus prædi-
tus. Cic. 2. de Orat. 23, Inopem quendam humanitatis atque
inurbanum. Idem de claris Orat. 93, Sed omnium oratorum
ſine rabularum, qui & planè indocti, ut inurbani, aut ru-
ſtici etiam fuerunt, &c.
Dictum inurbanum. Horat. de Arte, 56.
Geſtus non inurbanus. Quint. lib. 6. cap. 4.
Inurbanè, pen. prod. Aduerbium (ἰνυρβανῶς) Inuulſiter. Cic. 3.
de Nat. deor. 68, Apud quos non inurbanè Stratonicus, ut
multa quum, &c. Subaudi, inquit.
Inurgeo] inurges, inurgere. Lucret. lib. 5. 208,
Cornua nata prius uulſo, quam frontibus extent.
Illi iratus petit, atq; inſenſus inurget. Hoc eſt, urgendo
impingit in arbores aut aliud quidpiam.
Inurto] inurmas, pen. prod. (ἰνυρτοῦ) inurmare, idem
quod Vrinare, id eſt, in aqua mergi, & natando emergere.
Col. lib. 8. cap. 14. 2, Lacus piſcinaq; manu ſiant, ut ſint qui-
bus inurmare poſſint aues.
Inuro] inuris, pen. prod. inuſi, inuſtum (ἰνυρῶ) inurere, igne
nitro ferro imprimere, ut ſigma fronti, & equorum coxis,
ut cognoscantur à uenditore.
Notas & nomina inurunt uulſis. Virg. 3. Georg. 31.
Inurere, Adhibito igni fingere: quod genus picture, encanſice
dicitur. Plinius libro 35. cap. 4. 9, Cuius ſupra caput tabula
bigæ dependet: Nicias ſcripſit ſe inuſiſſe, tali enim uſus eſt
uerbo.
Inurere alicui inſamiam, per translationem, ſignificat ita impri-
mere, ut deleri nequeat: ut, Inurere ignominiam alicui. Cic.
de Proouincijs Conſul. 13.
Inurere dolorem animo alicuius. Cic. 4. Verr. 18. Item 3. Tuſc.
33, Proprium eſt enim irati cupere, à quo laſus uideatur, ei
quam maximam dolorem inurere.
Inurere ſamiam ſuperbie alicui, inijcere noiã ſuperbie, Super-

I N V
bie damnare. Cic. pro L. Muræna, 7.
Inurere leges. Cic. pro Milone, 24, Quas ille leges (ſi leges non
minandæ ſunt, ac non faciès urbis, & preſes Reipub.) fuerit
impoſiturus nobis omnibus, atq; inuſturus: id eſt, in perpe-
tuam Reip. ignominiam laturus.
Inurere alicui maculam, Eſt crimen indelebile ſibi contrahere.
Liu. lib. 3. de Claudio.
Inurere alicui notam Cenſoriam. Plin. epiſt. 190. f.
Inuſtus, Particip. (ἰνυſτός) ut, Sanguis inuſtus uulnere. O-
uid. 12. Metam. 55.
Inuſtatus] penult. prod. Adieſt. (ἰνυſτός) Inſolitus, præter
conſuetudinem, nouus, inauditus. Cic. in Orat. 7, Aut repre-
hendet, quòd inuſtatas uias indagemus, uitas relinquamus.
Idem 3. de Fin. 7, Inuſtatis uerbis uteretur.
Acies inaudita ante id tempus, inuſtataq;. Liu. 4. ab Vrbe.
Inuſtata magnitudo. Plin. lib. 8. cap. 48.
Inuſtata] Aduerb. (ἰνυſτάτως) quòd & Inuſtato dicitur: hoc
eſt, præter morem & conſuetudinem. Plin. in Paneg. 9.
Abſurdè & inuſtate ſcripte epiſtola. Cicero ad Q. fratrem,
lib. 1. 2. 14. Et de claris Orat. 14, Inuſtate loqui.
Inuſtilis] & hoc inuſtile, penult. corr. (ἰνυſτός) Vtili con-
trarium. Plaut. Pſeud. 13. 5, Multiloquum,
glorioſum, inuſtilium, inuſtilem. Cic. 1. de Inuēt. 2, Is inuſtilis ſi-
bi pernicioſus patrie ciuiſ alitur.
Inuſtilis ad uſus ciuium. Cic. 1. de Fin. lib. 20.
Nomen inuſtile. Horat. 1. Carm. ode 14. 3.
Qui mores aut uſus, aut inuſtiles ſunt. Cic. 2. de Diuinat. 17.
Alga inuſtilis. Horat. 3. Carm. ode 17. 2.
Factu inuſtile. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 25.
Inuſtilior. Ouid. 13. Metam. 8,
— donec ſolerior iſto,
Et ſibi inuſtilior, timidi commenta retextit.
Inuſtiliter, pen. cor. Aduerb. (ἰνυſτίως) Inuſtiliter de bel. Alexan-
lib. 4. 267, Multa Roma malè & inuſtiliter adminiſtrari.
Quint. lib. 2. cap. 4. 13.
Inuſtilitas, penult. corr. inuſtilitatis (ἰνυſτία) Cic. 2. de Inuen.
239, Ex his illud conſtituitur, ut appetendarum rerum par-
tes ſint honeſtas & utilitas: uitandarum, turpitudò &
inuſtilitas.
Inuſtrium] Vinclitice urbs Ptol. lib. 2. ca. 13, Vulgò Iſpruch.
Inuulneratus] pen. prod. Adieſt. (ἰνυλνῆτος) Vulnerato con-
trariū Cic. pro Seſtio, 123, Aut omnino inuulnerati, inuolun-
tiq; uicerunt.
Inuus] qui & Pan. Vide Faunus.
I O
Io] huius Ius (ἰώ) filia ſuit Inachi, à Ioue adamata, quam ob Iu-
nonis interuentum, ne agnoſceretur, in uaccam conuerſit,
eiq; cuſtodendæ Iuno Argum præfecit. Deinde interſiſſo
Argo à Mercurio, Iſis Aegyptiorum dea facta eſt, ut ſcribit
Lucian. in deorum dialogis. Vide Ouid. lib. 1. Metam.
Vaga Io. Valer. 7. Argon. 23.
Io] id, dolentis particula eſt. Tibull. lib. 2. eleg. 4. 2,
Vror, io remoue ſeuu puella faces.
Io, quandoq; exprimit geſtantis lætitiæ affectum. Budæus ſacrã
eſſe inuocationem dicit. Ouid. 2. de Arte amand. 1. 1,
Dicite io pæan, & io bis dicite pæan. Plaut. Caſin. 19. 3,
Io hymen hymenæe, ô hymen.
Io triumphæ. Horat. 4. Carm. ode 2. 10.
Io, irridentis interieſtio. Plaut. Merc. 22. 109,
Nunc domiſte decet, ſic fieri oportet. v. io quæ inſomniã
Hic homo non ſanus eſt.
Iocasta] Ἰωκάστη, Filia Creontis, & uxor Laij regis Thebanor-
um, poſt cuius necem imprudens nuſſit Oedipodi filio
ſuo, ex quo ſuſcepit Polynece & Eteoclem: qui quum mu-

I O C
uis ſeſe uulneribus occidiſſent, ipſa quoq; ſe necauit. Stat.
lib. 2. Thebaidos.
Regina exuleraſt notum penetrabilibus enſem, &c.
Seneca Iocasta. Senec. Oedip. 14. 2.
Iocatio] Vide Iocus.
Iocus] iocū, m. g. (ἰωκῶν) pluraliter, hi-
ioc, uel hoc iocac. Iocum uocamus quòd eſt contrarium Se-
rio. Differt autem Iocus à ludo, quòd ludus factis, iocus præ-
cipuè uerbis fieri dicitur. Plaut. Stich. 4. 68, Iocos ridicu-
loſ uendo, ague licemini. Cic. ad Attic. lib. 14. 312. 2,
Itaq; iocac tua plena facietiarum, &c.
Ioca & Seria, contraria. Cic. 2. de Fin. lib. 135.
Verba apta ioco. Ouid. epiſt. 21. 10.
Antiqui fabula plena iocū. Ouid. 2. Faſt. 61.
Puriori iocū. Ouid. 3. de Arte, 127.
Liberalis iocus. Vide Illiberalis.
Iocus inſanus. Claud. in Præſat. lib. 2. in Eutrop. 2.
Læſius iocus cuiſpiam cum aliquo. Vide Læſiuus.
Liberalis iocū. Vide Liber.
Liberior iocus. Ouid. 4. Faſt. 191.
Magni riſus iocūq;. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 10.
Opportunus iocus. Quint. lib. 6. cap. 3. 7.
Ridens iocus. Stat. 1. Syl. 6. 2.
Senus iocus. Horat. 1. Carm. ode 33. 3. Idem 2. epiſt. 1. 30.
Superbiiocū. Ouid ad Piſonem, 23.
Iocus uenentus. Ouid. 2. Trift. 113.
Iocos admittere. Vide Admittere.
Agitare iocos. Ouid. 3. Metam. 32.
Turpes iocos inſerere hiſtorie. Ouid. 2. Trift. 89.
Mouere licui riſum & iocum. Horat. 1. epiſt. 20. 4.
Ioculus, ioculi, pen. cor. Dimin. (ἰωκῶν) Plaut. Moſtel.
1. 20, Egone te ioculo modo auſum dicto aut facto falleret?
Ioco, Aduerb. Per iocum, quòd & iocose dicitur: hoc eſt, ſe-
ſiuè. Terent. Heaut. 3. 2. 30, Iocose, an ſeridè ille dicat ne-
ſcio. Idem Eunuch. 1. 2. 99.
Iocofus, pen. prod. Adieſt. (ἰωκῶν) Ad lu-
dum pertinens. Vide Iocoſas contentiones dicitur, quæ in
ludis uel de ludis oriuntur.
Furium iocoſum. Horat. 1. Carm. ode 10. 2.
Iocoſus. Mart. lib. 1. 20, Id eſt, Iocis & ridiculis plena.
Ludi iocoſi. Ouid. 5. Faſt. 37.
Iocoſum, ſeſſiuum, iocudum, & quòd uerbo ipſo riſum mouet:
Vi iocoſa uerba, hoc eſt, leuia, non ſeria, ſed per iocum dicta.
Plin. lib. 35. cap. 10. 46, Idem iocoſo nomine Gryllum ridi-
culi habitus pinxit. Quint. lib. 6. cap. 4, Diſtorum urbano-
rum alia ſeria, alia iocoſa, alia media.
Sermo triſtis & iocoſus, contraria. Horat. 1. Serm. Sat. 10. 3.
Verba iocoſa. Ouid. 6. Faſt. 139.
Iocoſus homo: hoc eſt, Facetus, lepidus, iocis abundans. Varro
2. de Re Ruſt. cap. 5. 1, At Quinius Lucretius Senator homo
quamuis humanus & iocoſus.
Hilaris & iocoſus. Horat. lib. 1. epiſt. 19. 19.
Iocabundus, Adieſt. Valer. lib. 2. cap. 15, Iuuentus rudi atq;
incompoſito motu corporum iocabunda geſtus dedit.
Iocoſe, pen. prod. Aduerb. (ἰωκῶν) Feſtiuè, hilariter. Cic.
ad Q. frat. lib. 2. 14. 2, Eumq; luſi iocose ſatis.
Dicere aliquid iocoſus. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 22.
Iocularius (ἰωκῶν) Quòd ioco dicitur, & ioco dignum
eſt, neq; ſerium eſt aut graue. Horat. 1. Serm. Satyr. 1,
Præterea ne ſic, ut qui iocularia ridens Percurram.
Iocularium in malum inſiciens penè incidi. Terent. And. 4. 5.
43, Vbi Donatus, Iocularium eſt contrariò pro graui, & mo-
leſto ac nimio, iocularium igitur uad' ad trippera.

I O C 597
Ioculariter, pen. corr. Aduerb. (ἰωκῶν) Per iocū. Plin.
lib. 22. cap. 22. 14, Hæc eſt, quæ Ariſtophanes Euripidi poe-
te obijci ioculariter.
Ioculator, pen. prod. ioculatoris (ἰωκῶν) Cic. ad Attic. lib.
4. 85. 6, Huic ioculatorem ſenem illum, ut naras, interreſſa
ſane nolui.
Iocularis, & hoc iocularare, penultima producta. Idem Terent.
Phorm. 1. 2. 84.
Iocularem audaciam. Cic. de Fato, 23, O licentiam iocularem.
Idem 1. de Leg. 79, Ioculare iſtud quidem, Pomponi, &
multis ſepe deriſum.
Ioculatio, onis, Firnic. lib. 5. cap. 4. ad finem, Ioculationibus
dediti, canicis, & uoluptatibus.
Iocor, iocaris (ἰωκῶν) Iocari, Nugas agere: uel facere, & cum
ueniſtate aliqua loqui. Terent. Eun. 2. 3. 86, Quid agis io-
cabar equidem. C. H. garris. Cic. 4. de Fin. 50, Habent enim
acceſſionem dignam in qua laboretur, ut mihi in hoc Stoicè
iocari uideantur interdum, quum ita dicant.
In faciem per multa iocatus. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 13.
Carum neſcio quid lubet iocari. Catullus, ad paſſerem Lesa-
bia, 2. 2.
Iocans, iocantis (ἰωκῶν) Ioco aliquid dicens, nec ſeridè da-
gens. Cic. 4. Acad. 36, Fabricemusq; ſi opus erit, uerba: ne
id ſibi (me appellabat iocans) hic licere putet ſoli.
Mim iocæcena iocantes. Ouid. 2. Trift. 99.
Ioculans, pen. cor. ioculantis, Idem. Liu. 7. ab Vrbe, 41, Inter
carminum propemodum incondita quedam militariter ioc-
ulantes, Torquati cognomen audiuim.
Iocatio, Verbalis, Iocoſa & faceta narratio uel locutio. Cic.
ad Papyrium, lib. 5. 16. 18, Nunc uenio ad iocationes tuas.
Iol] Numidie urbs, quæ poſtea Colonia Cæſarea dicta eſt, de
qua ſic Strabo lib. ult. ſcribit, in hac ora ciuitatem fuiſſe no-
mine Iol, quæ quæ Iuba Ptolemei pater muniret, mutato no-
mine Cæſaræa uocauit. Cæſaræa igitur dicta eſt, nõ ob Clau-
dij, cuius liberalitate, quum poſt uictū patrem Iubam, Romæ in
triumpho ductus eſſet, miro in eo elucente ingenio, reſtitutus
eſt in regnum. Vide Melam. Olinarius dicit nunc iocari
Bugiam.
Iolaus] pen. prod. (ἰόλαος) Iphicli filius fuit, à quo Sardinij
Iolenſes Strab. libro 5. dicti ſunt: quia illam inſulam ad pa-
cem reduxit.
Hyantæus Iolaus. Ouid. 8. Metam. 62.
Iolcos] Ἰωκῶν, Oppidum Theſſaliæ Pomponio lib. 2. & Plin.
nio lib. 4. cap. 9.
Portus Iolciatus. Ouid. 7. Metam. 32.
Iole] pen. corr. (ἰόλη) Eurili Aetoliæ regis filia fuit, quam ama-
uit Hercules.
Ioh] Gemma apud Indos iolacra, quæ raro ſaturo colore lu-
cet. Plin. lib. 37. cap. 10.
Ion] Ἴων, Poeta Græcus, cuius meminit Plutarchus.
Ion] Xuti filius: à quo Ionia dicta eſt Athenienſium ciuitas, ſi-
cut à Cecrope conditor Cecropia, & à Mopſo Mopſopia.
Ionia] Ἰωνία, Regio minoris Aſiæ, media inter Cariã & Ae-
oliam, ab Ionio Athenienſium duce cognominata, qui eam
regionem ſubegit, uel à Iano Iaphet filio ut Iofephus inquit
lib. 1. Antiq. cap. 11.
Ionia, Regio eſt Græcorum, in qua ſunt urbes, Ephelus, Mile-
tus, Priene, Clazomene, &c. Ab Ortu Lycæones & Lydos
habet, à Septentrione Aeoles, ut à Meridie Cares. Ionia ſitum
deſcribit Plin. lib. 5. cap. 29.
Dies Ionia. Ouid. 6. Faſt. 35.
Mollis Ionia. Propert. lib. 1. eleg. 6. 7.
Ionenſis,

Ionicus, pen. corr. Adiect. (*ἰωνικός*) Quod est ex Ionia: ut, Ionica lingua, inter quinque Græcorum linguas notissima.
Ionicus à maiori, pes est constans ex spondeo & pyrrhichio: ut, Preconium. Ionicus à minori, ex pyrrhichio et spondeo: ut, Diomedes. Disti sunt Ionici, qui Iones populi in carmine ips pedibus utebantur.
Ioniacus, pen. corr. (*ἰωνιακός*) Aliud Adiect. ut, Puella Ioniaca. Ouid. 2. de Arte, 4. 4.
Ionium mare, ab Ionia regiuncula extreme Italie Solinus dictum ait. Parrhasius grammaticus ex Didymi Græci scriptoris auctoritate ab Ionio Dyrhachij filio, quem Hercules ex improviso occisum in mare proiecit, ut memoriam eius propagaret, cuius inter alios Appianus nobilis scriptor meminit. Alij ab Ius errore, ut Lycophron ait. Vel ab Ionio Illyrico. Vel quod in eo perierunt Iones, Alij sic scribunt, Ion Italus Adriæ pater fuit, à quo sinus Ionius, qui mox ab Adriæ dictus est Adriaticus. Ferè constat hoc mare uiolentum esse uasum & iactabundum: ac supra fauces Adriatici intra Siciliam & Peloponnesum atq; Candiam expanditur. Ideo Græci partim ipsum Siculum, partim Creticum appellant Mare Ionium. Virg. 5. Aeneid. 39. (ant, ab insulis. Aequor Ionium nauigat. Ouid. 15. Metam. 10. Immensum Ionium. Ouid. 4. Metam. 7. Magnum Ionium. Virg. 3. Aeneid. 43. Sinus Ionius. Horat. Epod. 14. Trucis Ionij rabies. Stat. 6. Theb. 11.
Iopas] pæ. pen. prod. Rex Aforum, unus ex procis Didonis, ut Punica testatur historia. Virg. 1. Aeneidos, — cithara crinitus Iopas
 Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.
Ioppe] Ἰόππη, Vrbs Iudæe maritima antiquissima, ut pote quæ ante diluuium sit condita: regia quondam fuit Cephei regis patris Andromedæ, ut scripsit Pomponius Mela, lib. 1. & Plin. lib. 5. cap. 13. De huius urbis situ scripsit Hægesippus lib. 3. bel. Iudæici.
Iordanis] Ἰορδάνης, Fluium Iudæe eximie suauitatis, ut scribit Plinius lib. 5. cap. 5. Vide interpretationem nominum Hebræicorum.
Ios] Ἰώ, Insula una ex Cycladibus, in qua sepultus est Hercules oraculo iubente: quoniam mater eius ex eo esset, ipse certa matre, incerta esset patria. Plin. lib. 4. cap. 11.
Iota] Ἰώτα, product. (*ἰώτα*) Nomen literæ Græcæ. Cicero 3. de Oratore, 26. Quare Cotta noster, cuius in illa lata Sulpitij nonnunquam imitatus, ut Iota in literam tollas, & e plenissimum dicas. Martialis. libro 2. 92. Vnum de titulo tollere Iota potes.
Iotapata] Vrbs in Syria, à conditore sic uocata.
Iouis] Genitiuus est à Iupiter. Vnde Iouis gemma, candida est, non ponderosa, tenera. Plin. lib. 37. cap. 10.
Iphianassa] Ἰφιανασσα, Melampodis uxor fuit, & Preti filia, ob pulchritudinem à Iunone in furorē uersa, sed à Melampo sanata.
Iphianassæus, Adiect. (*ἰφιανασσῆος*) ut, Iphianassæus sanguis. Lucret. lib. 1. 17.
Iphiclus] pen. corr. (*ἰφικλῶς*) Amphitryonis & Alcmenæ filius, uno partu cum Hercule editus, Iolai pater: sepulchrum habet apud Phenæi Arcadiæ urbē, ut scribit Pausanias. Vide Seruium Virgilij lib. 8. Aeneid. 58.
Iphiterates] pen. corr. teste Aemilio & Plutarcho, uir Atheniensis, non tam magnitudine rerum gestarum, quam scientia rei militaris nobilitatus.
Iphidamas] pen. corr. teste Homero lib. 11. Iliad. Antenoris filius, corpore lato atq; procero, ab Agamemnone in bello

Troiano interemptus fuit.
Iphigenia] pen. prod. (*ἰφίγοια*) Agamemnonis filia, quam ad placandum numen Calchas mactandam in sacrificio apud Aulidem censuit. Vide Seruium enarrantem illud Virgiliij 2. Aeneid. 2. 4.
 Sanguine placatus uentos, & c. Propert. lib. 3. eleg. 7. 5.
 Hoc iuuent amisso classem non soluit Atrides,
 Pro qua mactata est Iphigenia mora.
Iphimedia] Vxor fuit Aloeï, quæ compressa à Neptune, duos peperit, Oethum & Ephialtem, qui digitis nouem per singulos menses crescebant. Hæc Seruius enarrans illud Virgiliij 6. Aeneidos, Hic et Aloidæ geminos, immania uidi Corpora. Vide Aloeus.
Iphinassa] Vide Iphianassa.
Iphinous] pen. corr. Vnus ex Centauris.
Iphis] Ἴψις, Puer liberali specie quum Anaxaretē puellam in credibili amore prosequeretur, neq; tamen redamaretur ab ea. Laqueo se suffocauit, atq; onus in scilicet elisa fauce pependit, inquit Ouid. lib. 14. Metam.
Iphitus] pen. corr. Vir fuit Troianus, quem Homerus lib. 8. Iliad. & Virg. lib. 2. Aeneid. maximum armis esse dixit.
Iphitus] Filius Praxionidis, siue Hemonis, qui primus Olympiada instituit.
Ips] ipos, Vermiculus terre pilosus, multis pedibus, arcuatum repens, tractusq; contrahens se. Alij scolopendram nominat, alij millepedam, alij centipedam.
Ipsa] ipsa, ipsum (*ἴψα, ἴψον*) & antiquè ipsus, genitiuus ipsius, pen. prod. Terent. And. 2. 3. 3. Ipsus sibi esse mirum uideatur.
 Ipse Pronomen demonstratiuum, alijs pronomibus iunctum, eorum accipit significationem: ut, Ego ipse, Tu ipse. Terentius Adelph. 4. 2. 4. 5. Apud ipsum lacum. Idem Adelph. 4. 4. 18. Ipsum id metuo ut credant, & c.
 Ipse, absq; alijs per eclipsim prolatum, & tamen eorum habet significationem quæ cum eo subaudiuntur. Virg. 2. Aen. 1. — quæq; ipse miserrima uidi.
Ipsa, Relatiuum. Terent. Adelph. 1. 2. 59. — ipse tuus ipse sentiet
 Posterus. Idem Eunuch. 2. 2. 23.
 Tanquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis
 Vocabula. Ibidem, 3. 3. 9. — ipsa accumbere.
 Ipse, repetitio nomini adiunctum. Cic. ad Att. lib. 1. 1. 7. Rogauit me Cecilius ut adesset contra Satyrum. Et paulo post sequitur, Sanè sum perturbatus cum ipsius Satyri familiaritate, tum Domitij. Hoc est, predicti uel prefati Satyri.
 Ipse emphasim uidet, expressionem alicuius rei latentis habet. Vt si dicam, Ipse pater, de quo minus credendum esset, qui hoc fecit. Terent. Adelph. 4. 7. 43. — ipsa si cupiat Salus, Seruare profus nō potest hanc familiā. Virg. 2. Aen. 53. — & ipse doli fabricator Epeus.
 Ipse egomet solui argentum maiorem quandā uim habet quam ego ipse. Terent. Adelph. 4. 4. 19.
 Tu te ipse. Terent. And. 1. 1. 12. 4.
 Homo ipse nusquam est. Terent. Eun. 3. 4. 5.
 Flos ipse. Terent. Eunuch. 2. 3. 2. 7.
 Ipse frater. Terent. 5. 2. 66.
 Se ipse. Terent. And. 3. 2. 15. Seipsum fallit. Idem in Prologo Adelph. 4. Indicio de se ipse erit.
 Ipsa res. Terent. And. 3. 3. 20. & Eun. 4. 4. 38. Res ipsa indicat. Item, Rem ipsam dic.
 Re ipsa mihi dolet. Terent. Adelph. 4. 7. 15.
 Ecum ipsum uideo. Terent. And. 3. 4. 2. 6. Et, Eun. 4. 7. 18. Hæc bemus hominem ipsum. Et 5. 1. 19. Istunc ipsum.

Ipsum me

Ipsam me nosse. Terent. Eunuch. 3. 5. 18. Te ipsum expectabam
 Ibidem, 4. 6. 5.
 In ipsis nuptijs. Terentius And. 5. 4. 13. In tempore ipso, ibidem 5. 6. 10.
Ipsor, ipsissimus: Hoc est, idem ipse. Plaut. Trinum. 13. 14. 5. — ergo ipsissime est? c. Ipsissimus, abi hinc ab oculis.
 Ipsid est, ego. Virg. 1. Eclog. 2. — & ipsum
 Ludere quæ uellem calamo permisi agrej. Quint. lib. 11. cap. 1. Ipsos erubescere etiam quum ab alijs laudamur, de cet, Hoc est, nos.
 Ipsius, pro Suijs. Cic. pro Sestio, 25. Quis unquam Consul Senatum ipsius decretis parere prohibuit? Budeus.
 Inter ipsos, pro Inter se. Quintil. lib. 8. cap. 6. Circa quem in explicabilis & grammaticis inter ipsos, & philosophis pugna est. Idem lib. 10. cap. 2. Ipsus est reciproce, Diuersa est causa uin inter seipsos conditio.
 Ipsum, pro Res ipsa de qua agimus. Cicero 1. de Diuinat. 168. Sed id ipsum est deos non putare, quæ ab his significantur, contemneret.
 Hoc ipsum nihil gere & planè cessare, delectat. Cicero 2. de Oratore, 14.
 Hoc est ipsum esse contra se copiosum, disertum. Cicero 2. de Diuinat. 125.
 Quod ipsum. Cic. in Somnio Scipion. 29. Idem 1. de Oratorib. 102. Quod ipsum est tamen magnum. Idem pro lege Manilia, 11. Quorum ipsorum per se res & fortuna curæ uobis esse debent.
 Qui ipse tum fuit. Cic. de clar. Orat. 14.
 Qui ipse. Cic. ad Att. lib. 8. 167. 3. Nec me consules mouent, qui ipsi pluma aut folia facilius mouentur.
 Idem hoc ipsum, maximam emphasis & repetitionis gratiam habet. Cicero 5. Tusculan. 40. Nihil grauius, nihil philosophia dignius, nisi idem hoc ipsum honeste, sapienter, iuste ad uoluptatem referre.
 Idem ipse Mithridates. Cic. pro lege Manil. 32.
 Ille ipse. Cicero 2. de Oratore, 42. Querebant ab Annibale. Quisnam ille ipse de illo philosopho iudicaret. Idem pro Marcello, 4.
 Ille ipse diuinationis auctor Chrysippus. Cic. 2. de Diuin. 89.
 Ilud ipsum quod est optimum. Cic. in Orat. 4.
 Illo ipso tempore, illo ipso anno. Cic. Post reditum in Senatu, 2. & 3. Et ad Att. lib. 4. 70. 4. Ipso illo die quo lex est data.
 Ipsi ipsi qui, & c. Cic. 2. Trist. 10.
 Ipsum ipsum inquam Brute, dico librum. Cic. de clar. Orat. 7.
 Cur Res. c. o. s. ipso ipso defensa non est. Cicero ad Atticum, lib. 7. 123. 6.
 Si quis istas ipsas artes illustrare uelit. Cic. 1. de Orat. 32.
 Eo ipso die. Cic. 1. Trist. 90. Idem Cassio, lib. 15. 18. 1. Longior epistola fuisse, nisi eo ipso tempore petita esset à me, quum iam iretur ad te. Idem, Ea enim ipsa hora acceperam literas tuas.
 Il tamen ipse dixit. Cic. de Nat. deor.
 Id ipsum. Cic. Cassio, lib. 15. 17. 1. Atq; id ipsum facerent commo dius, si, & c.
 Cum id ipsum dicere, nunquam sit non ineptum. Cicero 1. de Oratore, 59.
 Hic ipse, & hoc ipsum. Cicero 2. de Finibus, 6. Velut in hoc ipso de quo nunc disputamus. Ibidem, 72. Itaq; hic ipse iam pridem reiectus est.
 Hic ipse. Cic. 1. de Orat. 17. Sic in orationibus hinc ipsi sit.
 Hoc ipsum. Cic. ad Att. lib. 7. 130. 3. Sed ego hoc ipsum uelle mi seruis esse dico.
 Natali suo ipso die. Cic. ad Att. lib. 4. 70. 5.
 Annis ipsis x. Cic. de clar. Orator. 30. Cato qui annis nouem

post eum fuit Consul, & mortuus est annis LXXXIII, ipse ante me Consul em.
 Dies ipsi. Cic. ad Att. lib. 3. 62. 1. Ibidem, lib. 5. 98. 3. Quum ibi decem ipsos fuisset dies.
 De ipso dicere modestè, pro De seipso. Cic. pro Corn. Balbo, 1. Per seipsum. Cic. de Arusp. 32. Hoc quid sit, per seipsum non facile interpretor, sed eo quod sequitur, sufficior, & c.
I **R**
Ir] n. g. & indeclinabile, Proprie manus concuuitas, licet quam doq; pro ipsa manu ponatur. Siphont.
Ira] ira (*ὀργή, θυμός, ὄρα, ἄλγος, ἄστος*) Dicitio est ab eo quod est ire: quod à se eat qui irascitur & furit. Vnde & qui iram deponit, ad se redire dicitur. Hæc Donatus. Terent. And. 3. 3. 2. 4. Amantium ira, amoris redintegratio est. Cicero 4. Tusculan. 32. Quæ autem libidini subiecta sunt, ea sic definiunt, ut ira sit libido puniendi eius qui uideatur lesisse iniuria.
 Firmissimus ira. Ouid. 7. Metam. 92.
 Furens ira. Senec. Herc. fur. 9. 41.
 Improbus ira. Virg. 9. Aeneid. 13.
 Iniqui ira. Quintil. lib. 6. cap. 1. 13.
 Terribilis ira. Virg. 12. Aeneid. 189.
 Flagrante ira tumidus. Claudian. de Laudibus Serenæ, epi grammat. 22. 27.
 Impatiens ira. Ouid. 13. Metam. 1.
 Fluctus irarum. Lucret. lib. 3. 61.
 Fræna irarum. Stat. 3. Thebaid. 89.
 Stimuli acres irarum. Lucan. lib. 2. 65.
 Fulminis ira. Ouid. 15. Metam. 163.
 Maris ira. Ouid. 12. Metam. 8.
 Abiecta ira. Seneca Thyeste.
 Acerba ira. Lucret. lib. 5. 240.
 Agitata ira magnis causis. Seneca Thyeste, 7. 2.
 Ampliores ira. Vide Amplus.
 Armigeræ ira. Stat. 6. Thebaid. 166.
 Atræ genis pallemibus ira. Valer. 2. Argon. 41.
 Bellatrix ira. Claud. 2. in Rufin. 24.
 Cælestis ira. Vide Cælum.
 Caligantes ira. Stat. 10. Thebaid. 57.
 Capitalis ira. Horat. 1. Seru. Satyr. 7. 3.
 Cruenta ira. Horat. 3. Carm. ode 2. 3.
 Feruens oculis dabat ira ruborem. Ouid. 8. Metam. 94.
 Flexa ira ad miuius. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 9.
 Graues ira. Horat. 3. Carm. ode 3. 6.
 Immedicabilis ira. Sil. lib. 1. 30.
 Inanis. Vide Inanis.
 Ingens. Ouid. 1. Metam. 34.
 Iniqua. Ouid. 5. Metam. 49.
 Lenta. Ouid. epist. 3. 5.
 Magna. Vide Magnus.
 Manifesta. Ouid. 6. Metam. 63.
 Mansuetior. Ouid. 3. Trist. eleg. 6. 5.
 Minax. Senec. Agamem. 7. 2.
 Mollior. Ouid. 2. Trist. 6.
 Preceps. Senec. Hipp. 4. 37.
 Rapida. Stat. 3. Theb. 19.
 Sæua. Virg. 10. Aen. 161.
 Sanguinea. Valer. 7. Arg. 67.
 Tenax. Ouid. 1. de Pont. eleg. 10. 6.
 Triflis. Virg. Eclog. 2. 3.
 Tumida. Ouid. 2. Metam. 59.
 Vasta. Ouid. 10. Metam. 110.
 Violenta. Ouid. 8. Metam. 22.
 Ira supra modum. Virg. 4. Georg. 48.

Abfcedit

Abfcedit ira. Terent. Hecyra, 5. 2. 15.
Abstinere irarum. Vide Abftineo.
Abundare ira. Vide Abundo.
Accedit illi ira. Vide Accedo.
Iras accendere. Sil. lib. 17. 90.
Accensus in iram. Vide Accendo.
Accingi ira. Vide Accingo.
Accum magnis ftridoribus iras. Virg. 12. Aen. 119.
Ingentes acuebat iras. Sen. Troad. 9. 5.
Dolor addidit iram. Ouid. 12. Metam. 108.
Adjicit iram luctibus. Ouid. 2. Metam. 77.
Admonere iras alicui. Stat. 5. Theb. 32.
Afficere aliquem dolore, & ira. Tacit. lib. 1.
Aggerare iras. Virg. 4. Aeneid. 49.
Viuaces iras agit animus. Seneca Herc. fur. 1. 6.
Afferare iram alicuius. Tacit. lib. 18.
Strictis mucronibus aſperat iras. Claudian. de magnete, epiã grammat. 4. 10.
Affurgunt iras. Virg. 12. Aeneid. 100.
Attollere iras. Virg. 2. Aeneid. 76.
Cadit ira metu. Ouid. 2. Amorum, eleg. 13. 1.
Calet ira. Stat. 6. Thebaid. 46.
Cohibere iras. Virg. 12. Aeneid. 63.
Colligere iram. Horat. de Arte, 33.
Commodare iras alicui. Stat. 4. Thebaid. 15.
Commota est ira tyranni. Ouid. 6. Metam. 110.
Comprimere iras. Seneca, Medea, 6. 1.
Concitare iras alicui. Ouid. 4. de Pont. eleg. 14. 9.
Rabida ira concius. Ouid. 7. Metam. 83.
Concedere in iras. Vide Concedo.
Condere iram. Tacit. lib. 2.
Inſucta conſtitit ira. Ouid. 6. Metam. 126.
Iram alicuius alicui contrahere. Ouid. 2. Metam. 132.
Coniundere iras. Vide Contundo.
Coquere iras. Sil. lib. 7. 82.
Crudeſcunt iras. Stat. lib. 2. Thebaid. 136.
Cumulatur ira cor. Cic. pro Celio, 29.
Decedet hæc ira. Vide Decedo.
Ad acres iras decurrere. Lucret. lib. 3. 63.
Deflagrare iras. Liu. lib. 10. Decad. 4.
Flendo diffundimus iram. Ouid. epiſt. 8. 13.
Habenas omnes irarum effudit. Virg. 12. Aen. 101.
Iram euomere in aliquem. Terent. Adelph. 3. 1. 14.
Tacita exaſtuat ira. Ouid. 6. Metam. 125.
Ira deum Stygijs ſeſe extulit undis. Virg. 3. Aeneid. 43.
Indomitas dolor excitat iras. Virg. 2. Aeneid. 119.
Horribiles exercuit iras. Virg. 3. Georg.
Exercent iras roſtris & unguibus. Ouid. 13. Metam. 124.
Facere iram. Quint. lib. 6. cap. 1. 11.
Miſſam iram facere. Vide Mitto.
Facere aliquid per iram. Cic. 4. Tuſc. 129.
Fimire iram. Ouid. 11. Metam. 80.
Veteres fimire iras. Ouid. 14. Metam. 116.
Aeſtu irarum fluctuat. Virg. 4. Aeneid. 113.
Frænare iras. Seneca Medea, 11. 4.
Frangere iram. Quint. lib. 6. cap. 3. 11.
Ignescunt iras. Vide Ignis.
Accenſe non fortiter imperat iras. Ouid. 9. Metam. 6.
Tumide non imperat iras. Ouid. epiſt. 11. 3.
Incendit ira. Vide Incendo.
Truci ira incendit peſtus principis. Seneca Octau. 5. 9.
Stimulis haur mollibus incitat iras. Virg. 11. Aeneid. 146.
Incitatus ira. Cic. 1. Offic. 36. Vide Incito.
Indulgere iras. Vide Indulgeo.

Induere iras ſibi. Sil. lib. 1. 8.
Immaniꝝ oculos inſecerat ira. Claud. de bel. Get. 118.
Ingere iras alicui. Stat. 4. Theb. 46.
Ira interit mora. Ouid. 1. de Arte, 75.
Lenire iram. Quint. lib. 3. cap. 8. 8.
Minuere iram. Vide Minuo.
Amor miſtus ira. Ouid. epiſt. 6. 16.
Moderari iras. Horat. 1. epiſt. 2. 12.
Mollire iras. Vide Mollis.
Mouere iram alicuius. Senec. Octau. 5. 7.
Occupata ira. Quint. lib. 4. cap. 2. 80.
Parcere iras. Virg. 2. Aeneid. 107.
Permulcere iras. Vide Permulceo.
Placare iram deorum ſacris. Ouid. 10. Metam. 80.
Ponere iram, & Colligere iram, contraria. Horat. de Arte, 33.
Ponere iras fideliter. Ouid. 6. Faſt. 9.
Fræna ponere iras. Luuen. Satyr. 8. 9.
Furor irasq; mentem præcipitant. Virg. 2. Aeneid. 64.
Graues premit iras. Lucan. lib. 2. 105.
Procedunt longius iras. Virg. 5. Aeneid. 92.
Prohibenda maxime est ira in puniendo. Cic. 1. Offic. 125.
Recanduit ira. Ouid. 3. Metam. 142.
Receſſit ira. Ouid. 12. Metam. 8.
Remittere iras. Virg. 4. Georg. 107.
Reprimere iram. Ouid. 1. Metam. 152.
Reſidunt iras. Ouid. 1. de Arte, 75.
Reſuſcitare iram poſitam. Ouid. 8. Metam. 95.
Satiare iram. Claud. de bello Gildon. 8. Ouid. 3. Metam. 51.
Sedare iras. Lucan. lib. 10. 11.
Soluere iras. Ouid. 9. Metam. 55.
Subit ira. Virg. 2. Aen. 115.
Miſta ira ſubridens. Virg. 10. Aeneid. 148.
Iras ſunt inter Glycerium & gnatum. Terent. And. 3. 2. 1.
Successi ira Poeni. Sil. lib. 13. 4.
Sumere nouas iras. Ouid. 2. Metam. 55.
Mollit animos, & temperat iras. Virg. 1. Aeneid. 13.
Tenere iram. Ouid. 5. Metam. 84.
Vertere iram in aliquem. Horat. Epod. 5. 12.
Vertere in iram. Liu. lib. 7. Decad. 4. In iram luctus uertit.
Memori te uindicat ira. Ouid. epiſt. 20. 2.
Vitare iram alicuius. Ouid. 3. Metam. 2.
Iracundus, Adiectiuum (ἐπιθυμῶν, ἀβυσσῶν, ὀργιστῶν) Qui parua, uel nulla cauſa præcedente irascentis, inquit Donatus: quiq; natura ad iram procliuſus eſt, etiam ſi tunc nulla moueatur ira. Plautus Merc. 18. 15.
Garruli, oſores, inſenſi, iracundi.
Iracunda ſecum miſſitat. Plaut. Merc. 18. 30.
Adria iracundior. Horat. 3. Carm. ode 9. 5.
Fulmina iracunda. Horat. 1. Carm. ode 3. 8.
Animus iracundus. Plaut. Bacch. 1. 4. 1. Petulans, proterus, iracundo animo, indomito, incogitato.
Leones iracundi. Ouid. 15. Metam. 18.
Mens iracunda. Lucret. lib. 3. 60.
Iracundia, iracundia (ἐπιθυμία) Donatus, ira de cauſa eſt: iracundia de uitio multum irascentis, ſine de moribus. Cicer. pro M. Marcello, 5; At uero quum aliquid clementer, manuete, iuſte, moderate, ſapienter factum, in iracundia præſertim, que eſt inimica conſilio, &c. Suet. in Claud. Caſare; capite 38. Ira atque iracundia conſcius ſibi, utrunque excuſauit edito. Cicero 3. Tuſculan. 17. Quamquam ipſa iracundia, libidinis eſt pars, ſic enim deſinitur, iracundia, uolenciendi libido.
Iracundia adiutor alterius. Terent. Adelph. 1. 2. 66.
Iracundia ſubita. Plin. lib. 10. cap. 43. 2.

Iracundia

Iracundia ardere. Terent. Adelph. 3. 2. 12.
Iracundia præſenti exardeſcere. Cic. Lent. lib. 1. 9. 78.
Aggere iracundiam. Vide Augco.
Cohibere iracundiam. Vide Cohibeo.
Continere iracundiam. Vide Contineo.
Mediocri iracundia iratus. Vide Mediocris.
Iracundiam omittit. Terent. Adelph. 4. 7. 37.
Iracundiam omittit. Terent. Adelph. 5. 3. 8.
Iracundiam reprimeret. Terent. Adelph. 5. 3. 8.
Iracundus, Aduerb. (ἐπιθυμῶς) Cum ira, ſurioſe, animoſe. Cic. 8. Philip. 24. 5. Nam me tecum iracundè agere dixiſti ſolere, non eſt ita, uehementer me agere fateor: iracundè nego.
Iracunditer, Aduerbium antiquum, ut reſert Nonius, citans Cæcilium ſubdititio, Quoſo ne tenere hanc rem agas, & ne iracunditer.
Iracor, iraceris, pen. cor. (ἐπιθυμῶμαι, θυμῶμαι, ἠρόωμαι, ἠρόωμαι, ἠρόωμαι, ἠρόωμαι) iratus ſum, irasci, ira commoueri, ſtomachari, ſuccenſere. Terent. Adelph. 1. 2. 56.
Rurſum Demæ iraceret.
Celer irasci. Horat. 1. epiſt. 21. 5.
Implicabilis irasci alicui. Tacit. lib. 1.
Molliter irasci alicui. Propert. lib. 1. eleg. 5. 2.
Iraſcor ſibi iſtud dictū. Plaut. Merc. 19. 15. Id eſt, ob iſtud dictū, irasci uicem alicuius, pro Dolere. Liu. 4. bell. Maced. 125.
Iratum fore. Cic. ad Attic. lib. 1. Pompeij amici noſtri negant me et iratum fore, ſi ad mea comitia non uenerit. Iratum fore dicitur, quia non erat in uſu futurum in rus, hoc eſt, iraturus, uel irascurus. Vnde Minus purè uidetur Seneca lib. 3. de ira ſcripiſſe ſe uerbis, Eugere itaq; omnes debet, quos iratus ros iracundia ſciat.
Iraſcor quod ſum euocatus. Quint. epiſt. 9. lib. 3.
Iraſcuntur adimonitioni. Quint. lib. 2. cap. 7.
Arabionē de ſicō nihil irascor. Cic. ad Attic. lib. 15. 329. 4.
Iraſci & ſuccenſere. Cic. Qu. Roſc. 27.
Iraſci & ſtomachari. Cic. de clar. Orat. 183.
Iraſtus, pen. prod. (ἠρόωτος, ἀπυροωτός) Partic. ſine Nomē ex participio, ira commotus. Cicer. pro Celio, 32. Huic homini ego ſtraſſe & pauci deos propitios, pleriq; autē iratos putabant.
Iratum habere aliquem, pro Alicuius iram in ſe cō uertere. Cic. ad Attic. Nolo te illum iratum habere.
Facere iudicem iratum aduerſario. Cic. 1. de Orat. 111.
Iraſtus & offenſus alicui. Cic. ad Attic. lib. 1. 4. 317. 4.
Proprium eſt irati cupere à quo laſus uideatur, et quam maximam dolorem inuere. Cic. 3. Tuſc. 33.
Mare iratum. Horat. Epod. 2. 2.
Ocelli irati. Ouid. 2. Amor. eleg. 8. 3.
Sitis irata. Propert. lib. 4. eleg. 10. 13.
Venter iratus. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 1.
Iraſtor, & iratiſſimus. Cic. ad Attic. lib. 15. 324. 4. Antonio eſt enim ſtraſſe iratiſſor. Sic 8. Philip. 24. 6. Caſar ipſe qui illis fuerat iratiſſimus, tamen propter, &c.
Iraſcē, pen. prod. Aduerb. (ἐπιθυμῶς) Hoc eſt, animo commoto. Col. lib. 7. cap. 12. 5. Satis eſt ſeueros eſſe nec blandos, ut non nunquam etiam conſeruos iratiſſos inueniantur, ſemper excandescant in exteros.
Irenarches] ſive irenarcha (ἐπιθυμῶν) dicitur cui ad tollendas diſcordias & pacandos ciuim animos in ciuitate præſicitur, & ſcilicet pacem ſignificat & quietem: ἀρετῆς princeps eſt. Irenarchus igitur eſt magiſter & princeps pacis ac diſcipline publicæ. Martianus in l. diuus Hadrianus. ff. de cuſtodia. & exhib. reor. hac uoce quinquies uitur.
Irenarche (inquit Vlpian. in l. munerum ff. de muneribus & honoribus) ſunt qui diſcipline publicæ & corrigendis Theſauri pars 2.

moribus præſciuntur.
Iria] flauia, Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs; Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Maria ſinis Terræ uulgò. Iria etiam, Taurinorum urbs Ptolemæo, Trira Plinio, hodie Sartrirana.
Iris] huius iridis; f. g. (ἰρις) Arcus cæleſtis. Ab ἰρις, quod eſt nuntiare. Nam poete deorum nuntiam ſingunt. Virg. 9. Aen. 1. Irim de cælo miſit Saturnia Iuno.
Iunonia Iris. Ouid. 14. Metam. 18.
Roſcida Iris. Virg. 4. Aeneid. 146.
Iri, Vocatiuus. Virg. 9. Aeneid. 4. Iri decus cæli.
Iris, Herba, illa quoq; non omittenda differentia, odoramenta torum multa nihil pertinere ad coronamenta, ut irim atq; ſa liuicam: quanquam nobiliſſimi ſit odoris utraq;. Sed iris ſa dice tantum commendatur, iuguentis & medicine naſcens; Et paulo poſt, Caulem habet cubitalem & rectum. Floret diuerſi coloris ſpiciis, ſicut arcus cæleſtis undè & nomē. Vulgè dicitur liliū cæruleū. Col. lib. 12. cap. 201.
Irinus] pen. cor. (ἰριδός) Quod ex iride factum eſt, ut, irinum unguentum. Plin. lib. 13. cap. 1. 3.
Irnella] le, Vafiſ genus in ſacris, inquit Feſtus.
Irneum] Placentæ genus quoddam, ab irnea, cuius poculi mentio eſt apud Plautum, ut irnelle apud Verrium, appellatum ſcribit enim Cato in irnea eſſe indendum, & in olla coquendum. Monuit Turneb.
Ironia] ironia, pen. pro. (εἰρωνεία) Figura eſt, que ſimulatio dici poteſt. Græci enim εἰρωνεία cauillari dicunt, quum aliud uerbis ſignificamus, aliud re ipſa ſentimus: ut Cic. pro Rabirio, 22. At credo, quum innumeraleis hoſtium copiis in Italia fuiſſet; atq; obſtatione temp. liberaſſet, omnia ſua ſecum unà moritura arbitrabatur. Non ita eſt Quiries. Idē 4. Acad. 31. de Socrate, ita quum aliud diceret, atq; ſentiret, libenter uti ſolitus eſt ea diſſimulatione quæ Græci εἰρωνεία uocant. Idem. 2. de Orat. 150. Socratem opinor in hac ironia, diſſimulantiaq; longè lepore & humanitate omnib. præſuiſſe. Vide Quint. lib. 9. cap. 2.
Irpices] Genus ferreorum raſtorum, quod plures habet dentes ad extirpandas herbas in agris. Feſtus.
Irpini] pen. prod. (ἰρῆνοι) appellati ſunt nomine lupi, quæ irpium dicunt Samnites: eum enim ducem ſecuti, agros occupare. Feſtus. Hirpinos cum aſpiratione uocat Seruius. De quorum nomenclatura tradit in 1. Aeneid.
Irradio] irradias, pen. corr. (ἀκτινοβολῶ) irradiare, illuſtrare, & quaſi inius radiare. Plaut. Faciunt quod conſueuerūt, irradiant ſalibus menſam, omnes ad riſum præuocant.
Iraſtus] pen. prod. (ἀνείρωνος) Adiect. Raſo contrariū. Plaut. Rud. 30. 16. Di te ament cum irraſo capite.
Claua irraſa. Silii lib. 8. 117.
Irrationabilis] & hoc irrationabile, pen. corr. (ἄλογος, ἀλόγος) Quint. lib. 7. cap. 4. Falſa eſt ſimilitudo, ſi dicās, Equus eſt animal rationale. Nam eſt equus animal, ſed irrationabile. Alia exemplaria habēt, Irrationale. Idem lib. 8. ca. 6. Secantur hæc in plures, ut à rationali ad rationale, & idem de irrationabilibus. Alij legunt, Irrationalibus. Sic, lib. 10. capite 7.
Irrationabilis caſus. Quint. 9. Declamat.
Iugum, Sub quo ignominie gratia uicti hostes mittebantur. Nam fixis in terram duabus hastis, super eas ligabatur teretia & tunc uicti hostes disungebantur, & sub illa transire cogebantur inermes. Hæc ex **Fest.** Vide **Liu.** ab **Urbe**, lib. 3. 122. inde subiugare, pro debellare, ac subicere. **Cicero.** Antequam iret in exilium, si omnibus graue seruitutis iugum esse debet in libertate educatis.
Mittere sub iugum. Vide **Mitto.**
Iugum in uinea dicitur, quum duabus aut pluribus periculis fixis, alie super eas alligantur, in quibus uues coniunguntur, & quasi iugum in summitatem quandam faciunt. **Quod** uictes ipse, seu uinea, iugate dicuntur. **Quod** si hastilibus in terra defixis, singule transferræ pericæ in unam tantum partem ordinis innectantur, unijugæ uinea dicuntur: & genus ipsum iugi, canterium rustici uocant. **Plinius**, **Salices** quæcūq[ue] in proceritatem magnam emittunt iugis uinearum pericæ. **Idem** lib. 7. cap. 21. 11. **Simplici** iugo constat porrecto ordine, canterium appellant. **Columell.** lib. 12. cap. 15. 1. **Et** **Varro** 1. de **re Rust.** cap. 8. 1.
Iugum uocant (inquit **Varro** 1. de **re Rust.** cap. 10. 1.) quod iuncti boues uno die exarare possunt.
Arare in singulis iugis. Vide **Arō.**
Iugum, Lignum quo textores telam conuoluunt. **Ouid.** lib. 6. **Metamorph.** 11.
Tela iugo est iuncta.
Iugum (**ἰγύγιον**) pro **Libra**, sidere celeste. **Cicero** 2. de **Diuinat.** 2. 4. 7. **L. quidem** **Tarutius Firmianus** familiaris noster, in primis **Chaldaicis** rationibus eruditus, urbis etiam nostre natalem diem repetebat ab his **Parilibus**, quibus eam à **Romulo** conditam accepimus: **Romanisq[ue]** in iugo quæ esset **Luna**, notam esse dicebat. **Quem** locum uelut expones **Solimus**, sic ait cap. 2. **Romulus** auspiciatō fundamenta murorum iecit duodeuiginti natus annos, undecimo calendæ **Maia**, hora post secundam ante tertiam, sicut **Lucius Tarutius** prodidit mathematicorum nobilissimus, loue in **Piscibus**, **Saturno**, **Veneri**, **Marte**, **Mercurio** in **Scorpionē**, **Sole** in **Taurō**, **Luna** in **Libra** constitutis.
Iuga, tabellæ nauium, in quibus sedent remiges, quæ transita uocantur. **Virg.** 6. **Aeneid.** 83.
Inde alias animas quæ per iuga longa sedebant,
Deturbat, laxatq[ue] foros.
Iugosus, pen. prod. iugis abundans. **Ouid.** 1. **Amor. eleg.** 1. 3.
Quis probei in **Syluis** **Cerere** regnare iugosus?
Lege **phædræ** **uirginis** **arua** **colit**
Iugo, iugas (**ἰγύγιον**) iugare, coniungere, quasi ad unum iugum alligare. **Cic.** lib. 2. **Tusc.** **Hoc** quidem commune est uirtutibus omnes enim inter se nexæ & iugate sunt.
Iugare aliquam alicui. **Virg.** 1. **Aeneid.** 70.
Puellæ iugare iuuenem. **Catull.** **Argemont.** 5. 5.
Fœminæ iuganda. **Horat.** in **Carm. seculari.** 4.
Corda **faci** **iugandi.** **Stat.** 1. **Sylu.** 2. 37.

F f 3

Iugate

Iugate virtutes. Cic. 3. Tusc. 30.
 Iugari vinee dicuntur, quae in iugum constituuntur. Colum. Sec-
 quitur iam adminiculande iugandeq; vinee cura.
 Iugarius (ἰουγάρης) Id est, bubulcus: et auriga boum sive
 arator, qui iuga ducit et regit. Colum. lib. 1. cap. 6. 4. Lata
 bubilia esse oportebit, pedes decem, vel minimum nouem:
 quae mensura et ad procumbendum pecori, et iugario ad
 circumueidum laxa ministeria praebeat.
 Iugatorius (ἰουγάτοριος) Adiectiuum: iugatorius bos, qui iu-
 go subditur. Varro 2. de re Rust. cap. 5. 8.
 Iugamentum, iugamenti (ἰουγάμεντον) Catoni tam ex materia est,
 quam ex structura, capite 17, iugamenta et antepagmenta
 quae opus erunt, ex lapide indito. De redemptore loquens.
 Iugalis, et hoc iugale, pen. prod. (ἰουγάλιος) ut, iugale uincula-
 lum, pro copula matrimonij. Virg. 4. Aeneid. 4.
 Si cui me uinclo uellem sociare iugali.
 Iura iugalia. Ouid. 7. Metam. 145. hoc est, coniugalia.
 Lectus iugalis. Virg. 4. Aeneid. 100.
 Sacra iugalia. Ouid. 7. Metam. 142.
 Teda iugali accepta mulier. Ouid. epist. 4. 25.
 Tori iugales. Stat. 3. Sylu. 5. 14.
 Iugales, pro Equis. Virg. 7. Aeneid. 56.
 Absenti Aeneae curram, geminosq; iugales.
 Socij iugales. Silius lib. 16. 81.
 Emeritos uertunt ad pascua nota iugales. Claud. 2. de rapt.
 Proserp. 64.
 Iuges (ἰουγες) eiusdem iugi pares: unde et coniuges et se-
 iuges. Festus.
 Iugis, et hoc iuge (ἰουγες) Astidius, continuus, quasi sem-
 per iugo affixus. Plaut. Pseud. 3. 81.
 Istocine pacto me adiutas id id quod mihi est.
 Nam is mihi thesaurus iugis in nostra est domo.
 Iugis puteus, iugis aqua. Cic. 1. de Diu. 183.
 Fons iugis aqua. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 1.
 Putei perennes iugis aqua. Horat. 1. epist. 15. 4.
 Iuge auspiciu. Vide Auspicium.
 Iugiter, pen. corr. (ἰουγίτης) Aduerbium, Continuè. Plaut.
 Milit. 10. 62.
 Venerem, amorem, amicitiamq; accubans exerceo,
 Et quidem aepol omnes mores ad uenustatem iugiter.
 Iugurtha (ἰουγούρθας) rex Numidarum callidus, bellicosus et
 perfidus, uictus tandem à Marcio consule Romano, et Ro-
 ma in carcere necatus. Lege Salsitium.
 Traximus immanem Marij sub uincula iugurtham. Claud. de
 bello Gild. 19.
 Triumphatus iugurtha. Lucan. lib. 2. 18.
 Iugurthinus, pen. prod. Adiectiuum. Quintil. lib. 8. cap. 3. Iu-
 gurthina historia.
 Iulia] Plinio lib. 4. cap. 34. Norici oppidum. Iulia item, Au-
 gusti filia, Solino.
 Iulio bona] penult. corr. (ἰουλιόβονα) Galliae Celticae urbs,
 Ptolemaeo lib. 2. cap. 8. Vulgò Honfleur.
 Iulio brigia] pen. corr. (ἰουλιόβριγία) Ptolemaeo lib. 2. cap. 6.
 Hispaniae urbs. Vulgò Logronio.
 Iulio magus] pen. corr. (ἰουλιόμαγος) Andium ciuitas in Gal-
 lia, Ptolemaeo autore lib. 2. cap. 8. Vulgò Angiers.
 Iulis] dictio trisyllaba, pen. prod. huius iulidis, s. g. Piscis ge-
 nus, Plinio lib. 32. cap. 9. 2. Optimum est scorpionibus et iu-
 lide, et saxatilibus, nec uirus respicientibus.
 Iulium Carnicum] ἰουλιον κάρνικον, Ptolemaeo libro 2.
 cap. 14. Vrbs inter Italiam et Noricum. Hodie Gollia, di-
 tionis Austriae.
 Iulius] ἰούλιος, dictum est Caesar, ut quidam tradunt, quod hoc
 mense ad quartum idus Quintiles creatus sit dictator seu

quod eo mense natus dicatur. Sed istud quam alienum sit à
 ueritate, uel hinc constat, quod in Iulij Caesaris iam uita dea
 functi honore, mense Iulio nomen est inditum. Id quod ab
 uide testatur Macrobius 1. Saturnal. cap. 12. Habet autem Iu-
 liorum familia nomen ab Ascanio Iulo, Aeneae filio. Virgil. 1.
 Aeneid. 53.
 Iulius, à magno demissum nomen Iulo. Hinc
 Iulianus, pen. prod. Adiectiuum (ἰουλιανός) unde Iuliani mili-
 tes, apud Suetonium dicti sunt Caesariani. Et Iuliani anni,
 quos idem ordinant. Similiter Iuliana uestigalia, apud Ci-
 ceronem 13. Philipp. Est et Iulianus nomen proprium.
 Iulius, Adiectiuum (ἰούλιος) ut,
 Sidus Iulium. Horat. 1. Carm. ode 12. 10. id est, stella Ce-
 saris, ut ait Porphyrio.
 Domus Iulia. Ouid. 4. Fast. 8.
 Iuleus, pen. prod. (ἰούλιος) Adiectiuum quadrisyllabum. O-
 uid. 6. Fast. non procul à fine,
 Tempus Iuleis cras est natale calendis. hoc est, men-
 sis Iulij.
 Iulee uoces quae sint apud Lactantium in Phoenice, uide Ianum
 Parrhasium in Claudiano de raptu Proserp. et Caelium
 lib. 3. cap. 11. Vterq; interpretatur suauis et dulcis.
 Iulus] pen. prod. (ἰούλιος) filius Aeneae, alio nomine Ascanius.
 Virgil. 1. Aeneid. 55.
 At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo. Seruius tra-
 dit, Ascanium et Mezertium singulari certamine dimicasse,
 se, et occiso Mezertio Ascanium Iulum ceptum uocari, à
 prima barba lanugine, quae ei tempore uictoriae nasce-
 batur.
 Dardanius Iulus. Ouid. 15. Metam. 154.
 Formosus Iulus. Ouid. epist. 7. 16.
 Pulcher Iulus. Virg. 7. Aeneid. 22.
 Iulus, Iuli, pen. prod. Piscis genus est, qui balenis cetisq; dux
 est itineris. Hermolaus. Vide Pium in annotationib. prior.
 cap. 34.
 Iulus, pen. prod. (ἰούλιος) Lanugo pomorum et arborum. Elin.
 lib. 16. cap. 29. 1. Ferunt et auellanae iulos compaillili callo
 ad nihil utiles. Sunt autem Iuli non flores proprie, sed ante-
 cedunt, ut in fico grossulij.
 Iumentum] iumentum (ἰουμέντον, ἰουμέντον, ἰουμέντον) à iuuan-
 do. Cuius appellatione continentur animalia, quae uel sarcina-
 nas gerunt, uel curram trahunt, uel terram excolunt: ut ea-
 qui, muli, asini, camelus, boues. Colum. in praef. lib. 6. 3. Necta-
 men ulla regio est, in qua modò frumenta gignantur, quae nõ
 ut hominum, ita armentorum adiumento iuuentur: unde et
 tiam iumenta nomẽ à re traxere, quod nostrum laborem uel
 onera subuectando, uel arando iuuarent. Plin. lib. 8. cap. 18.
 de camelis: Omnes autem iumentorum in ijs terris dorso
 funguntur. Colum. serẽ iumentum nomine intelligit equos, non
 autem boues, ut lib. 1. cap. 6. Non alius edita esse praesepia
 conuenit, quam ut bos aut iumentum sine incommodo stans
 uesci possit. Iumentorum appellatione boues non continen-
 tur, sed pecoris, inquit Vlpianus in L. ediles, aiunt. de edil. et
 clo. Iumentum, Quicquid nos iuuat. Liu. 4. ab Vrbe, 176.
 Eò missa plaustra iumenta, alia ab Vrbe, exercitum affe-
 ctum praelio ac uia nocturna excepere. Fortasse hic etiam
 pro equis accipitur.
 Iumentarius, Adiectiuum. ut Mole iumentariae. Iabole-
 nus in l. dolia. ff. de institut. uel instrument. Molae ma-
 nuarias quidem suppellectilis, iumentarias autem instru-
 menti esse.
 Iuncus] iunci, m. gen. (ἰούκος) à iungendo dicitur: quod usus
 eius ad iuncturas uilis est. Plinius lib. 2. 1. cap. 18. maria iunco-
 rum refert genera.

Eficella

Eficella leui detexta est uimine iunci. Tibull. lib. 2. eleg. 3. 4.
 Lucus densus iuncis. Ouid. 6. Fast. 83.
 Bibulus iuncus. Vide Bibo.
 Leuis iuncus. Propert. lib. 4. eleg. 2. 9.
 Limosus iuncus. Virg. eclog. 1. 10.
 Mollis iunco detexere aliquid. Virg. 2. eclog. 15.
 Palustres iunci. Ouid. 8. Metam. 68.
 Iuncinus, penultima correpta, Adiectiuum (ἰουκινός) Plin.
 libro 15. capite 7. 6. Sic et Rhodium est irosus, iuncinum
 et iunco.
 Iuncus, Aliud adiectiuum (ἰουκός) Quod ex iunco factum
 est: ut iuncea crasis, Plin. lib. 2. 1. cap. 14. 6. Et apud Colum.
 lib. 12. cap. 6. 1. Iuncea sporta.
 Vincta iuncea. Ouid. 4. Fast. 175.
 Iuncea uirgo, per translationem, Tenuis et flexilis. Terent.
 Eunuch. 2. 3. 24. Donatus.
 Iuncidus, pen. corr. Adiectiuum, Tenuis, Exilis, qualis est iun-
 cis. Varro de re Rust. lib. 1. cap. 31. 2. Iuncidum enim sar-
 mentum propter infirmitatem sterile, neq; ex se potest cij-
 cere uitem, et c.
 Iuncosus, pen. prod. Adiectiuum (ἰουκόσος) Iuncis plenum.
 Plin. lib. 18. cap. 6. 13. Iuncosus ager uerti pala debet.
 Liura iuncofa. Ouid. 7. Metam. 47.
 Iunctum, iuncti, penultima producta (ἰουκτόν) Locus iun-
 cis consuetus. Varro 1. de re Rust. 8. 2. Primum genus quod
 dixi, maxime querit salicta, secundum arundinetia, tertium
 iuncta.
 Iungani] Ligures, incolae Alphij oppidi: distant à Mo-
 neci portu Itadjs quadringentis octoginta. Perotius.
 Iungo] iungis, iunxi, iunctum (ἰουγώνω, ἰουγύνω) iunge-
 re, Copulare, quasi in unum agere. Datio sapissime
 iungitur. Plinius libro 11. capite 37. 49. Cervix articulo-
 rum nodis, iungitur.
 Iungere cum. Cic. 2. de Diu. 221. Religio quae est iuncta cum
 cognitione natura.
 Iungere cum aliquo alium arctissimo uinculo. Plinius epi-
 stol. 2. 43.
 Iungere et copulare inter se. Cic. 1. de Orat. 112.
 Iuncta charitas inter paucos. Cic. de Amicitia, 18.
 Orbiculatum iungere. Vide Orbis.
 Affinitates iungere cum aliquo: hoc est, Affinitate cum eo con-
 iungi. Liu. 1. ab Vrbe, 4.
 Amores iungere. Tib. lib. 1. eleg. 1. 14.
 Arma alicui iungere. Liu. 1. ab Vrbe, 7.
 Coniugio iungam stabili. Virg. 4. Aen. 25.
 Dextram iungere dextrae. Virg. 1. Aen. 82.
 Equos iungere curru. Virg. 1. Aen. 163.
 Equum iungere equo alterius. Caesar 8. bel. Gall. 169.
 Foedera iungere. Liu. 7. ab Vrbe, 134.
 Foedere alicui regi iungi. Liu. 6. bel. Pun. 126.
 Gradus iungere. Sil. lib. 4. 75.
 Iter iungere. Marcial. lib. 2. 6. Alij legunt, interiungere. Vt
 de Interiungo.
 Iungi lateri cuiuspiam. Ouid. 2. Metam. 90.
 Ad curram iungere leones. Vide Ad praepositionem.
 Manus iungere, et foedus concipere. Stat. 2. Achill. 46.
 Ostia iungere. Ouid. 2. Metam. 72.
 Preces humiles iungere. Ouid. 2. de Arte, 51.
 Iungere herdam equis. Cic. Attico lib. 6. 112. 5. Et, iungere
 equos ad curram. Sueton. in Caesare.
 Iungere se uero. Virg. 4. Aen. 39.
 Iungere ad se aliquid. Cic. pro Rosc. Amer. 81.
 Societate gentibus iungi. Liu. 6. Pun. 25. 2.
 Societatem alicui iungere. Liu. 4. bel. Pun. 25.

Tauros iungere. Virg. 8. Aeneid. 64.
 Quis neq; mos, neq; cultus erat, nec iungere tauros,
 Aut componere opes norant, aut parcere parto.
 Teda iungere. Stat. 3. Sylu. 4. 11.
 Taurus iunxit te mihi. Ouid. 1. Metam. 71.
 Verba iungere. Mart. lib. 6. 54.
 Verba iungere, pro Componere. Cic. in Topic. 18. Quintilian,
 lib. 9. cap. 4.
 Iunctus (ἰουκτός) Participium, sive Nomen ex partici-
 pio: ut, iunctus illi cognatione. Liu. 5. bel. 81.
 Vetus amicitia puer puero iunctus. Ouidius 4. de Pontò, et
 leg. 3. 3.
 Amore iunctus alicui. Ouid. 1. de Pontò, eleg. 8. 7.
 Foedere aliquo iuncti. Ouid. 1. Trist. eleg. 7. 6.
 Amor legitimo foedere iunctus. Ouid. 2. Trist. 107.
 T. Quintio Crispino Badius Campanus hospes erat per familia-
 rari hospitio iunctus. Liu. 5. bel. Pun. 99.
 Iuncta matrimonio puella. Liu. 10. bel. Pun. 62.
 Iunctum ex horum partibus. Cicero 2. de Inuentione, 238.
 Ex me et ex te iunctus M. Pomponius. Cicero ad Atticũ, li-
 bro 4. 84. 11.
 Iunctus à sanguine materno. Ouid. 2. Metam. 72.
 Ab usu modico tibi iunctus. Ouid. 2. de Pontò, eleg. 5. 2.
 Amici iuncti. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 11.
 Ars iuncta cum uiribus. Ouid. 8. Metam. 6.
 Post autem causa fuit propior, et cum exitu iunctor. Cicero
 de Fato, 54.
 In amore iunctae columbae. Propert. lib. 2. eleg. 16. 6.
 Iuncta inuidia gloria: id est, quae inuidia non caret. Cic. ad Atti-
 cum, lib. 1. 14. 7.
 Inaiguatio iuncta conquestioni. Cicero 2. de Inuentione,
 146.
 Iunctus mulus à clitellario differt: hoc est, mulus qui iugo af-
 fuit. Columella libro 3. cap. 2. 3. Arborese ferendi causa
 collo, uel mulo clitellario afferre, sed iuncto aduehere non
 permittitur.
 Sedet ignoto iuncta puella uiro. Ouid. 2. Trist. 57.
 Salus nostra iuncta est. Ouid. epist. 19. 46.
 Sapientia iuncta eloquentiae. Cic. 3. de Orat. 79.
 Versus impariter iuncti. Hor. de Arte, 15.
 Vinee moenibus iuncta: id est, ad mota. Liuus ab Vrbe, libro
 5. Loquitur de tormentis bellicis,
 Iunctura, penultima producta (ἰουκτούρα, ἰουκτούρα) Coniun-
 ctio. Plin. lib. 13. cap. 15. 2. Mantis miraculum in ea est, ar-
 tis latente iunctura.
 Iunctura boum. Colum. lib. 2. cap. 2. 18.
 Genuum iunctura. Ouid. 2. Metam. 165.
 Iunctura uerborum, pro continuatione et compositione.
 Quintil. lib. 9. cap. 4.
 Callida iunctura. Hor. de Arte, 10.
 Iunctura, posturaq; ligni scite periteq; facta. Gellius, libro 5.
 capite 3.
 Iunctio, Verbale (ἰουκτιον) Cic. 1. Tusc. 112. Est enim inter-
 ius quasi discessus et secretio ac diremptus earum partium,
 quae ante interitum iunctione aliqua tenebantur.
 Iunctim, aduerb. (ἰουκτιμ) Sine interuallo. Suetonius, Ma-
 gistratus et maturius inchoauit, et penè iunctim per-
 currit.
 Iuniculus] iuniculi, pen. corr. in uide dicitur, quem draconẽ
 alio nomine uocant. Plin. lib. 17. cap. 22. 14. Nec ueterem
 placet palmitem in longum, et ad quartum usq; pedamentu-
 tum emitti, quod alij dracones, alij iuniculos uocant, ut facti
 aut quae masculata appellant.
 Iunior] Vide Iuuenis.

et 4 Iuniper

Iuniperus] iuniperi, f. g. pen. corr. (ἀρνισός) Arbuscula quae in arenosis frequens nascitur, comā utrens perpetua: un de et topiario operi idonea, et cariosam senectam non sentit. Vide Plinium lib. 16. cap. 25.

Iuniperi grauis umbra. Virg. eclog. 10. 16.

Iunius] mensis (Ἰουνίος) teste Festo, à Iunone putatur dictus, quem Iunoniam, et Iunonium dicebant. Sed postea detritis quibusdam literis, ex Iunonio Iunius est dictus. Sunt qui putant, à Iunio Bruto dictum Iunium. Vide Macrobiū. 1. Saturn. 12. Alij à Iunioribus deriuant: sicut Maium à maioribus. Ouid. 6. Fast. 18.

Iunius est iuuenium, qui fuit ante senum.

Iunius è iuuenium nomine dictus adest. Ouid. 5. Fast. 16.

Iunius Brutus. Vide Brutus.

Iunix] iuniceis, pen. prod. f. g. (ἀιμαόλη) Tenebre etatis bos foemina, quae iam cessauit uulua esse, nec dum tamen ad summam magnitudinem peruenit: dicta quasi iuuenca, à Iunio = re etate. Persius Satyr. 2. 5.

Tot tibi quum in flamma iunicum omenta liquefiant. Plaut. Milit. 6. 33.

Quam mox ad stabulum iunice recipiat sese pabulo.

Iuno] Ἥρα, Dea credita est Iouis soror et coniunx, à iuuan = do nominata. Vide Cic. lib. 2. de Nat. deor. 95. Iunonis multa sunt nomina. Est enim Curetis, quae uicitur curru et hasta. Virg. 1. Aen. 7.

— hic illius arma,

Hic currus fuit. Est et Lucina, quae partibus praest. Terent. 3. 1. 15.

Iuno Lucina fer opem. Est regina. Virg. 1. Aen. 10.

Ast ego quae diuinum incedo regina. Et quia praest nubentibus, pronuba dicitur. Virg. 4. Aen. 34.

— et pronuba Iuno.

Inferna Iuno. Virg. 6. Aen. 28.

Magna. Virg. 3. Aen. 87.

Matrona. Hor. 3. Carm. ode 4. 12.

Maxima. Virg. 4. Aen. 75.

Omnipotens. Virg. 4. Aen. 139.

Profunda Iuno, Proserpina. Claudianus 1. de raptu Proserpinae, 1.

Pronuba. Virg. 4. Aen. 34.

Regia. Virg. 1. Aen. 90.

Saturnia. Virg. 3. Aen. 76.

Sceptrifera. Stat. 10. Theb. 11.

Iunonialis, penultima producta, Adiectiuum. Ouidius lib. 6. Fastorum.

Iunonale leges tempus, et c. Id est, mensem Iunonium, Alij legunt,

Iunonisq; leges, et c.

Iunonius, Adiectiuum (Ἰουνός) ut, Aus Iunonia, Pa = no. Ouidius 1. de Arte 125. Mensis Iunonius, Ouidius 6. Fast. 13.

Iunonius puer, dicitur Augustus à Cicerone ad Octauium, 10. Ego ipse Senatum sibi manus offerre coegi, quum te Iunoniam puerum, et matris tuae partum aureum esse dixi. id est, Martialem, et accerrimum propugnato rem libertatis publicae, quasi Martem quendam iunctum aduersus hostes Senatus, et bonorum. Nam Mars, Iunonis filius fuit.

Templa Iunonia. Quid. 2. Trist. 58.

Iunonicole, penult. correpr. (Ἰουνική) Phalisci. Ouidius 6. Fast. 16.

Iunonigena, pen. corr. (Ἰουνόγενε) dicitur Vulcanus, qui ex sola Iunone natus fuit. Ouidius 4. Metamorph. 35. de amoribus Solis.

Iunonis, promontorium, apud Melam lib. 2. cap. 6. ad finem.

Nunc uulgo dicitur Sancta Maria, uel El puerto de sancta Maria. Testis Oliuarius in Melam.

Iunonia] maior et minor, insulae sunt ex Fortunatis.

Iupiter] pen. corr. (Ἰούπερ) Iupiter, uel Iupiter, secundum Pri scianum, non Iouis: qui genitiuus, non à Iupiter, sed à nomi = natio Iouis. Nam à principio Iouis appellatus est à iuan = do: postea adiuncto altero uocabulo dictus est Iupiter, quasi Iouis pater. Nam quum pro igne ponatur, nulla res sic fouet omnia, quemadmodum calor. A poetis (inquit Cicer. 2. de Nat. deor. 92) dicitur diuinum atq; hominum pater à maioribus aut nostris Optimum maximum. Idem pro Domo sua, 111. Quocirca te Capitoline, quem propter beneficia popu = lus Rom. Optimum, propter uim Maximum nominauit. Idē 3. de Nat. deor. 72. Principio (inquit) Iouis tres numerat q; qui theologi nominantur: ex quibus primum et secundum natos in Arcadia: alterum patre Aethere, et c. Alterum pa = tre Caelo, et c. Tertium Cretensem, Saturni filium, cuius in illa insula sepulchrum ostenditur. Ponitur quandoque pro aere. Hor. 1. Carm. ode 1. 6.

— mane sub Ioue frigido

Venator, tener et coniugis immemor. Iuuenal. Satyr. 5. 8.

— fremere tena quum grandine uernus

Iupiter. Vide et sub dio dicimus: quam Ioue, Iouem uocent Graeci, quem omnia esse uoluerunt. Ut Valerius Soranus: Iuppiter omnipotens regum rerumq; deumq; Progenitor, genitrixq; Deum: Deus unus et omnes. Alibi pro anima mundi, alibi pro pluuia. Virg. lib. 2. Georg. 84.

Et iam maturis metuendus Iuppiter uuis. Est et Iup = piter nomen stelle illius salutaris, quae in ordine secunda est. Aliquando per Iouem intelligimus ipsam uim duorum supe = riorum elementorum, quae actiua est, dum agit in haec duo inferiora, ad generationem et corruptionem.

Ignis rapidus Iouis, Eulmen. Virg. 1. Aen. 10.

Iouis nutrices quae fuerint. Vide Amalthea cornu.

Iouis omnia plena. Virg. eclog. 3. 12.

Altitonans Iupiter. Vide Altitonans.

Aequoreus Iupiter, Neptunus. Claud. 8. Paneg. 57.

Alifonus. Vide Alifonus, in Altus.

Aequus. Hor. 1. Carm. ode 28. 6.

Altus. Ouid. 2. de Arte, 8.

Ardus. Valer. 5. Argon. 33.

Celsus. Valer. 4. Argon. 16.

Cornigero de Ioue natus, De Ioue Hamone. Ouid. in Ibin, 60.

Dextro Ioue liber est. Pers. Satyr. 5. 12.

Fulminantis magna manus Iouis. Hor. 3. Carm. ode 3. 2.

Gelidus. Claud. 5. Paneg. 8.

Humidus. Virg. 1. Georg. 84.

Hyberni Iouis fragor. Stat. 3. Theb. 5.

Inuidii Iouis uxor. Hor. 3. Carm. ode 27. 15.

Maximus. Hor. 1. Serm. Satyr. 2. 4.

Magni Iouis nuncius. Hor. 1. Carm. ode 10. 1.

Nigri Iouis regna, Plutonis. Senec. Herc. Oeth. 13. 20.

Olympicus. Vide Olympus.

Seueri Iouis uultus. Stat. 9. Theb. 168.

Stygis Iupiter, Pluto. Virg. 4. Aen. 128.

Summus, uel supremus. Virg. 1. Aen. 77. Hor. 1. Carm. ode 32. 3.

Tonantis annus hybeanus Iouis. Hor. Epod. 2. 6.

Tremendi solium Iouis, Plutonis. Valer. 3. Argon. 77.

Iura] Ἰουρῶν, mōs est Galliae, Sequanos ab Heluetijs diuidēs. Author Caesar in Cōmētarijs. Vogesius dicitur authoribus.

Iuramentum, Iuratus] Vide Iuro.

Iurgo] iurgas (ἰούργω) iurgare, Ex iure et Ago, quasi de iure ago et contendo. Terent. And. 5. 1. 19.

Cū Dano egomet uidi iurgantē ancillā. Cic. lib. 4. de Re = pub. 5.

pub. 5. Si iurgant, inquit, beneuolorum, concertatio, non ut inimicorum, iurgium dicitur. Lilius 10. ab Vrbe, 171.

Hec iurganti increpantiq; respondebant, confectos se pu = gna hesternae esse.

Iurgor, iurgaris, Deponens (ἰουρῶν) Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 20.

Iurgatur uerbis.

Iurgium, iurgij (ἰουρῶν) Contentio. Cicero de Amici = tia, 67. Cauendum uero, ne etiam in graues inimicitias con = uertant se amicitiae, è quibus iurgia, maledicta, contume = lia gignantur.

Aere iurgium. Tacit. lib. 20. Vide Acer.

Inimica iurgia. Senec. Thyeste. 7. 1.

Insana iurgia. Ouid. 1. Fast. 15.

Abstinerē iurgijs. Vide Abstineo.

Auferre iurgium. Vide Aufero.

Committere iurgia. Vide Committo.

Contendere cum aliquo iurgio. Vide Contendo.

Gilscant iurgia. Lucret. lib. 3. 97.

Irrita iurgia tactas. Virg. 10. Aen. 19.

Nescere iurgia cum aliquo. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 7.

Rabiosa iurgia uendere. Senec. Herc. furente, 33. de can = didis.

Iurgiosus, penultima producta, Adiectiuum (ἰουρῶν) Contentiosus et iurgiosus. Gel. libro 1. cap. 17. Militer mo = rosa admodum fuisse fertur, et iurgiosa. De Xanthippe So = cratis uxore.

Iuridicus, Iuridictio] Vide Ius.

Iuro] iuras, iurauit et iuratus sum (ἰουρῶν, ἰουρῶν, ἰουρῶν) iurare, à iure fit. Nam iurare proprie est, quidpiam promittere, adhibitis etiā testibus, ita seruaturum ac si ius esset.

Decies iurasti. Vide Decem.

Iurare aras, poetice dixit Horatius, pro aris tactis, libro 2. epi = stol. 1. 4.

Iurandaeq; tuum per nomen ponimus aras.

Bellum iugens iuratur. Stat. 1. Achil. 91.

Fidem iurata secessit. Ouid. 3. Amor. eleg. 3. 1.

Iurati iusturandum uerissimum. Cicero ad Metellum, li = bro 5. 2. 18.

Maria aspera iuro. Virg. 6. Aen. 70.

Iurare conceptis uerbis: id est, dictatis à deferente iuramentum, et ex arbitrio adiurantis: hoc est, adigentis ad iusturandum, pernotatis. Plaut. Pseud. 5. 117.

Iurare alicui, pro In nomen alterius. Plin. in Paneg. 115. Scis tibi ubiq; iurari, quum ipse iuraueris omnibus.

Iurare per. Cicero pro Rabirio Posth. 22. Vbi semel quis pe = iurauerit, ei credi postea, etiam si per plures deos iuret, non oportet.

Per caput hoc iuro. Virg. 9. Aen. 63.

Per sidera iuro. Virg. 6. Aen. 92.

In aliquem iurare: id est, in perniciem alicuius. Ouidius epi = stol. 10. 24.

In me iurauerunt somnus, uentusq; fidesq;.

In facinus aliquod iurare. Ouid. 1. Metam. 49.

Iurare in leges alterius, id est, iurare se seruaturum leges alte = rius. Plin. de Viris illust. 73. Cic. pro Cluentio, 72. Multan = petiuit, qua leges quod in legem non iurasset: quae res nemi = ni unquam fraudi fuit. Sic. 2. de Fin. 89.

Iurare in litem. Cic. pro Rosc. Comedo, 3. Quod in eodidem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitet.

Iurare in uerbis aliqua. Caesar 1. bel. Ciuil. 281.

Iurare in uerba alterius. Liu. 8. bel. Pun. 157. Horatius 1. epi = stol. 1. 3.

Nullius addictus iurare in uerba magistri.

Iurare in se. Liu. 2. ab Vrbe, 198. Idem deinceps omnis exerci = tus in se quisq; iurat.

Iurarunt inter se, pro Coniurarunt. Cato apud Plinium libro 29. capite 1. 14. Iurarunt inter se Barbaros necare omnes iurare ex sui animi sententia. Cic. 4. Acad. 261. (medicina.)

Iurandi formula iuris. Ouidius epistol. 20. 27. id est, formula iurifurandi.

Iurans, Participium (ἰουρῶν) ut, Falsa iurans. Ouidius 13. Metamorph. 113.

Verba iurantia. Ouid. epist. 20. 29.

Iuratus, pen. prod. Participium (ἰουρῶν, ἰουρῶν) Qui iurauit. Cicero pro Cecinna, 2. Si enim sunt iuri boni, me adiuant, quum id iurati dicunt, quod ego iniuratus infimo lo. Idem 2. Verr. 20.

Iuratus est mihi, pro iurauit. Plaut. Rud. 3. 1. 6. libro 8. 43.

— num tu iuratus mihi es?

1. Iuratus sum, et nunc iurabo. Lucan. lib. 8. 43.

— mihi per Latium iurata tonantem. id est, quae iu = rauit mihi per Iouem Latialem.

Iuratisimas author, Literatus, et quasi iure iurando doctissimus affirmatus. Plin. in Praefat. operis.

Iuratus, Passiue: ut Bellum iuratum. Sil. lib. 11. 29.

Poedus iuratum Ioui. Sil. lib. 1. 2.

Numina iurata. Ouid. epist. 2. 5.

Iuratus Senatus, iurati indices: hoc est, iurando confirmatus. Plin. lib. 7. cap. 34. Cic. 4. Acad. 263.

Iurato, Aduerb. Paulus in l. qui ff. qui satis. cog. Qui iurato promissit iudicio sisti, non uidetur peccasse, si ex concessa causa hoc deseruerit.

Iurator, pen. prod. Verbale (ἰουρῶν) Senec. de morte Clau. Quis unquam ab historico iuratores exegit?

Iuramentum, iuramenti (ἰουρῶν) apud Senecam legi = tur libro 2. de Clementia, O uocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cuius uerba principes regesq; iu = ramentum faciant. id est, in cuius uerba principes iurent. Hac dictione usus est et Vlpianus in l. iusturandum. §. si de qualitate iuramenti, sicq; in Florentinis libris legitur, inquit Budens.

Iurandum, iurandi (ἰουρῶν) Idem quod iusturandum. Plaut. Cistell. 5. 19.

Verum haud metuo, ne iurandum nostrum quisquam exipitet.

Iureiurare (ἰουρῶν) Idem quod iurare. Liu. Decad. 5. lib. 1. 53. Praetores ambo in eadem uerba iureiurarunt.

Iurulentus] Vide Ius, pro liquore.

Ius] iuris, n. g. (ἰούρ) Liquor eorum quae coquuntur: et ad coquinariam pertinet. Plaut. Mostel. 4. 120.

Idem olent, quasi quom una multa iura confundit co = quus. Terent. Eunu. 5. 4. 17.

Quo pacto ex iure hesterni panem artum uorent. Cic. Appio, lib. 9. 20. 7. In ea caena coquus meus praeter ius fer = uens nihil potuit imitari.

Vocare dicitur coquus in ius. Varr. 3. de re Rust. ca. 17. Sic hos pisces nemo coquus in ius uocare audeat. id est, Nemo ijs ue = sci audeat. Bud. Hor. 2. Serm. Sat. 4. 13. Iuris duplex natura. Ius conditum. Cic. 5. Tusc. 138. Quid uictum Lacedaemoniorum in Phiditijs nonne uidemus: ubi quum tyrannus caenauisset Dionysius, negauit se iure illo nigro, quod coena caput erat, delectatum. Tum is qui illa coxerat: Minime mirum, condi = menta enim deseruunt.

Mali conditum ius. Hor. 2. Serm. Satyr. 8. 14.

Tepidum ligurire ius. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 16.

Iureus, Adiectiuum, Quod ex iure fit, ut Iurea placenta, quae est

que è iure tota constat. Plantus.
 Quasi iuram esse ius decet collyricum Subaudiendum est. placentam, quasi dicat, ut ius collyricum non liquidum sit, neque macrum, sed tam crassum et concretum, quam si è iure placenta fieret. Turnebus.
 Iurulentus, Adiectivum (iurulentus) iuris plenum. Cornel. Celsus libro 2. capite 18. Tum res eadem magis alit iurulenta, quam assa magis assa, quam frixa. Celsus, Cibus minime iurulentus.
 Iussulentum (iussulentus) formavit Apuleius in Magia Apol. sic de Ennio dicens, Ostendit qualiter quisque piscium assus aut iussulentus optime sapiat.
 Iussulum, pen. corr. (iussulum) Dimin. Cato cap. 156.6, Possea inde iussulum frigidum sorbere.
 Ius iuris, neutr. gener. (iuris) Est (inquit Donatus) quod omnia recta et inflexibilia exigit. Terentius Heaut. 4. 1. 29.
 Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum, atque equum fecerunt? Vlp. de iustitia et iure, l. 1. nomen iuris à iustitia appellatum. Nam, ut eleganter Celsus definit apud Vlpianum in l. 1. ff. de iustitia et iure, ius est ars boni et equi.
 Ius bonum, Plant. Mostel. 8. 140.
 Ius bonum dicit, oras, petis. Plantus Stich. 14. 43. Idem Epid. 2. 21.
 — te uolo
 Percontari operam da, opera reddetur tibi, i. ius dicit.
 Hoc est, equum est. Idem Rud. 2. 4. 109.
 Ius oras merum. Cic. 2. Philipp. 81. Ius postulas: sed quid ad rem plus ille poterat?
 Sine bono iure. Plant. Bacchid. 1. 4. 2.
 Sine modo et modestia sum, sine bono iure, atque honore.
 Abire ab iure. Vide Ab eo.
 Colere ius. Vide Colo.
 Exuere ius fasque. Tacit. lib. 19.
 Transcendere fines iuris. Lucret. lib. 3. 13.
 Violare et imminuere ius atque officium. Vide Imminuo.
 Iure, ablativus, id est, merito. Terent. And. 2. 3. 20.
 Ut quum uelut, tibi iure irasci non queat. Cic. 7. Verr. 15. Quam obrem iure in eum animaduertetur.
 Iure ac merito. Iuuen. Satyr. 2. 4.
 Iure damus penas. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 9.
 Iure uel iniuria. Terent. And. 1. 3. 9.
 Quo iure, quaque iniuria precipitem me in pistrinum dabit. Cicero 4. Verrin. 106. Non quero iure, an iniuria sint inimici.
 Meo iure, tuo iure, suo iure. Terent. Adolph. 1. 1. 27.
 Do, pretermitto: non necesse habeo omnia pro meo iure agere. Verba sunt indulgentissimi patris. Meo iure, tuo iure, suo iure, uerba sunt apud doctos frequentissima, sed certe cuiusdam significationis. Est enim Meo iure aliquid agere, facere, idem quod Mea facultate, uel autoritate, uel concessa mihi omnium consensu, libertate et potestate. Cic. 2. de Oratore, Duo illa facillima uidentur, quoniam que difficiliora sunt, non possum, mihi pro meo iure sumo. Idem pro Marcell. Maximam uero partem quasi suo iure fortuna sibi uendicat, et quicquid est prospere gestum, id penè omne ducit suum. Ac si diceret, Nemo unquam fortune in bello non primas detulit partes. Hec ex Budæo. Cicero Attico, Umeris nostris causa fuit, quod non habebam locum ubi pro meo iure diutius esse possem, quam in fundum Stæ. Idem de Fimbriis.
 Optimo iure, uel optima conditione prædica, id est, ut loquimur que multa privilegia habent. Cicero 3. pro leg. Agrar. 6. Budæus.

I V S
 Complecti aliquem æquo iure. Tacit. lib. 2.
 Hoc iure sunt Siculi. hoc est, Hanc iuris æquitatis rationem et habent, et obseruant. Cicero 4. Verr. 21. Siculi hoc iure sunt, ut quod cuius cum ciue agat, domi certet suis legibus.
 Concedere de iure. Vide Concedo.
 Decedere iure, uel de iure suo. Vide Decedo.
 Obtinere iure. Vide Obtineo.
 Ius suum obtinere. Vide Obtineo.
 Ius suum non retinere contra aliquem. Cic. 5. Verr. 29.
 Ius est facere, uel faciendi. Vlpianus in l. nti frui. ff. si usus fructus petatur, etc. Negauit ius esse utendi fructu fructuario: uel sibi ius esse prohibendi. Paulus in l. 3. ff. de seruitut. urb. præd. Ne ius sit uti uicinis nobis alius edificare.
 Ius, est quod uel natura, uel ciuitas, uel populus, uel gens, uel consuetudo iubet. Plant. Epid. 10. 86.
 Atque me minoris factum, præ illo, qui omnium Legum, atque iurum fidor, conditor, cluet. Paul. l. ius pluribus, de iust. et iur. Ius pluribus modis dicitur: uno quidem modo id quod semper æquum ac bonum est, ius dicitur: ut est ius naturale. Altero modo, quod omnibus aut pluribus in quacumque ciuitate utile est, ius est ius ciuile. Et paulo post, Alia significatione ius dicitur locus in quo ius redditur, appellatione collata ab eo quod sit in eo ubi sit: que locum designare hoc modo possumus, ut ubi quicque Prætor salua maiestate imperij sui, saluoque more maiorum, ius dicere constituit, is locus recte ius appellatur. Hactenus Paulus. Terent. Phorm. 5. 8. 3.
 — in ius ambula.
 P. In ius? Donatus, Ad iudicium eamus scilicet: nam ius pro loco est. Cicero. Quin te in iure conspicio. Idem 1. de Orat. 84.
 Nam uolitare in foro, herere in iure, ac Prætorum tribunalius iudicia priuata magnarum rerum obire.
 Adiutorium iuris. Quint. lib. 3. cap. 6. 60.
 Genus iuris expert. Senec. Troad. 12. 11.
 Fiducia iuris. Quint. lib. 4. cap. 2. 81.
 Vastri inscitia iuris. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 27.
 Interpretes iuris. Cic. pro Cecinna, 41.
 Nodos iuris soluere. Iuuenal. Satyr. 8.
 Nundinatio iuris. Vide Nundina.
 Iuris legumque peritus. Hor. 1. Serm. Satyr. 1. 2.
 Seruitus iuris. Quint. lib. 2. cap. 16. 6.
 Studium iuris. Quint. lib. 2. cap. 8. 4.
 Ius naturale. Vlpianus in l. 1. §. Ius naturale. ff. de iustitia et iure, Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud non solum humani generis proprium est, sed et omnium animalium que in terra, que in mari nascuntur, autum quoque commune est. Hinc descendit maris atque foemine coniunctio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus etenim cætera quoque animalia, feras etiam bestias, istius iuris peritiam censerit.
 Ius gentium, ut inquit Vlpianus in l. 1. §. ff. de iustitia et iure, est quo gentes humane utuntur: quod à naturali recedere in de facile intelligere licet: quia omnibus illud animalibus, hoc solis hominibus inter se commune sit. ueluti, ut inquit Pomponius l. sequenti, erga Deum religio, ut parentibus et patriæ pareamus. Liu. 5. ab Vrbe condita, ius humanum uocat. Caius in l. omnes ff. de iustitia et iure, Quod uero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes per æque custoditur, uocaturque ius gentium: quasi quo iure omnes gentes utuntur.

Ius civile. Vlpianus Ius civile ff. de iustitia et iure, Ius civile est, quod neque in totum à naturali uel gentium recedit, neque per omnia et feruit. Itaque quum aliquid addimus uel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est, ius civile efficitur. Papinianus Ius autem, illo titulo, ius autem civile est, quod ex legibus, plebiscitis, Senatusconsultis, decretis principum, autoritate prudentum uenit.
 Ius civile Papyrianum (inquit Pomponius in l. 2. ff. de origine iuris) dicitur, non quia Papyrius de suo quicquam ibi adiecit, sed quod leges sine ordine latas in unum composituit.
 Ius civile qui continentendum putat, is uincula reuellit non modo iudiciorum, sed etiam utilitatis, uiteque communis. Qui autem interpretes iuris uituperat, si imperitos iuris esse dicit, de hominibus, non de iure civili detrahit, Cicero pro Cecin. 41.
 Amplecti ius civile. Vide Amplector.
 Ciuilia iura. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 8.
 Ciuicia iura. Hor. 1. epist. 3. 5.
 Ius moribus constitutum, est ius non scriptum. Iulianus in l. de quibus ff. de legibus, Inueterata enim consuetudo pro lege non immerito custoditur: hoc est ius, quod dicitur moribus constitutum.
 Familiaria iura dare. Ouid. 15. Metam. 120.
 Ius honorarium, est uina uox iuris, ut ait Martianus l. nam et ipsum ff. de iustitia et iure. Vide Ius prætorium.
 Ius imperatorium. Vide Impero.
 Incorporale ius. Quint. lib. 5. cap. 10. 81.
 Legitimum ius. Vide Lex.
 Municipale ius. Vide post Munus.
 Obscurum ius. Vide Obscurus.
 Ius oppidanum. Vide Oppidanus.
 Præcarium ius. Tacit. in lib. de Germanis.
 Ius prætorium. Papinianus l. ius autem ff. de iustitia et iure, Ius prætorium est, quod Prætores introdixerunt adiuanandi, uel supplendi, uel corrigendi iuris ciuilibus gratia, propter utilitatem publicam: quod et honorarium dicitur, ab honore Prætorum sic nominatum.
 Ius priuatum, est (inquit Vlpianus in l. 1. §. huius studij ff. de iustitia et iure) quod ad singulorum utilitatem pertinet. Et paulo post, Priuatum ius autem tripartitum est: collectum est enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus.
 Ius proprium. Caius in l. omnes ff. de iustitia et iure, Quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium ciuitatis est uocaturque: ius civile, quasi ius proprium ipsius ciuitatis.
 Ius publicum. Vlpianus de iustitia et iure, l. i. Ius publicum est, quod ad statum rei Romane spectat. Ius publicum uidetur esse idem quod ius proprium, apud Terentium in Phorm. 2. 3. 65.
 — est mihi facta iniuria est, etc.
 Quid est nunc iniquum postulo?
 An ne hoc quidem adipiscar ego, quod ius publicum est? Sacrum, publicum, priuatum ius. Quint. lib. 2. cap. 4. 25. Signata iura sequi. Lucan. lib. 3. 61.
 Ius singulare est, quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem autoritate constituentium introductum est. Paulus de legibus.
 Ius summum est, quod iurisconsulti strictum ius uocat. Cic. lib. 1. Offic. 49. Existunt etiam sepe iniurie calumnia quadam, et nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione. Ex quo illud summum ius, summa iniuria, factum est iam tritum sermone pro uerbium. Idem 7. Verr. 3. Non agam summo iure

tecum: non dicam id, quod debeam forsitan obtinere. Vide Agere summo iure.
 Summo iure experiri. Cic. pro Quintio, 20.
 Contendere summo iure. Vide Contendo.
 Varium ius. Cic. pro Cecin. 50.
 Vetus ius. Tacit. lib. 4.
 Anceps ius. Hor. 2. Serm. Satyr. 5. 7.
 Honesti iuris seruator metus. Claud. 1. Paneg. 33.
 Improbata iura. Silius lib. 17. 125.
 Inlyta iura. Seneca Troade, 7. 2.
 Iniustum ius. Ouid. ad Liuiam, 11.
 Venerabile ius. Stat. 5. Sylu. 1. 23.
 Adire in ius. Vide Adeo.
 Adolefci ius. Tacit. lib. 20.
 Iure agere. Lucret. lib. 3. 196.
 Assuetus in iura. Vide Assuetus.
 Calcanti iuris nulla restant uestigia. Claud. 2. in Eutrop. 23.
 Callere iura. Vide Calleo.
 Cedere ius. Vide Cedo.
 Concedere in ius, ditionemque alicuius. Liu. 16. 9. Decad. 4.
 Concurrere de iure. Vide Concurro.
 Noua iura condere. Ouid. 2. de Remed. amor. 14.
 Confringere iura. Vide Confringo.
 Constitueri iura. Lucret. lib. 5. 230.
 Constitueri ius in uerbis. Vide Constituo.
 Ius consulere. Liu. 9. bel. Maced.
 Consulere aliquem iuris. Ouid. epist. 19. 6.
 Conuenire aliquem in ius. Vide Conuenio.
 Deducere in ius. Vide Deduco.
 Ius dicere, Est præesse iuri dicendo, et legibus gubernare, ac iustitiam ministrare. Plant. Bacchid. 8. 43.
 Ius illinc iure dicitur. Liu. 2. ab Vrbe, 110.
 Ius facere dicitur, quod iuris atque legis uim habet. Vlpianus in l. non ambigitur ff. de legibus. Non ambigitur, Senatum ius facere posse: hoc est, Senatusconsulta pro lege haberi. Verbum est iuris periti uotum. Sic, Ius esto, pro Legis uim atque autoritatem habeat. Cic. 3. de Legib. 8. Quodque is qui bellum geret, imperasset, ius ratumque esto. Verba sunt xlii. Tab. Budæus.
 Firmare ius. Tacit. lib. 4.
 Inflectere ius gratia. Vide Inflecto.
 Infringere ius alicuius. Tacit. lib. 4.
 Intercedit homini cum genere humano quasi ius civile. Vide Intercedo.
 Migrare communi iure. Vide Migratio.
 Mutare ius. Vide Muto.
 Obterere iura. Vide Obtereo.
 Orare ius. Vide Oro.
 Ius petere ab aliquo iudice, Est in eius esse iurisdictione. Budæus.
 Ius è celo petere, id est, iudicium diuinum expectare, et in id intentum esse. Sic Curtius lib. 5. Budæus.
 Iura petere in Beticam. Vide Ad Sexas aliquid petere, in prepositione Ad.
 Procurrum in ius. Horat. 1. Serm. Satyr. 7. 5.
 Rapere aliquem in iura. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 15.
 Reddere ius Prætor quoque dicitur, etiam quum iniquè decernit, relatione scilicet facta non ad id quod ita Prætor fecit, sed ad illud quod Prætorum facere conuenit. Paulus in l. Ius pluribus ff. de iustitia et iure. Vide Reddo.
 Pari iure esse cum aliquibus, pro in ordinem redigi. Tranquilla. Budæus.
 Ius ab aliqua re stare. Liu. 2. bel. Pun. Vicerunt ergo dii hominesque: id, de quo uerbis ambigebatur, uter populus fœdus rupisset, euentus belli, uelut æquus iudex, unde ius stabat, et

bat, ei uictoriam dedit.
 Sumere ius ab aliquo. Quint. lib. 1. cap. 4. 3.
 Transire ius ad aliquem dicitur. Quint. lib. 5. cap. 10. 81. Quia
 ad illum ius, ad hunc res transeat.
 Ius, pro potestate. Plin. lib. 2. Nat. hist. cap. 7. 11. Imperfecte
 uero in homine nature precipua solatia, ne Deum quidem
 posse omnia, & c. nullumq; habere in praterita ius, prater-
 quam obliuionis. Budeus.
 Habere ius in aliquem. Lucan. lib. 1. 82.
 Habes ius abdicandi. Quint. lib. 3. cap. 6. 55.
 Petit ius & moderamen equorum. Ouid. 2. Metam. 10.
 In ius potestatemq; uenire, dicitur Liuius.
 Ius & arbitrium. Liuius.
 Iuris sui esse, ac mancipiua est, sui arbitrij, & nemini parere.
 Brutus Ciceroni, 18. 7.
 Rigidum & inuictibile ius mortis. Ouid. ad Liuiam, 89.
 Perdiscere iura beneuolentia. Vide Perdisco.
 Naturae ius nouatum. Ouid. 4. Metam. 56.
 Resoluere iura pudoris. Virg. 4. Aen. 6.
 Triste ius sepulchri. Ouid. 13. Metam. 95.
 Coniugalia iura. Ouid. 6. Metam. 107.
 Connubialia iura. Ouid. epist. 6. 9.
 Genialia iura. Stat. 3. Syl. 3. 22.
 Iuris prudentia (inquit Vlpianus in l. iustitia. ff. de iustitia &
 iure) est diuinarum atq; humanarum rerum notitia, iusti
 atq; iniusti scientia.
 Iusturandum, iusturandi, & iusturandi (δυσωμοσία, δρυσωμοσία)
 Est affirmatio religiosa, ut ait Cicero libro 3.
 Offic. 14. 1. Plaut. Pseud. 4. 64.
 Quitem ut nos, iureiurando malo querunt rem. Cae-
 sar. 1. bel. Ciuil. Sic, terror oblatu ad ducib. crudelitas in sup-
 plicio, noua religio iusturandi, spem presentis deditiois
 sustulit. Cic. 3. Offic. 15. 1. Nullum enim uinculum ad stringen-
 dam fidem iureiurando maiores arctius esse uoluerunt.
 Solenne iusturandum. Tacit. lib. 16.
 Accipere iusturandum. Vide Accipio.
 Accommodare iusturandum. Vide Accommo do.
 Addicere aliquem ad iusturandum. Vide Addico.
 Adigere iureiurando siue ad iusturandum. Vide Adigo.
 Fidem alligauit iureiurando suam. Seneca Troade, 6. 41.
 Concipere iusturandum. Tacit. lib. 20.
 Concipere uerba iusturandi. Tacit. lib. 20.
 Condere iusturandum. Vide Condo.
 Conseruare iusturandum. Vide Conseruo.
 Dare iusturandum. Cic. 3. Offic. 153.
 Deferre iusturandum. Quint. lib. 5. cap. 6. ad finem.
 Iusturandum exigere & reddere. Liuius.
 Firmare iureiurando. Cic. 2. de Leg. 27.
 Interponere iusturandum. Vide Interpono.
 Obstringere aliquem iureiurando. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 36.
 Vide Obstringo.
 Offerre iusturandum. Vide Offero.
 Iusturandum offerre & deferre. Quint. lib. 5. cap. 6. 1.
 Alieno iureiurando stare, quam suo mauult. Quintilian. libro
 5. cap. 6. 3.
 Iurisdicatio, iurisdictionis, f. g. (δικαιοσύνη) Facultas atq; po-
 testas iuris dicendi. Sunt qui scribant iurisdictionem. Cicero pro
 Flac. 4. Præture iurisdictionis res uaria & multiplex ad suspi-
 ciones & simulatas non attingitur, & c. Idem ad Qu. fia-
 trem, lib. 1. 1. 30.
 Libera iurisdicatio. Vide Liber.
 Conscire iurisdictionem. Vide Conscio.
 Iurisdictiones meridionales. Plin. lib. 5. cap. 28. 2. Legitur alias
 mediterranea.

Iuriconsultus, Iuriconsulti (νομικός) Interpretes iuris, siue
 legum. Valla, Alterum quoq; compositum (si compositum
 est) Iuriconsultus, quod etiam dici solet Iureconsultus. Cic.
 2. de Legibus, 75. Sed Iuriconsulti, siue erroris obijciendi
 causa, & c. Vide Consulio.
 Consultus iuris. Hor. de Arte, 75.
 Iuridicus, pen. corr. Adiectiuum (διδάσκων) Quod secundum
 ius est. Vnde Iuridicus dies, quo ritè ius dici potest: & Iuri-
 dica actio, que secundum ius est. Dicitur & quod ius red-
 dit. Plin. lib. 3. cap. 1. 4. Iuridici conuentus ei quatuorid est,
 in quibus iura redduntur.
 Iuridicus, Substantiuum (δικαστήρ) ut, Plentes Euryma-
 cen iuridici sedent. Seneca Herc. furen. 7. 12.
 Iuridicalis, & hoc iuridicalis, penul. prod. (δικαστικός)
 Cic. de Inuent. 17. Huic generi Hermagoras partes qua-
 tuor supposit, deliberatiuam, demonstratiuam, iuridica-
 lem, negocialem. Quintilianus libro 3. capite 8, Iuridicia-
 lis status.
 Iusculum] Vide Ius pro liquore.
 Iustus] Participium à iubeo & iussum, iusti. Vide iubeo.
 Iustus] Adiect. (δικαιός) Qui præcepta iuris seruat. Nam
 à iure dicitur. Plaut. Pseud. 5. 73.
 Non est iustus quisquam amator, nisi qui perpetuat data.
 Annos iustus peragere. Ouid. 10. Metam. 8.
 Arma iusta mouere. Ouid. 2. de Arte, 80.
 Bella iusta gerere. Ouid. 8. Metam. 12.
 Iusta causa. Cic. 4. de Fin. 36.
 Causa iustissima. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 4.
 Iusta dissidia: hoc est, æqua & iure facta. Cic. de Amicit. 33.
 Iusti honores iure ac meritis collati. Cic. in Verrem, Nam multi
 sepe honores dijs immortalibus iusti habiti sunt ac debiti,
 sed profecto iustiores nunquam.
 Item iustam intendere. Lucret. lib. 3. 193.
 Aspicunt oculis superi mortalia iustis. Ouidius 13. Meta-
 morph. 14.
 Potestas iusta. Hor. 2. Serm. Satyr. 7. 13.
 Preces iustæ. Ouid. 3. Metam. 82.
 Querela iusta. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 5.
 Iusta feruitus, in qua nihil iniquum iubetur, inquit Dognatus.
 Terent. And. 1. 2. 9.
 Vir iustus & tenax propostii. Hor. 3. Carm. ode 3. 1.
 Iustus, Medio cris, inquit Siphonius. Vnde Iustam magnitu-
 dinē alicuius rei dicimus, cum nec debita minor est, nec mo-
 dum excedit. Hinc iusti dies, auctore Macrobio, dicebantur
 continui xxx. dies, quibus exercitu imperato uexillum
 rufi coloris in arce positum erat. Erant & iusti dies, xxx.
 dies, qui concessi eris & debiti damnatis conquirenda pe-
 cunia causa dabantur lege x. 1. 1. Tab. auctore Gell. lib. 19.
 cap. 1. Plaut. Milit. 10. 50.
 Et mæ orationis iustam partem persequi, & c.
 Iusti dies. Cicero 2. de Legib. 36. Præter Idææ matris famulos,
 eosq; iustis diebus, nequis stipem cogito. Plinius libro 10.
 capite 53. 4. Post solstitium nata non implent magnitudi-
 nem iustam.
 Labant curuæ iusto sine pondere naues. Ouidius 2. Meta-
 morph. 33.
 Tempus iustum pugnae. Virg. 10. Aen. 3.
 Iustus, pro Magno. Vnde dicimus Iustam rē, hoc est, magnā
 quemadmodum & Bonam partem, & Iustam partem, Ma-
 gnam partem. Et bene doctus, pro Valde. Plin. in Prefat. 8.
 Opere iusto temporum nostrorum historiam orsi. Sic, Ius-
 tum prælium, Iustum exercitium, historici dicunt, id est, ma-
 gnum. Asconius, iustas inimicitias, pro magnis, apud Cice-
 ronem exposuit.

Iustum

Iustum exercitium dicimus, Iustum iū prælium, cui Leue præ-
 lium opponitur. Liuius, Deinde eos qui in montibus erant,
 leuibus prælijs fatigauit. Postremo coactus in aciem descen-
 dere, iusto prælio deuicit. Iusto, pro Pleno intelligo, id est,
 quod uere & propriè prælij nomine censeri possit. Sic 6.
 belli Punici, 16. de Fulvio perduellionis reo, Prius quam
 dies comitorum aderat, Cn. Fuluius exulatum Tarquinius
 abijt, id est, iustum exilium esse sciuit plebs. id est, Plebs de-
 creuit, spontaneum exilium Fuluii plenum & uerum esse:
 aut, pro pleno & legitimo cedere. Iustum enim est omni-
 bus numeris plenum, quod Greci ἀκούσιον dicunt. Hac-
 tenus Budeus.
 Acies iusta. Quint. lib. 1. cap. 10. 6. Vide Acies.
 Iustus filius, pro uero. Vnde apud Iuriconsultos, Qui filium
 adoptat, interrogatur an uelit eum quem adoptat, iustum sibi
 filium esse, id est, uerum filium. Budeus contra, Hæc dicitio
 iustus, apud Iuriconsultos frequens, non satis, ut arbitror,
 intelligitur. Causa in l. 2. ff. de adoptionibus, de arrogatione
 loquens, is qui adoptat, inquit, rogatur, id est, interrogatur,
 an uelit eum quem adoptaturus sit, iustum sibi filium esse.
 Iustum intelligo non uerum, ut aliqui censent: sed omnibus
 partibus, ut ita dicam, filiationis ueri filij uicem obtinentē,
 naturalis & legitimi filij loco sedentem.
 Iustus dominus, hoc est, uerus: cui contrarius est, Alienus. Cic.
 1. Offic. 67.
 Iusta hereditas. Varro 2. de re Rust.
 Iusta mater familiaris, & Pellex, contraria. Liuius 9. bell. Ma-
 cedonici, 215.
 Iusta uxor nati. Cic. 1. Tusc. 132.
 Iustus miles. Liu. 4. bel. Pun. 61.
 Iustam operam reddere, id est, pensum, opus debitum & con-
 suetum perficere. Col. lib. 6. cap. 3.
 Iustum testamentum dicitur, quod est solenniter factum. Vlp. in
 l. 1. ff. de except. rei iudicate.
 Iustum uadē, idoneum sponforē uocabant ueteres, inquit Fest.
 Iustore aliquo uti: hoc est, equiore, faciliore, & tractabiliore.
 Cic. 1. de Finib. 4. Vt propemodum iustioribus utamur illis
 qui, id est, iudicantur nobis iustiores.
 Iuste, aduerbium (δικαιώς) Iure, recte, legitime. Brutus Cice-
 roni, 4. 2. At hoc ipsum, inquit, inique facis, imò iustissime.
 Idem in Salust. 1. Id uos si forte offendimini iustius huic
 quam mihi succensere debetis.
 Iuste & legitime imperare. Cic. 1. Offic. 12.
 Iusto, Ablatiuus uice aduerbij. Quint. lib. 9. cap. 4. Membra
 longius iusto, tardum breuius, instabile est.
 Iusta, iustorum, n. g. plur. nu. (δικαιοσύνη) Sunt exequia,
 id est, Sacrificia quæ mortuis impenduntur, quod iure fie-
 rent his qui de nobis uiuentes bene meriti fuerant. Cicero
 pro L. Flacco, 73, Iusta Catilina facta sunt. Ouid. 2. Fast.
 1145.
 Hanc quia iusta ferunt dixere feralia lucem.
 Iusta facere, in præcedentibus exemplis.
 Iusta peragere. Plin. lib. 2. cap. ult. 1.
 Iusta perfolui patri. Seneca Oedip. 1. 41.
 Iusta funebria. Liu. 1. ab Vrbe, 84.
 Iustis exequiarum carere. Cic. 2. de Legib. 69.
 Iusta funeri paterno soluere. Cic. pro Rosc. Amer. 13.
 Iusta funerum reijcere. Cic. 2. de Leg. 104.
 Iusta hospitalia. Liuius, Venientibus obuiā cunctus Senatus e-
 gressus, iustis omnibus hospitalibus, publicisq; & priuatis
 fungitur officijs.
 Reddere iusta funeri. Plin. lib. 10. cap. 2. 2.
 Iusta, pro constitutis, quæ necessariò præstari debent. Colu. lib.
 11. cap. 2. 12. Item uinearum fōsio iisdem locis peragenda,
 Thesauri pars 2.

arborumq; siue putatio, siue alligatio sumenda est, quod
 iusta certa esse non possunt.
 Iusta facere. Col. lib. 2. cap. 4. 6. Tum etiam ratio rustici aggra-
 uatur exiguo operis profectu: iusta enim fieri nequeunt,
 quum induruit ager.
 Ad iusta perducere, id est, ad iustum Laborem, inquit Budeus,
 Col. lib. 6. cap. 14. 3.
 Iusta operum peragere. Col. lib. 9. cap. 8. 9.
 Iusta percipere. Col. lib. 1. cap. 8. Querat an ex sua cōstitutione
 iusta percipiant, id est, si omnino habeant quod eis consti-
 tutum est, inquit Budeus.
 Iusta reddere, Opus debitum & consuetum perficere. Colum.
 lib. 1. cap. 8.
 Iusta exigere, inquit Budeus, est summo iure agere cū aliquo.
 Persequi & exigere iusta. Col. lib. 12. cap. 3.
 Iustitia, ἀδικαιοσύνη est (inquit Cic. 5. de Finib. 117.) animi
 affectio, siuam cuiq; tribuens, atq; hanc quam dico societate
 coniunctionis humane, munificē & æquē tuens.
 Cura iustitiæ. Ouid. epist. 9. 33.
 Alienigena iustitia. Vide Alienus.
 Inclita iustitia, religioq; ea tempestate Numæ Pompilij erat.
 Vide Inclitus.
 Potens iustitia. Horat. 2. Carm. ode 17. 3.
 Optare locum, pro Eligere. Vide Opto.
 Ordinare locum uiuis. Vide Ordino in Ordo.
 Parare locum. Vide Paro.
 Penetrare locos. Lucret. lib. 4. 251.
 Pererrare omnem locum. Virg. 5. Aeneid. 89.
 Possidere locum. Lucret. lib. 1. 196.
 Celeberrima per loca uadit. Horat. 1. epist. 18. 6.
 Vexare locum aliquem. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 4.
 Ex loco inferiore agere. Cic. 3. de Orat. 13. Nam siue de celi na-
 tura loquitur, siue de terra, siue de diuina ui, siue de huma-
 na, siue ex inferiore loco, siue ex equo, siue ex superiore. De
 inferiore loco, est ad Indices: de superiore, pro Rosc. ex a-
 quo, est in Senatu. Idem 6. Verr. 4. 4. & 77. Budeus.
 Priore loco causam dicere, est ante defendere quam quis sit ac-
 cusatus. Cic. pro Quinto, 17. Budeus.
 Postiore loco causam dicere, id est, defensorem esse, & pro eo
 dicere. Cic. Quoniam maiores ita constituerunt, ut qui pro
 capite diceret, is postiore loco causam diceret.
 Nullo loco deesse, pro Nunquam. Cic. ad Tironem, lib. 17. 6. 8.
 Vide Nullus.
 Secundo loco, pro Praeterea. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 6. 2. Facile
 secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum.
 In eum locum res rediit, id est, in eum statum. Plaut. Bacchid.
 3. 2. 2. Terent. Adelph. 3. 2. 4. 6.
 Piores res loco non potest esse, quam in quo nunc sita est.
 Loco meliore, id est, statu & fortuna. Cic. ad Brutum, 3. 1. No-
 stre res meliore loco uidebantur. Sic Virg. 2. Aeneid. 65.
 Quo res summa loco Panthi. Budeus. Vide Mellior
 in Bonus.
 Eodem loco stare. Liu. 1. bell. Pun. Budeus.
 Res in eum locum uenerat, uel deducta est, ut nisi, &c. Cic. ad
 Brutum. Et ad Tironem, lib. 16. 11. 2. In eum locum res dedu-
 cta est, ut nisi quis Deus, uel casus aliquis subuenierit, salui
 esse nequeamus.
 Deduxit rem in eum locum. Cic. Attico, lib. 2. 9. 32.
 Incidi in eum locum. Vide Incido.
 Quo loco sit res: pro Quomodo se habeat. Cic. ad Atticum, lib.
 3. 66. 4.
 Ut meliore simus loco, ne optandum quidem est. Cic. de Arusp.
 respons. 56.
 Eo loci res erat, & causa nostra, ut, &c. Cic. pro Sestio, 57.
 Per bono loco res est. Cic. ad Atticum, lib. 6. 11. 7.
 Difficili loco est res. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 27. 5.
 In loco digno res postea, id est, dignè. Cic. 7. Verr. 20. Rectè col-
 locata, & iudicio populi digno in loco postea esse uideatur.
 Locus, pro estimatione, & amore, gratiaq. Cic. 2. Philip. 80.
 Quem locum apud ipsum Caesarem, post eius ex Africa redi-
 tum obtinuisse quo numero fuisset. Budeus.

Obscure

Obscure positus loco: id est, non celebri & claro. Seneca
 Thyest. 4. 12.
 Summus locus. Iuuenal. Satyr. 10. 11.
 Facere locum muneribus. Ouid. 2. Amor. eleg. 13. 6.
 Percurrere in locum alicuius. Cic. de Petitione Consul. 3. Prodest
 quorum in locum ac numerum peruenire uelis, ab his ipsis
 illo loco ac numero dignum putari.
 Tenere principem locum, & autoritatem: hoc est, esse in ma-
 gno precio & autoritate. Cicero pro Domo sua, 11. 4, &
 pro Plancio.
 Dare & cedere locum. Cic. 2. de Nat. deor. 119.
 Dare locum alicui oratori: pro Admittere, & recipere. Cic. 1. de
 Oratore, 58.
 Tenere locum oratorum. Cic. de claris Orat. 71.
 Mouere aliquem loco. Vide Moueo.
 Esse eodem loco apud patronum quo alius. Cicero Seruio, libro
 13. 2. 3.
 Eodem loco habere. Caesar.
 Ipsi in hostium numero, locoq. ducemini. Cic. 7. Verr. 97.
 Ponere aliquid loco, uel in loco maledicti, & contumelie. Cic.
 in Pisonem 24. Tunc etiam immanissimum ac foedissimum
 monstrum ausus es, meum discessum illum, te semel sceleris &
 crudelitatis tuae, in maledicti & contumelie loco ponere?
 Habere aliquem loco uetustissimorum familiarium. Pollio Cic.
 lib. 10. 31. 6.
 Eo loco habet honestatem, ut sine ea, &c. Cic. 2. de Finib. 83.
 Criminis loco putant, quod uiuam. Cic. Mario, lib. 7. 3. 18. Qui
 uoluptatem nullo loco numerat: hoc est, nihil facit. Cic. 2. de
 Fin. 4. 4. Vide Numero.
 Fratris loco diligere: hoc est, tanquam fratrem. Terent. And. 1.
 57. Idem Heaut. 1. 1. 52.
 Amicam ut babeas propè iam in uxoris loco? Valla, Lo-
 co patris, loco fratris, loco filij te habeo, non ita accipitur,
 quod ubi illi amica erant, ibi tu nunc apud me sis: sed quod
 in ea charitate qua illi aut fuerunt, aut sunt, aut essent, aut
 esse debent: ut Chrysis Pamphilo apud Terentium loquitur,
 Si te in germani fratris dilexi loco. Cic. 1. Verr. 33. Prae-
 torem Quaeitori suo, patris loco esse oportere. Haec uisus
 Valla lib. 3.
 In loco fratris amare. Vide In praepositionem.
 Tibi fratris loco esse duco. Metellus Cicero, lib. 5. 3. 2.
 Loco uoluptatis mihi est, loco turpitudinis, loco honoris: id est,
 uoluptuosum, turpe, honorificum. Haec Valla lib. 3.
 In benefici loco alteri deferre aliquid. Cic. 4. Verr. 19.
 In locum damus, ubi aliud erat, aliud successit: & requirit haec
 sententia tale aliquod uerbum, quale est apud Quintilianum.
 Nam quomodo pugnam inuentibus, tot simul metus labo-
 rum, dolorum, postremo mortis ipsius exciderint, nisi in eo-
 rum locum pietas & fortitudo & honesti praesens inago suc-
 cesserit? Haec Valla lib. 3. Brutus Cicero, 13. 2. Succedere in
 patris locum.
 Cooptari in locum alterius. Vide Coopto.
 Mulier quae in concubinae locum duceretur. Cic. 1. de Orat. 90.
 In locum alterius inaugurari. Vide Inauguro.
 In locum alterius Consulatum petere. Vide In praepositionem.
 Mittere aliquem in locum alterius. Vide Mitto.
 Succedere in locum Lachrymarum. Quintil. lib. 6. cap. 1. 19.
 Reponere in loco aliquo. Cic. 2. de Orat. 108. Si placuerit, uos
 meam defensionem in aliquo artis loco reponetis.
 Assignare potissimum locum. Quintil. lib. 4. cap. 3. 9.
 Atribuere locum. Vide Atribuo.
 Fungi primo loco. Quintil. lib. 3. cap. 6. 6.
 Obtinere locum primum ac potentissimum. Quintil. lib. 6. cap. 5. 4.
 In poetis, non Homero soli locus est (ut de Graecis loquar) aut

Archilochi, aut Sophocli, aut Pindaro, sed horum uel secun-
 dis, uel etiam infra secundos. Cic. in Orat. 3.
 Tribuere locum alicui. Quintil. lib. 3. cap. 3. 2.
 Si in isto stem loco: id est, si meum esset negocium, si mea res a-
 geretur. Plaut. Bacchid. 20. 124.
 Locus, Distributio temporum, quae cuiq. in spectaculum uentu-
 ro tribuuntur ab aedilibus. Unde motus loco dicitur, qui suas
 horas non obtinuerit inter praecedentes & sequentes, in-
 qui Budeus. Et Cicero loco motus est, quum urbe pulsus est.
 Terent. in Prolog. Adelph. 33.
 Per tumultum noster grex motus est loco. Haec ex Budeo.
 Constitutus a iudicibus loco. Vide Constituo.
 Loco aliquid querere: hoc est, ad tempus, & quando res expo-
 sita. Cic. in Partit. 6.
 Non loco reddere: id est, non opportunè. Cicero ad Brutum, li-
 bro 11. 16. 2.
 Loco dicere. Cic. 3. de Legib. 58. Huic iussa tria sunt: ut adfit
 nam grauitatem res habet, cum frequens ordo est. ut loco di-
 cat: id est, rogatus. ut modo me sit infinitus. Vide Dico.
 Certo loco dicere. Vide Certus.
 In loco, Opportunè. Terent. Heaut. 3. 2. 26. — in loco
 Ego uerò laudo. Budeus, interdum, uel nonnunquam,
 aut opportunè interpretatur. Vide In.
 Dulce est desipere in loco. Horat. 4. Carm. ode 12. 6.
 Locum dare aliquid faciendum, id est, tempus uel spatium Teren-
 t. And. 1. 4. 6.
 — dii date facultatem obsecro
 Huic pariuandi, atq. illi in alijs potius peccandi locum.
 Plaut. Capt. 5. 20.
 Veritas locum ubi consistat, reperire non poterit. Cicero pro
 Quinto, 3.
 Locus in. Cic. pro Planc. 67. Si in mea familiaritate leuis esset
 nemini, nisi litigioso aut nocenti.
 Locus inter. Cic. 4. in Catil. 93. Erit profectò inter horum lau-
 des aliquid loci in breue gloriae.
 Locus ignoscendi apud hominem constantè. Cic. pro Mur. 58.
 Bonitati locus non est, uel honestate mori: hoc est, Nullo est in
 precio bonitas. Cic. 3. de Fin. 102. Idem pro Quinto, 28.
 Dare locum rationi, Cedere rationi, & ratione uti. Cicero pro
 Quinto, 31.
 Nihil loci signitie. Terent. And. 1. 3. 1.
 Locus precii non est relictus: hoc est, precibus amplius flecti non
 potest. Terent. Andr. 3. 4. 22.
 Locus differendi. Cic. 1. de Fin. 57.
 Non erit locus faciendae medicinae. Cic. pro Quinto, 5.
 Locus gaudendi. Cic. ad Atticum, lib. 9. 175. 8.
 Locus negligentiae in aliquo. Liu. 4. bell. Pun. 32.
 Respirandi non est locus. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 11.
 Nulli improbo locus est ad Rempuu. uolendam. Cic. ad Lentu-
 lum, lib. 1. 9. 49.
 Patet fugae locus. Vide Pateo.
 Nullum habeo insituendi aut docendi locum. Cic. in Orat. 80.
 id est, nullam temporis partem.
 Locus oburgandi, Occasio. Terent. And. 1. 1. 127.
 Locum defendendi dare, Occasionem. Cic. pro Quinto, 4.
 Nonnihil loci dare alicui secus existimandi. Cic. Appio, libro
 3. 6. 17.
 In tam speciosa ac maledica ciuitate locum sermoni obtrectato-
 rum non reliquit. Cic. pro Flacco, 53.
 Dare locum dubitationi. Cic. pro Corn. Balbo, 11.
 Locum praetermittere. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 24. 1. Ego
 nullum locum praetermitto (nec enim debeo) non modò lum
 dandi tui, sed ne ornandi quidem.
 Habere locum. Qu. nul. lib. 3. cap. 5. 2.

Aperire

Aperire locum suspicioni. Vide **Aperio**.
 Locis, Genus aliquando dicitur. **Salustius**, Natus haud obscuro loco.
 Ortus loco equestri. Vide **Ortor**.
 Ignobili loco natus. Vide **Ignobilis**.
 De summo loco adolescens. Vide **De praepositionem**.
 Infimo loco natus. Vide **Inferus**.
 Loco summo natus. **Liu. 1. ab Vrbe, 152.**
 Locus, pro eo quod passum scripturae barbari dicunt. **Terent. in Prologo Adelpb. 9.**
 — qui lenoni eripuit
 Meretricem in prima fabula: eum **Plautus** locum Reliquit integrum. eum hic locum sumpsit sibi in **Adelpbos. Cic. 2. de Legib. 40.** Et hunc locum satis in ijs libris quos legis, expressit **Scipio**.
 Locus pro materia quadam, & tractatu disputationeque. **Cic. in Verrem, Noui locum, uideo ubi se factaturus sit Hortensius. Turnebus.**
 Loci, locorum, Sedes argumentorum sunt, quae intra se continent argumenta, & ex quibus ipsa argumenta petenda sunt. **Cic. in Orat. 2. 6.** Idemque locus (sic enim appellat, quasi argumentorum notas) tradidit. **Ibidem, 39.** Itaque hunc locum longè & late patentem, philosophi solent in officijs tractare. **Idem in Topicis, Locus est argumenti sedes.**
 Penetrata loci. **Quintil. lib. 6. cap. 2. 21.**
 Frequens locus. **Quintil. lib. 7. cap. 3. 35.**
 Latus fusus est locus hic. **Quintil. lib. 6. cap. 5. 9.**
 Grauior locus. **Quintil. in Proem. lib. 4. 3.**
 Huberes loci. **Quintil. lib. 5. cap. 13. 34.**
 Letus atque plausibilis locus. **Quintil. lib. 4. cap. 3. 2.**
 Repetiti loci ex intima quaestionum naturalium subtilitate. **Quintil. lib. 1. cap. 4. 4.**
 Speciosi loci. **Quintil. lib. 7. cap. 2. 28.**
 Verbofissimi loci. **Quintil. lib. 2. cap. 4. 23.**
 Concludere locum in aliquid. **Quintil. lib. 6. cap. 2. 1.**
 Constitueret locum. **Quintil. lib. 4. cap. 2. 69.**
 Dimouere animum loco. **Quintil. lib. 7. cap. 4. 13.**
 Ediscere locos electos. **Quintil. lib. 2. cap. 7. 2.**
 Excutere locos argumentorum. **Quintil. lib. 4. cap. 10. 14.**
 Exercere locum. **Quintil. lib. 4. cap. 2. 22.**
 Instare loco. **Quintil. lib. 7. cap. 3. 30.**
 Loci communes. **Cic. de Oratore, Loci communes qui de uniuersa re tractari solent, ut, &c. Idem in Orat. 69.** Tamen in communibus locis maxime excellere: qui communes appellati, eo quod uidentur multarum eisdem esse causarum, sed proprie singularum esse debent. **De Aulexi.**
 Conscire in communes locos. **Quintil. lib. 5. cap. 1. 6.**
 Tradere locos communes. **Quintil. lib. 5. cap. 1. 6.**
 Loci, pluraliter tantum, Vterius mulieris, quem matricem etiam uocant. **Varro in Origin. Sic loci millebres in quibus nascendi initia consistunt. Plinius lib. 11. cap. 37. 77.** Foemina eadem omnia, praeter uesciae iunctus utriculus, unde dicitur uterus: quod alio nomine locos appellant: hoc in reliquis animalibus uuluum.
 Loci, de equa etiam dicitur. **Colum. lib. 6. cap. 2. 7.** Quod si admiffarius iners in Venem est, odore perfricatur deterfis spongiae feminae locis, & admota equi naribus.
 Loca de pauonibus. **Colum. lib. 8. cap. 11. 7.** Sepiusque digitis loca foeminarum tentanda sunt: nam in promptu gerunt oua.
 Loculus, oculi, pen. corr. Diminutiuum (οὐλίον) Paruus locus. **Varro lib. 3. de Re rust. cap. 17.** Hortensius familiaris non ster quum piscinas haberet magna pecunia edificatas, ac loculos, ita sepe cum eo ad uillam ueni. Ex uetusto codice legitur, edificatas ad Baulos. **Plaut. Milite, 11. 37.**

Sed in cella paululum erat loculi lubrici.
 Loculosus, pen. prod. Adiect. (οὐλίος) Multis loculis plenus. **Plin. lib. 15. cap. 22. 3.** Sola differentia generum in putamine duro fragilius, & tenui ac crasso, loculofo & simplici.
 Loculus, βαλεῖον, γλοφίον, γλοφίον, Sacculus in quo pecunia seruatur. Frequentius in plurali legitur, ut **Loculi eburnei. Martialis lib. 14. 12.**
 Hos nisi de flama loculos implere moneta
 Non decet: argentum uilia ligna serant.
 Apud **Valerium** pro marsupio ponitur, lib. 7. teste **Budaeo**. **Sic Varro 3. de Re rust. cap. 5. 15.** Quendam deprehensum tessulas conijcientem in loculum. **Iuuenal. Satyr. 13. 14.**
 — gemmaque princeps
 Sardonyx, loculis quae custoditur eburnis.
 Condi loculis. **Ouid. 2. Amor. eleg. 15. 4.**
 Nummum demittere in loculos. **Horat. 2. epist. 1. 36.**
 Gramina loculis deponit eburnis. **Ouid. 6. Fast. 150.**
 Loculus & sacculus. **Mart. lib. 5. 40.**
 Stimulorum loculi. **Plaut. Casin. 11. 11.**
 At candidatus cedit hic mastigia,
 Stimulorum loculi. id est, ut in loculis seruatur pecunia, ita hic meretur ut in ipso simili recondantur, quo uexetur magis.
 Loculus, Feretrum in quo mortui includuntur. **Plin. lib. 7. cap. 2. 11.** Hunc cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditumque loculo in templo.
 Locellus, Diminutiuum (βαλεῖον) **Martialis lib. 14. 13.** Siquid adhuc superest in nostri sece locelli,
 Munus erit: nihil est, ipse locellus erit.
 Loculatus, pen. prod. Adiectiuum (οὐλίος) Quod habet diuersos locos. **Varro 3. de Re rust. cap. 17. 4.** Nam ut **Pausanias**, & ceteri pictores eiusdem generis, loculatas magnas habent arculas, ubi diuersi colores sint, certas: sic hi loculatas habent piscinas, ubi dispares disculos habeant pisces. **Veius exemplar** habet, ubi discoloris sint cere.
 Loculamentum, loculamentum (οὐλίον) Locus distinctus, siue capsula, in qua aues & similia nidificare seu habitare solent & a loculis deduci uidentur. **Colum. lib. 8. cap. 8. 3.** Vel si non ita competit, paxillis adactis tabulae supponuntur, quae uel loculamenta, quibus nidificent aues, uel scitilia columbaria recipiant. **Idem lib. 9. cap. 12.**
 Loculamentum, pro Conceptaculo, siue theca. **Vitruuius libro 10. Idem, Inq; eam tympani theca (siue id loculamentum est) fiat foramen. Budaeus.**
 Loculamenta appellantur etiam loculi, libris digerendis compositi in bibliotheca. **Seneca de Tranquill. uitae, Apud desidiostissimos uidebis quicquid orationum historiarumque est, et tecto tenui extructa loculamenta.**
 Locuples, pen. corr. locupletis, pen. prod. (οὐλοπλήτης) Omnis generis, secundum **Priscianum**: ablatiuo locuplete uel locupleti. Dicitur a lata humo, hoc est, locorum plenus: qui plerumque loca, id est, qui multas possessiones habet. **Festus, Locupletes, locorum multorum domini. Quintil. lib. 5. cap. 10. 39.** Praeterea finimus aut ui, sicut superiora: aut utrumque, ut asiduum ab asse dando, & locupletem a locorum, pecuniosum a pecorum copia. De finitione, seu sine. **Cic. de Senec. 52.** Semper enim boni, asiduique domini referta cella uinaria, olearia, & penaria: uillaeque tota locuples est, abundat porco, hodo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. **Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 21.**
 Locuplete in domo.
 Locuples & Tenuis aut egens, contraria. **Cic. 4. Verr. 96.** Sic pro **Plancio, 70.** Egentes in locupletes, perditii in bonos, serui in dominos armabantur.

Paupes

Pauperes & locupletes, contraria. **Horat. 1. epist. 1. 5.**
 Parum locuples. **Horat. 2. Carm. ode 18. 7.**
 Tu me scifici locupletem. **Horat. 1. epist. 7. 3.**
 Annus locuples frugibus. **Horat. 2. epist. 1. 28.**
 Locuples ac referta provincia. **Cic. 5. Verr. 39.**
 Homo domi suae cum primis locuples. **Cic. 4. Verr. 4. 7.**
 Locuples copijs ciuitatis. **Cic. 5. Verr. 14. 5.**
 Copiosa plane & locuples mulier. **Cic. 1. Verr. 30.**
 Locuples copijs rei familiaris, & pecuniosus. **Cic. pro Rosc. Comed. 26.**
 Domus locuples. **Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 21.**
 Locuples oratio, Diues uerborum & abundans. **Cicero 3. de Orator. 102.**
 Oratione locuples **Lysias**, rebus ipsis ieiunior. **Cicero 5. de Finib. 23.**
 Locuples & speciosa uult esse eloquentia. **Quintil. lib. 5. cap. 14. 23.**
 Locupletior Latina lingua quam Graeca. **Cic. 1. de Fin. 16.**
 Locuples, Largè instructus & copiosus, metaphoricus. **Cic. 1. de Nat. deor. 155.** Locupletior igitur hominum natura ad beatè uiuendum est, quam deorum: quod pluribus generibus fruitur uoluptatum.
 Locuples, Firmus certusque ad rem quolibet. **Vnde locupletem auctorem dicimus, locupletem testem, locupletem tabellarium. Possimus etiam locupletem testem interpretari bonum & magne auctoritatis, quem ipse Cicero grauisimum etiam uocat. Testes tenues & facultatibus spectantur, quod homines tenues & egenes facile precio ad falsum dicendum adducantur. Vnde testes idonei, locupletes testes dicebantur.**
 Locuples auctor. **Cic. 2. de Diuina. 179.** Iam **Pythagoras** & **Plato**, locupletissimi auctores, quo in somnis certiora uideamus, preparatos, &c.
 Locuples testis. **Cicero 3. Offic. 12.** Accedit eodem testis locuples **Posidonius**: qui etiam scribit in quadam epistola, &c. **Ibidem, 143.**
 Locuples tabellarius, pro **Fideli**, certo & idoneo, cui rectè literas committere possis. **Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 2. 4. 13.**
 Locuples ad augendum facultatem dicendi. **Quintil. lib. 10. cap. 1. de Varrone.**
 Locupletior. **Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 23.**
 Locupletio, locupletis, pen. prod. (οὐλοπλήτης) locupletare, Locis & possessionibus quempiam ditare. **Quamuis etiam ad omnia, sicut Dito, capi possit: ut quum quis opibus, rebusque etiam incorporeis ditatur. Colum. lib. 3. Ut autè perpensum & exploratum habeamus, ut locupletet patrem familie uinearum cultus. Cic. 5. Verr. 162.** Ob haec res, quoniam te locupletat, hoc annulo aureo dono. **Idem 1. Offic. 67.**
 Locupletatus mancipijs, argento, ueste. **Cic. 7. Verr. 64.**
 Locupletare fortunis. **Cic. 2. pro lege Agrar. 70.**
 Locupletare eloquentiam. **Cic. de claris Orat. 186.**
 Locupletata uoluptas perfectione uitae: id est, aucta. **Cicero 1. de Finibus, 65.**
 Loco, locus, (ὄρος, ἄνδρα, ἡδύ, ἀπομυθῶ) Locare, Quasi si in loco ponere, constituere. **Virg. 1. Aeneid. 87.**
 — hic alta theatri Fundamenta locant. **Cic. ad Senatum, lib. 15. 2. 4.** Castraque ad **Cybisra** locauit.
 Orate locare aliquid. **Virg. 5. Aeneid. 21.**
 Ante aciem aliquem locare. **Tacit. in lib. de Germanis.**
 Locatus a parte muri. **Plin. lib. 7. cap. 38. 1.**
 Locare agrum sodiendum: id est, dare agrum sodiendum, pacta mercede. **Plaut. Amph. 14. 42.** Sic, Locare styrenum locum. **Cic. ad Att. lib. 14. 313. 2.**
 Agros locare, Dare alicui colendos, mercede constituta. **Plinius epist. 150. Cic. Verr. 5.** Xenonius Menonis nobilissimi homi-

nis uxoris fundus erat colono locatus.
 Arcem locare, & urbem condere. **Lucret. lib. 5. 223.**
 Argentum locare: id est, infumere in mercatura exercenda. **Plaut. Mostel. 4. 145.**
 Nec quicquam argenti locauit tam diu usquam eque bene.
 Argentum foenori locare: pro foenori dare. **Plaut. Mostel. 8. 1.**
 Beneficium apud gratos locare. **Liu. 7. ab Vrbe, 89.**
 Male locata beneficia. Vide **Malus**.
 Loces me castrandum, Des me castrandum. **Plaut. Aulul. 7. 73.**
 Idem **Capt. 13. 49.**
 Qui locant cadundos agnos, & duplam agnina danunt.
 Pro cornibus equites locare. **Quintil. lib. 2. cap. 13. 3.**
 Faciendum locare. **Sulpitius ad Cic. lib. 4. 12. 10.** Ut iudem Athenienses in eodem loco monumentum et marmoreum faciendum locarent. **Sic, Lii. 4. bel. Maced. 195.** hoc est, committere & curare.
 Filiam locare: hoc est, nuptum tradere. **Terent. Phorm. 4. 3. 41.**
 — queso, quid si filiam
 Suam unicam locaret idem **Phorm. 5. 1. 25.**
 Ut potui uirginem nuptum locati huic adolescenti.
 Locare in loculentam familiam. **Plaut. Cist. 7. 19.**
 Fundamenta in stabili loco locare. **Plin. lib. 36. cap. 14. 2.**
 Fundamenta theatri locant. **Virg. 1. Aeneid. 87.**
 Funus locare. **Cic. 7. Verr. 93.**
 In arca locare. **Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 2.**
 Locari in dominatu. **Cic. 4. de Fin. 64.**
 In matrimonium locare. **Quintil. lib. 10. cap. 1.**
 In parte regni locare aliquem. **Virg. 4. Aeneid. 75.**
 Locatus in praesidio a pop. Rom. **Cic. 1. de Fin. 17.**
 In certa regione locata anima. **Lucret. lib. 3. 122.**
 In sede locare aliquem. **Virg. 2. Aeneid. 105.**
 In sedibus alicui locare. **Plautus Rud. 12. 16.** hoc est, struere & ponere.
 Non inuulter interim ex quaestionibus in exordio locabuntur. **Quintil. lib. 4. cap. 1. 18.**
 Legionem locare. **Tacit. lib. 20. Capua legio tertia. hyem. uidi causa locatur.**
 Noctes locare. **Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 6.**
 Operam suam locare alicui, Aliquid faciendum suscipere. **Gellius lib. 3. cap. 3.**
 Locasti optime operam. **Plaut. Amph. 4. 12. 4.**
 Operam ad artes nugatorias locare. **Plaut. Trinum. 13. 2.**
 Locasti te ad. **Plaut. Rud. 13. 51.**
 Quid si aliquid ad ludos me pro manduca locem?
 Opus aliquod locare alicui. **Plaut. Aulin. 9. 37.**
 Locatur opus id quod ex mea pecunia reficiatur. **Cicero 3. Verr. 100.**
 Locare ornamenta: id est, tradere. **Plaut. Curcul. 9. 3.**
 Sedes & templa locarunt in caelo. **Lucret. lib. 5. 234.**
 Locare uigiles nocturnos: id est, constituere. **Plautus Amphitr. 4. 107.**
 Locetis ita uirtutem. **Cic. de Amicit. 86.**
 Vitam in tranquillo locare. **Lucret. lib. 5. 3.**
 Urbem **Pataui**, sedesque locauit **Teucrorum**. **Virgil. 1. Aen. 51.**
 Locare, pro Conducere. **Varro in praefat. libro 2. de Re rustica.**
 Locito, locitas, pen. corr. (ἀπομυθῶ) locitare frequentatiuum formatum a supino, a in i mutata. **Terent. Adelpb. 5. 8. 27.**
 — agelli hic sub urbe est paululum, quod locitas foras.
 Locarium] locarij. Vide **Locarius**.
 Locarius] locarij, **Martialis libro 5. de Hermete gladiatore nobilissimo, Hermes diuitia locariorum. Locarij (ait Domitius) dicuntur illi, qui locant foros ad spectandum: ut dicat Hermetem esse diuitias locariorum, quod multi confluere ad eum spectandum, conductis locis a locatoribus. Vel**



ribus. Vel locarios dicit eos, qui ad ludos instruendos instru-
menta locare solent. Vel locariorum diuitie, quia diligebat-
tur ab ijs qui ludis delectabantur. Haestenus ille. Varro ta-
men de lingua Latina lib. 4. Locarium, inquit, quod datur
in stabulo & taberna, ubi consistant. Ex quo Varronis loco
Caelius lib. 4. cap. 23, locum Martialis putat liquidò explica-
ri in quo fluctuat Domitij sententia.

¶ Locator, pen. prod. (ὁ ἀνομιώδης) Verbale. Budæus, Quan-
quam locator sit plerumq; qui precium accipit, & condu-
ctor qui dat: ut sit locator dominus conductor inquilinus: ta-
men nonnunquam uiceuersa euenit, ut locator precium det,
conductor accipiat. Plin. lib. 7. cap. 52. 4. Romæ quoq; Cor-
fidium materie siue maritum funere locato reuixisse, & lo-
catorum funeris ab eo elatum.

¶ Locatio, ἀνομιώδης, Aliud uerbale, quod idem significat
ac Conductio, tam eius qui precium dat, quam eius qui id ac-
cipit. Cic. 3. Verr. 107. Hic istius scelerata locatio, nefas-
riusq; latrocinio, bonis patrijs fortunisque omnibus spoliatus
uenit in iudicium. Idem ad Atticum, lib. 4. 7. 2. Disturbata
porticus Catuli, quæ ex S. C. Cof. locatione reficiebatur, &
& ad testum penè perueniat.

Inducere locationem. Cic. ad Atticum, lib. 1. 12. 12. hoc est, mi-
nuere locationis precium.

Ludificari locationem. Vide Ludus.

Locusta] locustæ (ἀσπίς) animal ex insectorum genere. Vide
Plinium lib. 11. cap. 25.

Locutio, Locutor] Vide Loquor.

Lo dix] lodicis, pen. prod. fœm. gen. (ἀνδραγαθία) Operimen-
tum lecti. Iuuen. Satyr. 6. 20. & Satyr. 7. 7.

Magne mentis opus, nec de lo dice paranda
Attonite, ciurus, & equos, faciesq; deorum Aspicere.

¶ Lodicula, lodicule, pen. corr. (ἐπιδουλεύω) Diminutiuum.
Sueton. in Augusto, cap. 83. Ita ut in extremis spacijs subsul-
tini decurreret, festerto, uel lodicula inuolutus.

Lædoria] lædorie (λαδωρία) Conuicium, maledictum, op-
probrium, sales conuiciosi. Macrobi. lib. 7. Satur. cap. 3. Præ-
ter categoriam quæ est πόνος, & præter ἀνάβολα quæ de-
latio est, sunt alia duo apud Græcos nomina, Lædoria &
Scomma: quibus nec uocabula Latine reperio, nisi fortè di-
cas Lædortiam explorationem esse ad diuersionem contumeliam.
Scomma enim penè dixerim morsum figuratum: quia sepe
fraude uel urbanitate tegitur, ut aliud sonet, aliud intelligas.
Est autem Lædoria huiusmodi: Oblitus ne es, quum salamen-
ta uendebas? Vide plura ibidem.

Logeum] pen. prod. (λόγιον) Pulpitum significat. Testis Vi-
truius, lib. 5. cap. 8.

Logos] λόγος, apud Græcos modò sermonem, uerbum, o-
rationem significat: modò rationem, modum, supputationem.
Nonnunquam & pro libro usurpatur. A uerbo λέγω, quod
est dico, siue colligo.

Logos, pro dicto ridiculo & contemnendo sumitur. Cic. pro
Gallio, Ego te certò scio omnes logos, qui ludi dicti sunt, a-
nimaduertisse. Hæc Nonius. Terent. Phorm. 3. 2. 8.
Foeneratum istud beneficium tibi pulchre dices. D. logi.

¶ Logarium, Ratiuncula. Vlpianus in L. qui penum. s. ult. ff. de
pen. leg. Sed & chartas ad Ratiunculam, uel ad λογαρίον,
paratas contineri.

¶ Logo dædulus, logodædali, pen. cor. (λογόδεδάλλω) Sermo-
nis artifex. Cic. in Orat. 22. Hæc tractasse Trasymachum
Chalcedonium primum, & Leoninum ferunt Gorgiam:
Theodorum inde Byzantium, multosq; alios, quos λογάδαιον
ἀδελφός appellat in Phædro Socrates.

¶ Logice, logices: siue Logica, logice, pen. corr. (λογική) Lati-
ne rationalis. nam Græci λογικός, rationale dicunt. Cic. 1.

de Fin. 32. Tam in altera philosophia parte, quæ est quæren-
di ac differendi, quæ λογική dicitur, iste uelut, ut mihi quidè
uidetur, planè inermis ac nudus est. Ibidem. Totiq; est logi-
ce, quantationem differendi uoco.

¶ Logica, logicorum, n. gen. (λογική) Cic. 4. Tusc. 50. Habes ea,
quæ de perturbationibus enucleatè disputant Stoici: quæ lo-
gica appellant, quia differuntur subtilius.

¶ Logistoricum, pen. corr. (λογιστήριον) Liber sermonum & di-
ctorum insignium narrationem continens. Gellius lib. 4.
cap. 19. Varro in Logistorico scripsit. A. logo & historia di-
ctum uideri potest.

Loligo] pen. prod. loliginis, fœm. gen. (καλὸν) Genus piscis,
dictum est quasi noligo, ut ait Varro de ling. Lat. Plinius lib.
32. cap. 15. 7. Sunt, inquit, lacertorum genera, loligo uola-
tans, locustæ, lucernæ, &c. Idem lib. 32. cap. 2. 5. Trebius Ni-
ger loligines euolare ex aqua tradit, tanta multitudine, ut na-
uigia demergat. Hic piscis caput inter pedes & uentrem ha-
bet, quem uulgò calamariū uocant, à thecæ calamariæ simi-
litudine. Habet enim oscicula duo quasi cultrum & calamis,
& cruorè nigrum atramenti modò, quum externè albus sit.
Loligo, pro Liuore hominis atris, id est, maleuoli. Horatius 1.
Serm. Satyr. 4. 21.

—hic nigrae succus loliginis, hæc est
Aerugo mera. Porphyrio.

Lolligo in carmine gemino liseribi debere, testantur nonnulli:
quum longa sit prima, & à uolo uolans deriuetur, habente
primam correptam, ut est in prescripto loco Horatij.

¶ Loliguncula, loliguncule, penul. corr. (καλλιόλη) Diminua-
tiuum. Plautus Casina, 11. 57.

Emitto sepulas lepidas, loligunculas ordeias.

Lolium] lolij (ἀλφάκω) Herbe genus segetibus inimicum, quod
Gallis uiræ ab imberando dicitur. Græcè appellatur ζι-
ζανία. Plinius lib. 18. cap. 17. Nam lolium & tribulus, &
carduos, lappasq; nò minus quam rubos, inter frugum mor-
bos potius quam inter ipsius terræ pestem numerauerim.
Virg. 1. Georg. 31.

Infelix lolium, & steriles dominantur auena.
Lolio uicitare dicuntur, qui uisu sunt imbecillo. no. et enim o-
culis lolium, propter uapores acreis, quos in cerebri um attol-
lit. Plaut. Milit. 6. 50.

Mirum est lolio uicitare te, tam uirili tritico. Ouidius 1.
Fast. 138.

Et careant lolij oculis uirantibus agri.

¶ Lolarius, Adiectiuum (ἀλφάκω) Ad lolium pertinens. Colum.
lib. 8. cap. 5. 12. Cribro uitiario, uel etiam loliaro, qui iam
fuerit in usu, pulli superponantur.

Lomentum] lomenti (λεῖωμα) Farina fabacea qua ad erin-
ganda corpora usa est antiquitas. Martialis lib. 3. 39.

Lomento rugas uteri quod condere tentas. Lomentum,
Græci λείωμα uocant, quod tritum proprie significat, ut ait
Hermolaus. Plin. lib. 33. Subtilissimum genus lomenti, quod
quidam tritum uocant, quinis assibus æstimatum.

Lonchitis] penul. prod. (ὄνυχον) Eadem herba est quæ xi-
phion aut phasganion, quanquam cuspidi similis fenine: ha-
bet enim folia porri. Plin. lib. 25. cap. 11. 4. Appellatus etiã
plantaginis speciem oblongam à lanceæ similitudine uulgò
lonchium, uel lancolatam.

Londinium] Λονδίον, Ptolem. eo, alijs Londinium, Britan-
niæ insule metropolis. Vulgò London, Londano.

Longæuus] Vide Longus.

Longanon] pen. prod. (ἀπὸ τοῦ ὄνυχου) uel, ut alij scribunt,
Longauo, Rectum intestinum dicitur, quod iuxta anum est,
& excrementa emitit: sic dictum, quia in longum proten-
ditur, & non est ita orbibus implicatum, sicut intestinum
tenue

tenue. Apitius, Longanones porcinos ex rure Tarentino
sarfos cunctos concisos in cinere pullorum.
Longus] Adiectiuum (μακρός, μακρῆς) Porrectus. Virg. 9.
Aeneid. 4. 6.

Stant longis innixi hastis & scuta tenentes.

Longior sum quam tu. Plaut. Trinum. 13. 56.

Longum se sequi pede latum pede. Plin. lib. 35.

Longus pedes septem. Plin. lib. 6. cap. ult. in hoc celi circum-
plexu æquinoctij die mediâ, umbilicus, quem gnomonem
uocant, septem pedes longus, umbram nò amplius quatuor
pedes longam reddit.

Longus pedum quatuor. Colum. libro 2. cap. 11. in morem
horti areas latas pedum denum, longas pedum quinquæ
genium facio.

Non ita longus. Vide Non.

Absentia longa & continua. Tacit. lib. 3.

Aetas longa. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 27.

Auum longum. Horat. de Arte, 70.

Agnem longum pascur per ualles. Virg. 1. Aeneid. 38.

Aluus longa. Virg. 3. Georg. 86.

Ambages longæ. Virg. 1. Aeneid. 70.

Longus amor id est, diuturnus. Virg. 3. Aeneid. 98.

Anni longi. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 1.

Bellum longum. Virg. 2. Aeneid. 22.

Ceramen longum. Horat. 1. epist. 10. 7.

Circuitus longus. Virg. 3. Aeneid. 83.

Crines longi. Virg. 7. Aeneid. 15.

Carus longus. Virg. 3. Aeneid. 86.

Dies longa. Plaut. Epid. 11. 17. id est, longum tempus.

Dies longi. Celsus lib. 1. cap. 2. Longis diebus meridiari potius
ante cibum uile est.

Experimenta longa & magna. Plin. epist. 110. 4.

Fabula non longa. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 19.

Facies longa. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 3.

Feris longæ. Horat. 4. Carm. ode 5. 8.

Fletus longos ciebat. Virg. 3. Aeneid. 69.

Flauius longi. Virg. 3. Georg. 46.

Histe longæ. Virg. 9. Aeneid. 46.

Intervalum longum. Virg. 5. Aeneid. 64.

Iter longum. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 19.

Latus longum. Virg. 3. Georg. 11.

Libri longi, Prolici & fissi. Plaut. Persa, 10. 67.

Militia longa. Horat. 2. Carm. ode 7. 4.

Mora longa. Ouid. 1. Metam. 4. 4.

Mora non longior plena hora. Ouid. 10. Metam. 146.

Nauius longa. Liu. 7. bel. Pun. 129.

Negocia longa. Horat. 3. Carm. ode 5. 11.

Nox longa, diesq; longa. Horat. 1. epist. 1. 4.

Obiuita longa. Virg. 6. Aeneid. 43.

Opulentia longa. Tacit. lib. 14.

Ordo longus. Horat. de Arte, 73.

Ordo longus. Virg. 1. Aeneid. 80.

Pes longus. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 19.

Piper longum. Plin. lib. 12. capit. 7. 5.

Potentia longa. Ouid. 2. Metam. 84.

Secessus longus. Virg. 1. Aeneid. 33.

Senectus longa. Horat. 2. Carm. ode 16. 6.

Series longissima rerum. Virg. 1. Aeneid. 131.

Sermo longus. Virg. 1. Aeneid. 45.

Seruitium longum. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 20.

Spacium longius æquo. Lucret. lib. 4. 114.

Spacium longius anno. Ouid. epist. 17. 5.

Longum, diuturnumq; supplicium. Plaut. Milit. 9. 29.

Tempus longum. Virg. 2. Georg. 10.

Tractus longi flammaram. Virg. 1. Georg. 74.
Versus longi. Cicero 2. de Legib. 105. Ne plus quatuor heroi-
cis uersibus, quos longos appellat Ennius.

Via longa. Martialis lib. 1. 33.

Vmbra longæ. Plin. lib. 12. cap. 1. 6.

Longus, pro Pernicioso. Virg. 1. Aeneid. 151.
Infelix Dido, longumq; bibebat amorem.

Nimium longi sumus in rebus apertissimis. Cic. 2. de Fin. 136.

Longior esse nolo. Cicero. 1. de Nat. deor. 141. Possum de ichneu-
monum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere: sed no-
lo esse longior.

Longum est. Terent. Phorm. 3. 2. 10.
Experire, non est longum. id est, non multi temporis.

Idem And. 5. 6. 13.
Memini atq; adeo longum est, nos illum expectare dum
exeat. id est, diutius expectandum nobis esset. Cicero 4.

Acad. 209. Longum est explicare.

Longum est, & non necessarium commemorare quæ apud, etc.
Cic. 6. Verr. 119.

Longum est licere quam improbè fecerit. Cic. 3. Verr. 111.

Longum est resellere, & superuacaneum. Plinius libro 7. cap.
pit. 43. 6.

Longum est si Terent. Heaut. 2. 3. 94.
—longum est Clitipho,

Si tibi narrem quam ob rem id faciam.

Ne longum faciam: id est, ut breuiter dicam. Horatius 1. Serm.
Satyr. 3. 2. 8.

Longum & obscurum. Cic. 4. Verr. 138.

Nihil mihi longius quam Iudices, quam uidere hominum uul-
tus, de Alexandrinis loquens. id est, nihil molestius, aut ni-
hil desideratius. Idem ad Matium, libro 11. 27. 2. Quem quæ
obiurgarem, quod parum ualeudini parceret, tum ille ni-
hil sibi longius fuisse quam ut me uideret.

Longius abesse, & de tempore dicitur. Caesar 3. bel. Gal. Neq;
longius abesse, quum proxima nocte Sabini clam ex castris
exercitum educat.

In longum ducere. Virg. 9. eclog.

In longum durare. Vide Duro, duras, in Durus.

Sufficere in longum. Tacit. libro 20. Ita paucis diebus per li-
centiam absumpta sunt, quæ aduersus necessitates in lon-
gum sufficissent.

In longum esse. Tacit. lib. 11.

In longum trahere. Vide In.

¶ Longum, Aduerbiū, Lōgo tempore. Virg. 10. Aeneid. 148.
—non me, quicumq; es, inulto,
Victor, nec longum latabere.

Vale longum. Virg. 3. eclog. 16.

Sis memor ò longumq; uale. Claud. 2. de raptu Prof. 47.

¶ Longè, Aduerbiū (μακρόθεν, ἀπὸ μακρόθεν, ἀπὸ μακρόθεν, ἀπὸ μακρόθεν) pro longitudine tam temporis quam loci.

Longè lateq; diffusum aut dispersum. Cicero 2. de Fin. 182.

Longè à mari rus est. Terent. Eunuch. 3. 3. 13. Cicero pro lea-
ge Manil. 22. Longè à domo bellare. Idem 7. Verr. 51. Qui
locus est non longè à Syracusis. Sic. 1. de Legib. 4. Non lon-
gè ab ædibus. Liu. 1. ab Vrbe, 2. 19. Principibus longè ab do-
mo excitis.

Longè abieram. Terent. Eunuch. 4. 2. 5.

Ne longè abeam, per translationem. Cicero lib. 2. de Finibus
153. Vide A deo.

Abest longè. Ouid. 8. Metam. 164.

Longè hinc abest. Plaut. Rud. 7. 6.

Longè gentium abest: idem quod maximè longè. Cicero Atti-
co, lib. 6. 114. 1.

Longè à me abest. Plaut. Curcul. 3. 2. 2. Cic. ad Titium, libro 13. 59. 2. Sentiatq; meam sibi amicitiam, etiam quum longissimè abstint, prodesse in primis apud te. Sub à te.

Abest longè, procul, &c. Vide Absum.

Arceve aliquem longè. Virg. 1. Aeneid. 7.

Arceve longè summos. Virg. 6. Aeneid. 64.

Discedere longè. Ouid. epist. 21. 2. 2.

Distare longè. Lucret. lib. 2. 89.

Longè à pedagogo offere pedem. Plaut. Bach. 8. 19.

Longè fugere. Plaut. Mostel. 6. 4. 2.

Longè simululum habes: hoc est, longè uel in longè protensum. Plaut. Trucul. 17. 7. 5.

Longè usq; illic habito. Plaut. Rud. 23. 89.

Longè alicui obuiam procedere. Cic. 4. Verr. 4. 5.

Longè prospicere futuros casus. Cic. de Amicit. 3. 8.

Resonantia longè littora. Virg. 1. Georg. 7. 2.

Longè esse. Pim. in Paneg. 41. Expectatum est, prouisumq; nequis aeger, nequis occupatus, nequis deniq; longè fuisset, etc.

Longè hinc est in saltum uestrum. Cic. pro Quinto, 53.

Longè est mihi. Mart. lib. 1. 82.

Longè, pro Multo, aliquando accipitur: tuncq; comparatiuo iungitur, aliquando pro Valde, & tunc superlatiuo: nonni quam nominibus, uerbis, & aduerbijs, ut uidet in subiectis exemplis. Vide Vallam lib. 1.

Comparatiuo. Virgilius 9. Aeneid. 111. At pedibus longè melior Lycus.

Longè, longèq; beator cunctis illa est. Ouid. 4. Metam. 65.

Superlatiuo. Cic. 1. de Orat. 2. 5. Principi longè omnium in dicendò grauissimo & eloquentissimo Platoni.

Longè doctissimus. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 1.

Longè pulcherrimus panis. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 18.

Longè, longèq; plurimum. Cicero 2. de Finib. 109. Alteri plurimum se, & longè longèq; plurimum tribuere honestati, sed tamen, &c.

Positiuis Excellens & Praestabilis iunctum aliquando reperitur. Apul. de deo Socratis, Chalcas autem longè praestabilis hariolus. Idem in Florid. Longè ante ceteros excellens.

Longè ceteris artibus antecedit illud studium: hoc est, praestat & excellentius est. Cic. 1. Acad. 6.

Longè aliter. Cicero pro Domo sua, 33. Longè aliter atq; à me dicta erant, detulerunt.

Longè aliter euenit. Linius 2. bel. Pun. 204. Idem 2. ab Vrbe, 200. Res aliter longè euenit.

Longè ante uidere futura. Cicero 3. Tusc. 51.

Longè ante alias specie ac pulchritudine insignis. Linius 1. ab Vrbe, 39.

Longè secus. Cic. de Amicit. 2. 9.

Longè alius. Salustius, Longè mihi alia mens est, Patres Conscripti.

Longè dispar. Cicero pro Fonteio, 32. O fortunam longè disparem M. Fonteii, si deligeret, &c.

Longè dissimilis succus. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 6.

Longè princeps: id est, excellentior ceteris. Cicero Brut. libro 13. 14. 1. L. Castronius Papius longè princeps municipij Lucensis, est honestus, grauis, plenus officij. Liu. 1. ab Vrbe, 218. Ius longè princeps Latini nominis erat.

Longè primus, quemadmodum Facile primus, hoc est, excellentior. Cic. 4. Verr. 37. Longè primus ciuitatis est Epicrates. Liu. bell. Pun. libro 3. 152. Qui tum autoritate atq; opibus longè primus erat.

Longè primum. Cicero de claris Orat. 27. Coruncanum, quòd ex Pontificum commentarijs longè plurimum ingenio ualuisse uideatur.

Longè plurimos captiuos ante curram duxit. Liu. 1. ab Vrbe,

Longè antecellere ceteris. Cic. 6. Verr. 105.

Longè anteire. Plaut. Bacchid. 12. 3.

Longè antepone. Cic. 5. Tusc. 18.

Longè dissentire. Cicero de Amicit. 30. Ab his qui pecudum ritu ad uoluptatem omnia referunt, longè dissentimus. id est, nullo pacto cum eis sentimus.

Longè errat. Terent. Adelph. 1. 1. 40.

Longè preccedere. Quint. lib. 10. cap. 1.

Praestare longè. Lucret. lib. 5. 237.

Longè multumq; praestat aut superat. Cic. 5. de Fin. 72.

Longè remotus ab ambitione. Plin. epist. 110. 4.

Longè, lateq; remotus à uulgo. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 4.

Longius, Comparatiuum (πρόωτιον, ἀνωτιον) De loco & tempore dicitur. Plautus Cist. 7. 38. Auectus est, inquit, peregrè hinc habitatum longius. Idem Trinum. 10. 94.

Longius abest. Terent. Heaut. 5. 2. 31.

Longius abire. Terent. Eunuch. 4. 3. 20.

Longius currere. Cic. 2. de Fin. 76.

Curare longius. Tacitus lib. 19. Exploratores, ut mos est, longius curabant.

Longius discedere à naturæ constantia. Cic. 4. Tusc. 19.

Ire longius. Lucret. lib. 4. 42.

Procedunt longius ire. Virg. 5. Aeneid. 93.

Recedunt longius à stabulis. Virg. 4. Georg. 39.

Prouehi longius. Quint. in Prooem. lib. 4. 3.

Longius in amicitia prouectus. Cic. de Amicit. 32.

Longissimè, Superlatiuo, De loco & tempore etiam dicitur. Liu. 1. ab Vrbe, 77. Signum, contra quod longissimè conspectum oculi ferebant, animo finiuit, &c.

Longissimè ab Occasu patet. Plin. Pars nostra terrarum, de qua memoro, ambiente, ut dictum est, Oceano uelut innatans, longissimè ab Ortus & Occasu patet.

Longissimè abest à uero. Cic. 4. Acad. 69.

Longissimè memini. Plaut. Menach. 2. 4. 54.

Longissimè distincta comprehendere. Cic. in Pisonem, 1.

Longissimè, pro Longum est. Plaut. Stich. 9. 24. —quam dudum in portum huc uenissis p. Longissimè.

Longissimè abhorret mea ratio uoluntatisq; ab hoc facto. Cicero 4. Verr. 7.

Longulé, penul. corr. (ὄνυλα) Aduerbium diminutiuum à Longè. Plaut. Rud. 7. 6.

— illico nos hic imus

Haud longulé ex hoc loco. Idem Menach. 2. 62.

Longulus, penul. corr. Adiectiuum (ὄνυλλος) Cicero ad Atticum, libro 16. 337. 3. Itaq; eo die mansi Aquini: longulum sanè iter, & uia inepta.

Longiusculus, penul. corr. (ὄνυλλος) Adiectiuum diminutiuum à comparatiuo longius. Cicero pro Archia, 19. Quòd epigramma in eum scripsit tantummodo alterius uersibus longiusculus.

Longipes, penul. corr. longipedis, om. gen. (ὄνυπτος) Plin. libro 30. cap. 4. 4. Expressis animal est rarum in Italia, sicut millimum scarabeo longipedi. Id est, longos pedes habent.

Longueus, Adiectiuum (μακρόπους, μακρόπους) Quod est longi. uirg. 6. Aeneid. 153. Quem tibi longueo serum Lauinia coniunx. Educet sylvius.

Caput longueum. Propert. lib. 4. eleg. 1. 11.

Capilli longeni. Martialis. 14. 27.

Nutrix longuea. Ouid. epist. 1. 21.

Parens longueus. Virg. 3. Aeneid. 34.

Senecta longuea. Propert. lib. 2. eleg. 14. 10.

Senes longeni. Virg. 5. Aeneid. 143.

Vetusitas

Vetusitas longuea. Martialis. libro 15.

Longueitas] longueitatis, Macrobius. libro Saturn. capit. 5. Nam non minus edacitatis habent quam de longueitate eorum opinio fabulatur. De coruis & cornicibus loquitur.

Longitudo, penul. prod. (μακρότης) longitudinis, Denominatiuum, Notam habet significationem. Plin. libro 11. cap. 25. 2. intelligi autem gracilitate & longitudine.

Longitudo iuueris. Cic. 9. Philipp. 257.

Longitudo, De tempore etiam dicitur. Terent. Heaut. 5. 2. 10. Vbi te uidi animo esse omissio, & suauia in presentia Que essent, prima habere, neq; consulere in longitudine, Cepi ratione, ut neq; egeres, neq; ut hæc posses perdere.

Longitudo notis. Cic. 7. Verr. 21.

Longitudo orationis, cui Breuitas opponitur. Cic. in Partit. Immodica longitudo. Quint. lib. 4. cap. 1. 43.

Longinquus, Adiectiuum (ἀνωτιον, ἀνωτιον) Remotum, distans. Cicero de Senect. 77. Existimans non longinquum inter nos digressum & discessum fore.

Auum longinquum. Lucret. lib. 2. 14.

Aria longinqua. Horat. 1. epist. 8. 2.

Bellum longinquum. Catul. Argon. 59. 69.

Longinquis bellis obruti. Plin. lib. 7. cap. 5. 4. 1.

Fornax longinqua, pro longa. Plin. lib. 9. cap. 38. 2.

Itinera longinqua acturi Sarmate, &c. Plinius libro 8. capit. 42.

Itinera longinqua, pro longa. Plin. lib. 9. cap. 17. 1.

Longinquos respicit montes: id est, remotos. Plinius epist. 17. libro 2.

Morbus longinquus, Diuturnus. Liu. 1. ab Vrbe, 136.

Orbis longinquus. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 6.

Spes non longinqua. Stat. 2. Sylu. 1. 11.

Sermo longinquus: cui Breuis opponitur. Plautus Miliite, 14. 29.

Vetusitas longinqua. Virg. 3. Aeneid. 83.

Vita longinqua. Plaut. Milt. 10. 135.

Ex longinquo uenire. Plin. lib. 10. cap. 4. 2. 2.

Longinquo multa annuntiant. Plin. lib. 7. cap. 5. 2. 2.

Longinquum amanti istuc: hoc est, diuturnum nimis & fastidiosum. Plaut. Merc. 2. 2. 55.

Longinquum loqui: hoc est, diutius. Plaut. Merc. 12. 23.

Longinqui, Qui longè habitant. Cic. Marcel. lib. 15. 7. 1. Non dubito quin presentes censeant: nos quidem longinqui, & à te ipso missi in ultimas gentes.

Longinquitas, penul. corr. longinquitatis, Ipsa distantia locorum. Cicero ad Cælium, libro 2. 8. 2. Propter longinquitatem & propter atrocitatem tardissime omnia perferuntur.

Longinquitas nauigandi. Plin. lib. 31. cap. 6. 6.

Nimiam longinquitatem locorum commoueri. Cicero pro lege Manilia, 16.

Longinquitas etatis. Terentius. Heaut. 4. 2. 20. id est, diuturnitas.

Longinquitas temporis. Caesar. 1. bel. Ciuil. 115. Cicero 2. de Fin. 141. Qui autem uoluptate uitam efficit beatam putabit, qui sibi conuenient, si negabit uoluptatem crescere longinquitate: idem 5. Tusc. 165.

Longiter, pro longè, Aduerbium antiquum. Lucil. lib. 33. Non (ut opinor) id à lecto iam longiter acti. Ex Nonio. Vfus est & Lucret. lib. 5.

Longisco, longiscis (μακρόπους) longiscere, Longum frangi, uel frangere. Ennius lib. 17.

— neq; corpora firma Longiscunt quicquam. Idem, Cum sola est cadent sciant longiscere longè. Nonius.

Longurio, longurionis (ἐπιμαρτυρία) Id est, longus. Varro Triphalo. Ego nihil narro, adeo hic ita curat qui ante me est, nescio qui longurio. Antiquum.

Thestauri pars 2.

Longurius, longurij (μαρτυρία) Peritica longior, que sepius hortorum uel etiam bellicis trajcti solebat ad eas confirmandas. Varro de Re rust. lib. 2. capit. 7. 9. Itaq; in stabulis ab humore prohibere oportet humum, clausa habere ostia ac fenestras, & inter singulas à praesepibus intericere longurios qui eas discernant, ne inter se pugnare possint. Caesar 7. bel. Gall. 339. A castris longurios, musculos, falces, reliquaq; que eruptionis causa parauerat, profert. Ibidem, lib. 4. 52. 6. Hæc directa materia iniecta contexebantur, ac longurios, cratibusq; consernebantur.

Lopas] lopadis, penul. corr. f. g. (λοπάς) Genus conchæ marinae. Plaut. Rud. 8. 7. — habemus echinos, lopadas, — Ostreas, balanos captamus, conchas, marinam urticam.

Loquor] loqueris, penul. corr. (λοκω, ἰσχυρῶς, ἰσχυρῶς) loqui, Deponens. Varr. libro 5. de lingua Latina, Loqui ab loco dictum: quòd qui primo dicitur sari, & uocabula, & reliqua uerba dicit ante, quam suo quisq; loco ea dicere potest. Et paulo post, igitur is loquitur, qui suo loco quodq; uerbum sciens ponit.

Loqui, aliquando Dicere significat. Cicero Papyrio Peto, lib. 9. 2. 2. 10. Cum loquimur terni, nihil flagitij dicimus. Plautus Menach. 8. 47. — quas mulieres Quos tu parasitos loqueret Accuratus loqui. Quint. lib. 3. cap. 2. 2.

Loqui ad uoluntatem, Dicere quod libet. Cicero in Parad. 49. Loquitur ad uoluntatem: quicquid denunciatum sit, facit: adfertur, asidet, numeratur. Idem de Amicitia, 76.

Loqui ad uoluptatem: hoc est, Voluptatem suo sermone audire tibus afferre. Cic. pro Quinto, 62. Legitur in emendationibus codicibus, uoluntatem.

Loqui aperit. Terent. And. 1. 2. 31. Ita aperit ipsam rem modò loquutus, nihil circuitio, ne uisus es.

Loqui aliquid. Cic. 3. de Fin. 14.

Loqui apud aliquem turpiter. Cic. 2. de Fin. 119.

Sit mihi fas audita loqui. Virg. 6. Aeneid. 54.

Mitte loqui cetera. Horat. Epod. 13. 2.

Citra reprehensionem loqui. Quintilian. libro 1. capit. 5. 40.

Commodè loqui. Vide Commodus.

Commodum loqui. Plaut. Trinum. 17. 13. Vide Ordior.

Comprehensè loqui. Vide Comprehendo.

Confidenter loqui. Plaut. Amphit. 8. 206.

Confusè loqui. Vide Confundo.

Conuenienter loqui. Vide Conuenio.

Loqui cum aliquo de re aliqua. Cicero Lentulo, libro 1. 8. 14.

Loqui cum aliquo uehementer. Cælius ad Ciceronem, libro 8. 11. 7.

Loqui cum grauitate. Cic. ad Atticum, lib. 9. 180. 6.

Loqui de. Cicero ad Atticum, libro 10. 195. 14. De ea re nos inter nos locutos.

De magnis rebus loqui. Lucret. lib. 4. 205.

Loqui deliramenta. Plaut. Amph. 8. 62.

Dulce loqui. Horat. 1. epist. 7. 6.

Minus efficaciter loqui. Quint. lib. 5. cap. 13. 20.

Emendatè loqui. Quint. lib. 1. cap. 5. 1.

Loqui ex nauibus. Caesar. 3. bel. Ciuil. 59.

Facta, inficta loqui. Stat. 3. Theb. 86.

Falsa loqui. Ouid. 1. Metam. 125.

Loqui familiariter cum aliquo. Plaut. Anul. 6. 15.

Ficta loqui. Ouid. 1. Metam. 155.

Loqui porrectiore fronte: hoc est, audacter. Plautus Cæsin. 6. 3.

Fortim loqui aliquid. Ouid. epist. 16. 53.

Haul ignota loquor. Virg. 2. Aeneid. 19.
 Impensus loqui. Senec. de Benefic. lib. 2. capit. 24.
 Impune loqui. Vide in dictione Abditum in Abdo.
 Loqui in eandem sententiam: hoc est, eiusdem esse sententiae.
 Caesar 1. bel. Civil. Cicero 3. Verr. 47. Hec quum omnes
 sentirent, et quum in eam rationem pro suo quisque sensu ac
 do' ore loqueretur, omnes, &c.
 Inconstanter loqui. Vide Inconstans.
 Inductum et quasi deuium loqui. Vide Induco.
 Loqui inter se. Cic. ad Attic. lib. 5. 88. 7. Vide Inter.
 Lapides loqueris. Plautus Aulul. 6. 26. Et apud Martialis li-
 bro 5. 42.
 Theatra loqueris, et gradus, et edicta.
 Latine loqui. Cic. 6. Verr. 2.
 Latine, et Grammaticè loqui, differunt. Quintilianus libro 1.
 capit. 6. 17.
 Lautè loqui. Plaut. Mil. It. 14. 11,
 Quia enim loquitur lautè, et minime sordidè.
 Loqui lepidè. Plaut. Mil. It. 10. 21.
 Liberè loqui. Vide Liber.
 Loqui lingua. Plaut. Truc. 5. 15,
 Consultare, bene loqui lingua.
 Longinquum loqui. Vide Longus.
 Magnificè loqui. Vide Magnus.
 Magnificè magna loqui. Tibul. lib. 2. eleg. 7. 3.
 Magnam loqui, mitiq; cothurno. Horat. de Arte, 57.
 Male loqui absentia est, detrabere absentia. Terentius Phorm.
 2. 3. 25. Vide Malus.
 Male loqui mandata. Horat. de Arte, 22.
 Loqui mature et grauer. Plin. epist. 87. 4.
 Simulata mente loqui. Virg. 4. Aeneid. 21.
 Mirabiliter de te loquuntur et sentiunt. Cicero Figul. li-
 bro 4. 13. 16.
 Mollius de peccatis suis loqui. Quintil. libro 4. capit. 2. 50.
 Monstra ac portenta loqui. Lucret. lib. 4. 119.
 Non est quod multa loquamur. Horat. 2. epist. 1. 6.
 Loquere mihi nomen tuum: hoc est, dic, effor. Plautus Mea-
 neb. 2. 4. 7.
 Optata loqui. Vide Opto.
 Ore rotundo. Horat. de Arte, 66.
 Omnes simul uno ore loquuntur. Ouid. 12. Metam. 49.
 Loqui ore duarum et uiginti gentium. Plinius de Viris il-
 lustribus, 76.
 Ore muto mitur loqui. Ouid. 2. Fast. 123.
 Ociosè loqui. Vide Ocium.
 Paucula loqui. Terent. Heaut. 4. 6. 24.
 Planè et disertè loqui. Plaut. Amph. 7. 22.
 Preclia loqui. Horat. 4. Carm. ode 15. 1.
 Loqui pro aliquo. Celsus ad Cic. lib. 8. 6. 11.
 Pro re pauca loquar. Virg. 4. Aeneid. 68.
 Loqui rem aliquam pro De aliqua re. Senec. epist. 91. Virg.
 eclog. 6. 15,
 Quid loquar aut Scyllam Nisè, &c.
 Secretò loqui cum aliquo. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 14.
 Secum loqui. Cic. pro Quintio, 30.
 Securis inter cenam loqui de aliquo. Quint. lib. 6. capit. 3. 7.
 Submissè loqui. Quint. lib. 6. capit. 5. 5.
 Superba loqui. Propert. lib. 1. eleg. 10. 5.
 Verba fortia loqui. Ouid. ad Liliam, 2.
 Verba loquor socianda chordis. Horat. 4. Carm. ode 9. 1.
 Vitiosè loqui. Quint. lib. 1. capit. 6. 5.
 Voce supplice loqui. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 2.
 Osa loqui uates. Virg. 6. Aeneid. 25.
 Loqui et dicere. Cicero in Bruto, Scipio collega meus mihi sa-

ne bene et loqui uidetur, et dicere. Hic docet, loqui et di-
 cere non idem esse. Nam disputandi ratio, et loquendi, Dia-
 lectico est: Oratorum autem dicendi et ornandi. Cicero
 in Orat. de Rhetorica et Dialectica uerba facies: Vi hoc
 uidelicet differant inter se, quod haec ratio dicendi latior
 sit, illa loquendi contractior. Sensus est, Ratio dicendi, quae
 Lupia] ἡνείκα, Germania flumini Pomponio lib. 3, Coniectura esse quae hodie Necchari uocatur, qui haud longē a Danubij fontibus ortus, per Vuirtembergensem ducitum ad plus, moxq; in Oceanum uersus Rhenum seorsum illabitur.

Strabo longē secus quā Pomponius, Lupiam in Visurgin deferrit ait, ut Lupia nominis, non Neccharis, sed is auuis quem hodie Fuldā uocant, intelligatur. Tacitus (adē in re tantilla uariant scriptores) lib. Augustae historiae, 2. Lupiam uocat amnem, non in Rhenum, sed in Oceanum elapsam.
 Lupia] Lupiaris, Vrbs Calabriae, apud Melā lib. 2. cap. 4. Hoc die uulgo dicitur Lexo, ut scribit Oliuarus in Melam.
 Lupinum] lupini (λεπύριον) & frequentius masculino genere. Lupinus, pen. prod. Genus leguminis, omnium amarissimum. Plin. lib. 18. cap. 14. Lupino est usus proximus, quum sit & homini & quadrupedum generi ungulas habenti communis. Remedium eius, ne metentes fugiat exiliendo, ut ab imbre tollatur. Nec ullius quae seruntur, natura assensu terere mirabilior est. Primum omnium cum sole quotidie circūagitur, horāq; agricolis etiam nubilo demonstrat. Ter praeterea floret, Terram amat, terraq; operiri non uult. Et unum hoc feritur non arata, ubi fuerit maximē fabulosa & sicca, atq; etiam arenosa. Colligitur non uult. Tellurem adeo amat, ut quamuis frutetoso solo coniectum inter folia, ne presq; ad terram tamen radice perueniat. Pinguis cere hoc satū arua, uineasq; diximus. Itaq; non adeo eget simo, ut optimi uicem representet. Horat. 1. epist. 7. 5.
 Nec tamen ignorat quid distent era lupinis. Vide Adagia Erasmi.
 Pallentes lupini. Ouid. de medicamine faciei, 14.
 Triflis lupini fragiles calami. Virg. 1. Georg. 15.
 Lupinus, Adiectiuum a lupus. Vide suo loco.
 Lupus] lupi (λύκος) Notum animal: Graecē λυκος dicitur. Barba lupi. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 9.
 Genus acre luporum. Virg. 3. Georg. 53.
 Incurfus luporum. Virg. 3. Georg. 82.
 Acres lupi. Horat. Epod. 12. 5.
 Asper lupus. Ouid. 11. Metam. 81.
 Auidus. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 16.
 Auius. Virg. 11. Aeneid. 163.
 Canus. Ouid. 7. Metam. 111.
 Ceruarius lupus. Vide Ceruus.
 Cruentus. Stat. 5. Thebaid. 34.
 Frementes lupi circum stabula. Ouid. 5. Metam. 126.
 Fulcus lupus. Ouid. 11. Metam. 155.
 Infestus pecori lupus. Horat. Epod. 15. 2. Ouid. 2. Fast. 160.
 Infatigabiles lupi. Ouid. in l. 1. 35.
 Montani. Ouid. epist. 11. 18.
 Proceri lupi. Horat. 2. Serm. Satyr. 2.
 Rapaces. Horat. Epod. 16. 4.
 Superbi. Valer. 3. Argon. 128.
 Vehemens lupus. Hor. 2. epist. 2. 6.
 Volantes lupi. Virg. 1. Georg. 97.
 Triflis lupus stabulis. Virg. 3. eclog. 16.
 Acuum agni lupos balatibus. Vide Actio.
 Pleno lupus infatigatus ouili. Virg. 9. Aeneid. 12.
 Dente lupus, cornu taurus petit. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 11.
 Lupus est homo homini, nō homo, quum qualis sit, non nouit. Plaut. Aftin. 9. 99. Hoc puerbio monetur, nequid fidamus homini ignoto, sed pinde atq; ad lupo caueamus. Ex Erasmo.
 Ouum lupo commissis. Terent. Eunuch. 5. 1. 16. Coniunctum uerū hoc prouerbio, quoties ei seruandum aliquid committitur, cuius gratia custodem magis oporteat auhiberi. Cic. 3. Philipp. 14. 3. Et enim in concione dixerat se custodem futurum urbis, usq; ad calendā Maias, ad urbem exercitum habiturum. O praclarum custodem ouium, ut ams, lupum. Custodie urbis, an direptor & uexator esset Antonius. Ex Erasmo.
 Lupo agni eripere. Plaut. Poenul. 11. 31. Vtemur hoc prouerbio, ubi

bio, ubi quis frustra conatur prædam recipere, cui semel manus iniecit rapax aliquis. Improbum enim videtur, sperare futurum, ut lupus agnam semel arreptum amittat. Ex Erasmo.

Lupus in fabula et sermone. Terent. Adelph. 4. 1. 21. Dicitur hoc adagium, quum forte fortuna in medio sermone interuenit is, cuius mentio fiebat. Cicer. Attico, libro 13. 288. 2. De Varrone loquebamur. Lupus in fabula: uenit enim ad me, et quidem id temporis, ut retinendus esset. Plaut. Stich. 9. 71. Ex Erasmo.

Lupum dicitur tenere. Terent. Phorm. 3. 2. 21. Dicitur in eos, qui eiusmodi negotio inuoluntur, quod neque relinquere sit integrum, neque tolerari possit. Suetonius in Tiberio, cap. 25. Ex Erasmo.

Lupus te uidere priores. Virg. 9. eelog. 10. In raucum dicitur, et cui uox repente sit adempta. Festus dicitur in eos, qui metu alicuius obitescunt, alioqui feroces. Seruius admonet phycos aulhores dixisse, inesse eam uim lupis, ut si quem hominem priores uiderint, ei uocem adimant. Plin. lib. 8. cap. 2. 2. Sed in Italia quoque creditur luporum uisus esse noxius: uocemque homini quem priores contempserunt, adimere ad præsens. Ex Erasmo.

Lupus (αδελφός) Pifcis. Plin. lib. 32. cap. 2. Minus in prouidentia lupus solentie habet, sed magnum robur in poenitendo. nam ut hæserit in hamo, tumultuoso discorsu laxat uulnera, donec excidant insidie. Luporum laudatissimi, qui appellantur Lanati, à candore, molliuque carnis. Martialis. lib. 13. 89. Laneus Euganei lupus excipit ora Timau. Aequiore dulces cum sale pastus aquas. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 7. Proceri lupi.

Lupi Erant asperimus à lupinis dentibus dicti, quia in æquales sunt: siue quia duritiam habent lupinorum dentium similitem, et propterea morsus eorum asperimus. Dicuntur et Lupati. Vide suo loco. His frenis uebantur Galli. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 7. Tempore paret equus lentis animosus habenis, Et placido duros accipit ore lupos.

Lupus, instrumentum aduicum, quo uasa quæ in puteum forte ceciderunt, extrahuntur. harpax Greco uocabulo, et harpago nominatur. Lilius 8. bel. Pun. 13. in alios lupi superne ferrei inieci, ut in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur.

Lupus, salicæ arbor (βύβου) Ruellius. Herba, cuius meminit Plinius lib. 21. cap. 15. 1. Officinis uulgo Lupulus uocatur, Gallicis buopelon uel hubelon. Caulibus aculeatis longissimisque repleat in uepribus et salicis, folijs nitidis albæ. Hoc frugibus admisso, Germani suam condiunt ceruissiam.

Lupus, Aranei genus. Plin. lib. 11. cap. 2. 4. 1. Luporum nomine minimi non texunt.

Lupa, lupa (λύπα) Plin. de uiribus illust. 1. Paruos in Tiberim abiecit, quos aqua in sicco reliquit. ad uagitum lupa accurrit, eosque huberibus suis aluit. Plin. lib. 8. cap. 17. Inhumana lupa. Propert. lib. 4. eleg. 4. 11. Rapida tradis ouile lupa. Ouid. 3. de Arte, 2. Rara lupa. Horat. 3. Carm. ode 2. 7. 1.

Lupa, pro meretrice. Plaut. Epid. 9. 23. Deuorunt mores uirgini longæ, ac lupæ.

Lupanus, pen. prod. lupanaris, pen. prod. n. gen. (λύπερος, λυπεριος) Locus in quo diuersantur meretrices. Quin. lib. 7. cap. 4. An deprehensus in lupanari cum aliena uxor adulter sit, queritur. Iuuen. Satyr. 6. 13. Intrauit calidum ueteri centone lupanar. Oblitum lupanar. Catul. de Acme, epig. 39. 5.

Lupanarium, lupanarij, idem (λύπεριον) Vlpianus de pe-

tionem hereditatis, Licet à lupanario præcepta sint: nam et in multorum honestorum uirorum prædijs lupanaria exercentur.

Lupor, luparis (λύπερος) Lupari, Scortari, meretricari. Accus. Qui cum meretrice per uitas habitu nostro lupantur. Antiquum.

Lupatus, Adiectiuum: ut, Fræna lupata. Horat. 1. Carminum, Gallica nec lupatis temperet ora frenis. Fræna autem lupata, fræna sunt lupos habentia, et duriora, asperioraque: ut currus falcati dicuntur, qui falces habent: securus dolabrata, quæ habent dolabra, et c. Turnebus.

Lupatum, lupati, pen. prod. (λύπερος) Idem quod Lupus, pro fræno asperimus. Virg. 3. Georg. 4. 2. — presig; negabant Verbera dura pati, et duris parere lupatis. Dicta lupata, ut ait Seruius, à lupinis dentibus, qui in æquales sunt. Vnde et eorum morsus uehementer obest. Fræna lupata. Horat. 1. Carm. ode 8. 2. Dura lupata. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 3.

Lupatus, m. gen. dixit Solinus cap. 57. equum ouaturus insuluit: isque adeo spreuit lupatos, ut de industria cernuatus ruina et se equitem pariter affligeret.

Lupinus, pen. prod. Adiectiuum (λύπερος) Quod pertinet ad lupum. Plin. Massurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradit. Cic. in Catil. 6. 4. Quem inauratum in Capitolio paruum atque laetentem huberibus lupinis inhiantem fuisse meministi.

Galea lupina. Propert. lib. 4. eleg. 11. 4.

Lura luræ, Osculei, siue utris ab antiquis dicta est. Festus.

Lurco lurconis (λύρα) Gulofus, et bonorum suorum consumptor à lura, inquit Festus. Plaut. Persa. 12. 16. Perennis ferre, lurco edax, furax, fugax. Lucil. Edite lurcones, comedones, uiuete uentres. Suet. de claris Grammat. cap. 15. Lustrum et lurconem, et nebulonem, popinionemque appellans, et uita scriptisque monstrum.

Lurco, lurcas, lurcare: et Lurcor, lurcari, Deponens (λύρα) Cum auditate cibum consumere. Pomponius Syris, Luram lurae ab ubens. Lucilius Satyr. 2.

Luridus pen. corr. Adiectiuum (λύρα) Quod est supra modum pallidum, quasi loridum, et toro percussum, limidumque factum. Plaut. Capt. 11. 64. Vident tu illi maculari corpus totum maculis luridis: Horat. 3. Carm. ode 4. 15. Mæretique partus fulmine luridum Missos ad Orcum. Aconita lurida. Ouid. 1. Metam. 30. Vide Aconitum. Luridus color. Plin. lib. 18. cap. 10. 8. Dentis luridi. Horat. 4. Carm. ode 13. 2. Luride sexta. Varro 2. de re Rust. cap. 10. 7. Horror luridus. Ouid. 1. 4. Metam. 39. Lumina lurida. Ouid. 15. Metam. 158. Mors lurida. Silius lib. 13. 113. Pallor luridus. Ouid. 4. Metam. 54. Pelle lurida amicta ossa. Hor. Epod. 17. 5. Lurida sol, Pallidus et nubilus. Plin. epist. 10. 6. e. lib. 6. Sulfura lurida. Ouid. 14. Metam. 158.

Luror, luroris, mascul. gener. (λύρα) Pallor. Lucretius libro 4. 63. — quia luroris de corpore eorum. Semina multa fluunt simulacris obuia rerum.

Luscinius lusciniæ (λύρα) Avis, dicta quod lugens canat. Plin. lib. 10. cap. 29. Luscinijs diebus ac noctibus continuè quindecim garulus sine intermissu cantus, densante se frondium germine, non in nouissimum, digna miratu aue. Priamum, tanta uox tam paruo in corpufculo, tam peritiam spirituum.

spiritus. Deinde in una, perfecta musice scientia modulatus edur sonus: et nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc uariatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur in toto, promittitur reuocato, inficitur ex inopinato: inter dum et secum ipse murmurat, plenus, grauis, acutus, creber, extensus, ubi usum est uibrans, summus, medius, inus. Græci Philomela uocant. Mart. lib. 14. 80. Flet philomela nefas incesti Tereos: et quæ Mæta puella fuit, garrula fertur auis. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 49. Lusciniæ solii impenso prandere coemptas.

Lusciniola, pen. corr. Diminut. (λύρα) Plaut. Bacch. 1. 4. Pol ego quoque metuo, lusciniola ne desinat cantio.

Lusciosus qui et luscitosus, penult. prod. (λύρα) Lusciosus sunt, ut quidam existimant, quos Græci νυκτι λωπας appellant, qui et mane et uespere exiliter admodum uident, nec ferunt nisi inter diu. Festus, Lusciosus sunt qui paruum uident propter uitium oculorum, qui plus uespere uident, quam meridie. Nonius, Lusciosi ad lucernam non uident: et myopes minus uidentes uocantur à Græcis. Plin. lib. 29. Finem quoque gallinaccorum duntaxat rubrum lusciosus illud nondum monstrant. Plaut. Milit. 6. 51. — uerbero, adepol tu quidem Cæcus, non lusciosus.

Luscitio, luscitionis, uitiu uisus, quod Græci νυκτιλωπας, uel νυκτιλωπας dicunt. Vlpianus in Lidem filius. §. item. ff. de Aedil. edicto, idem, ubi homo neque matutino tempore uidet, neque uespertino: quod genus Græci νυκτιλωπας, uocant. Luscitionem quidam putant, ubi homo lumine adhibito nihil uidet. Quodam luscitionem, quidam eluscationem hic legunt. Hinc Lusciosus, qui et luscitosus et luscitiosus, ut ait Budæus.

Luscus luscus (λύρα) Qui altero captus est oculo. Persius Satyr. 1. ad finem, — qui possit dicere luscus. Cic. 2. de Orat. 13. 6. Cæna bo, inquit, apud te huic luscio familiari meo C. Sextio: uni enim locum uideo. Martialis. lib. 9. 53. Dux luscus. Iuuen. Satyr. 10. 16. Intelligit Annibalem.

Lusca, lusca (λύρα) Martialis. lib. 1. 17. 1. Oculo Philenis semper altero plorat: Quo fiat istud, queris modo lusca est.

Lusio Vide Ludo.

Lusitania Lusitania, Pars ulterioris Hispaniæ, quam nunc Portugalliam appellant. Scribit Plin. lib. 3. cap. 1. Lusum Liberi patris ac Lyssam cum eo debacchantem nomen dedisse Lusitanie. Hæc Oceano Occidentali alluitur, in qua est ciuitas Emerita, et Portugallie regnum, Lusitanum litus pollet gemma ceruicibus, quod Indicis præferunt: aduersus uim fulgurum creditur opitulari. Strabo lib. 3. Tagi regio ad Aquilonem spectans, Lusitania est, inter Hispanos gens amplexissima, et annis plurimis Romanorum armis oppugnata. Et paulo post, Lusitanos infidiosos, scrutatores, ueloces, et agiles, uerfatiles esse, fama est. Scutum diuim pedum ad latitudinem gestant, curuum, ad anteriora prospectans, loris dependens, cui neque fibula, neque ansa ulla est. Gladiolus aut pugio lateri adhaeret: plurimi lineos thoraces habent. Vide plura ibidem.

Lusito, Lusor] Vide Ludo.

Lusius, Cocatio, siue, ut quidam, Lyfius, Arcadiæ fluius, quem penes est sepulchrum Aesculapij, Asippi, et Arfinoæ filij: qui primus alicui purgationem, atque dentis auulsionem adinuenisse dicitur.

Lusitæ Lusitæ, Ptolemeo lib. 3. cap. 1. Calabriae urbs: Lusitania Plinio, Vulgo, Lectio Lexo.

Lustrum lustrum (λύρα) Ferarum habitaculum in syluis. A luto: quod sit lutofa lacuna. Virgilius 2. Georg. 95. Non absunt illis saltus ac lustra ferarum. Deserta ferarum lustra. Virg. 3. Aeneid. 130. Deuia lustra. Ouid. 3. Metam. 30. Inuia lustra. Virg. 4. Aeneid. 30. Tetrica lustra. Stat. 9. Theb. 123. Lustrum, Popine et lupanari, ac meretricum diuertula. Seruius, Lupanaria lustra dicimus, ubi habitant lupæ, id est meretrices: dictæ ab obscenitate, et odoris similitudine. Plautus Afsin. 16. 84. Te cuculum uxor ex lustris rapit. Cicer. 2. Phil. 33. Cum omnes impuritates pudica in domo quotidie susciperes, ita no lustrisq; confectus. Idem pro Cælio, 4. 5. In qua lustra, libidines, et c. Mala lustra. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 14. Iacere in lustra. Vide Iacere. Perire lustris. Lucret. lib. 4. 229. Lustrum, quinquennale spectium significat, auctore Festo: quot annos prædia locari olim solebant, ut nunc inter terenos, id est, nouenos. Lustrum enim à luendo dictum est, id est soluendo, ut Varro in placuit: ideo quod quinto quoque anno uectigalia, tributaque, exigebantur. Plinius iutor, Nam priorre lustrum, quantum post magnas remissiones reliqua creuerunt. Lustrum à Latinis uocatur, quod Olympias apud Græcos dicitur, id est, quinquennium: ita tamen, ut quadriennio exacto, quinto quoque anno ineunte, lustrum peractum esse intelligatur. Plinius auunculus lib. 2. cap. 47. 14. Omnium quidem (si libeat obseruare minimos ambitus) redire casum uices quadriennio exacto Eudoxus putat, non uentorum modo, uerum et reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est principium lustrum eius semper intercalari anno, Canticulæ ortu. Vlpian. in l. si quis nec causam. ff. de rebus creditis, Et est colonus post lustrum completum fructus perceperit: cõdici eos constat. Tacitus secundum lustrum appellat, ut secusdam Olympiadem: de ludicio quinquenniali loquens, Romæ illustro. Hæc Budæus. Cic. ad Attic. lib. 6. 113. 8. Populi autem nullo gemitu publicanis, quibus hoc ipso lustrum nihil soluerant, etiam superioris lustrum reddiderunt. Veniet lustris labentibus etas. Virg. 1. Aeneid. 58. Lustrum, Purgatio urbis, quæ in sacrificijs fiebat. Liu. lib. 2. Omnes centurio et equites in campum Martium conuocati, siue, oue, tauro, cæcis immolarunt, quod lustrum est dictum: sicq; à sacrificio illo census obtinuit nomen lustrum. Lustrum, lustras (λύρα) Lustrare, Expiare significat. Virg. 5. eelog. 15. — et cum solennia uota. Reddemus nymphis, et quum lustrabimus agros. Idem 3. Aeneid. 56. Lustramurq; toui, uotisq; incendimus aras. Seruius, Aut lustramur, id est, purgamur, ut toui sacra faciamus: aut certe lustramur toui, id est, expiamur. Viros lustrare. Virg. 6. Aeneid. 46. Lustrare urbem. Plin. lib. 10. cap. 13. Lustror, Pustum (λύρα) Ouid. 13. Metam. 201. — ego lustror ab illis, Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto, Pectora flumibus, iubeor supponere centum. Magico lustrare ritu. Ouid. 10. Metam. 80. Lustrare (λύρα) Circuire, ambire, aut etiam peragrarè. Virgilius 8. Aeneid. 31. — totum lustrabat lumine corpus. Cic. 5. de Finib. 149. Aegyptum lustrant, Sic. 4. Tusc. 67. Aequorq;

Aequora lustrare. Virg. 3. Aeneid. 76.
 Arva lustrare. Pererrare. Virg. 4. Georg. 104.
 Oculis lustrare campos. Lucan. lib. 7. 161.
 Lamma aliena lustrare. Ouid. in Ibin. 23.
 Muros equo lustrat. Virg. 9. Aeneid. 12.
 Sol flammis opera omnia lustrat. Virg. 4. Aeneid. 122.
 Lustrare lampade. Virg. 4. Aeneid. 2.
 Postera, Phoebea lustrabat lampade terras. Vbi Seruius,
 Aut illustrabat aut reuera lustrabat, id est purgabat. nam
 nox quodammodo polluit mundum.
 Lustrare uestigia alicuius. Virg. 2. eclog. 3.
 Lustrare exercitum. Recognoscere, & recensere exercitum. Ca
 sar 8. bell. Gall. 184. Cic. 1. de Divinat. 130. Qui exercitu lu
 strato quum Arcetum versus castra movisset, & contra An
 nibalem legiones duceret, &c.
 Lustrare animo, pro Considerare, reputare. Cic. 1. Off. 82. Idem
 2. de Fin. 181. Sed lustratus animo non has maximas artes,
 quibus qui carebant, inertes a maioribus nominabantur.
 Pericula incerta lustrare. Virg. 9. Aeneid. 20.
 Lustror, lustraris, lustrari, Deponens, in lustris & lupanari
 bus uersari. Plaut. Pseud. 20. 5.
 — nam qui liberos esse ilico
 Se arbitrantur, ex conspectu heri sui se abiderunt,
 Luxuriantur, lustrantur, comedunt. Idem Casina, 6. 31,
 — unde is nihili tibi fuisse tibi
 Lustratus, ubi bibisti
 Lustratus, pen. prod. Participium (ἀγροβελος) Expiatus.
 Corpus lustratum diuino odore. Ouid. 14. Metam. 121.
 Lustratum atq; purgatum Capitolium. Liu. 3. ab Vrbe, 79.
 Lustratus purificatione religionis. Marcial. lib. 8. 1. Memerit
 non nisi religionis purificatione lustratus accedere ad tem
 pla debere.
 Lustralis, & hoc lustrale, pen. prod. (καθάρσιος) Quod ad
 lustrum, hoc est, sacrificium pertinet. Liu. lib. 1. Castra castris
 iungere iubet; sacrificium lustrale in diem posterum parat.
 Aqua lustralis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 15.
 Lustralia exta, veteres dixerunt. praepinguia: eo quod lustra
 lis, id est, quinquennalis bos dicitur esse perfecta etatis.
 Vota lustralia. Valer. 3. Argon. 83.
 Solenne lustrale exercitum. Tacit. lib. 10.
 Lustrificus, pen. corr. Adiectiuum, Idem (καθάρσιος) ut,
 Cantus lustrificus. Valer. 3. Argon. 90.
 Lustricus, pen. corr. Adiectiuum (ἀγροβελος) unde Lustrici
 dies infantium appellantur, puellarum octauus, puerorum
 nonus: quia ijs infantes lustrantur, & nomina eis imponun
 tur. Hec Festus. Macrobius lib. 1. Saturn. Lustricus dies o
 lim appellabatur, quo pueri lustrabantur, & nomen acci
 piebant. Tranquillus in Claudio Casare, Eiusdem futuro in
 felicitatis signum euident die lustrico extiit. Qui eos lu
 strant, uocantur lustratores: & si foeminae sunt, lustratrices.
 Qui uero lustrantur, lustrati nominantur.
 Lustratio, Verbale (καθάρσιος) Circuitio, peragratio. Cic.
 2. Philipp. 70. In eodem uero Tribunatu quum Caesar in Hi
 spaniam proficiscens, huic conculcandam Italiam tradidisset,
 quae fuit eius peragratio itinerum, lustratio municipio
 rum. Sic, 5. Tusc. 115.
 Lustratio (ἀγροβελος) Sacrificium expiationis. Colum. lib. 2.
 cap. 22. 5. Hoc loco certum habeo quosdam, quum solennia
 festorum perconferim, desideraturos lustrationum cetero
 rumq; sacrificiorum, quae pro frugibus sunt, morem prisca
 usurpatum.
 Lustramen, penult. prod. Idem (καθάρσιος) Valer. 6. Argo
 nauit. 102.
 Seminecessq; duces inter sua tela, suosq;

Inter equos, seuam misero lustramine uersant
 Congeriem.
 Lustramentum] Lustramenti, Purgatio facta per ueneficium,
 aut sacrificium, aut incantationem. Marrianus in L. eiusdem,
 D. ad legem Iuliam de fidei. Pigmentarij, inquit, sicuti temere
 cicutam, salamandram, aconitum, ptyo campas, buprestium,
 mandragoram, cantharidas, aut quid lustramenti causa de
 derint: poena teneatur huius legis.
 Lufus] Vide Ludo.
 Lutamentum, Lutarius] Vide Lutum.
 Lutefco] Vide Lutum.
 Lutetia] Λουτρονία, Gallie urbs maxima & nobilissima,
 magnitudine & frequentia certat cum maximis Europae ur
 bibus. Graeci Λουτρονίαν nominant, ab albedine parietum,
 ut quidam contendunt. Lutetia Parisiorum dicta est a Cae
 sare, lib. 6. bel. Gall. 9.
 Luteus] priore producta (καρποδίνος, μείλιον) Adiectiuum:
 ut, Luteus color, qui est diluitor rutilus, qualis est color au
 riuunde luteus dictus uidetur, quasi dilutus. Quidam a luto,
 priore longa, adiectiuum esse existimant. Plin. lib. 21. cap. 8,
 Lutei uideo honorem antiquissimum in nuptialibus flama
 meis totum foeminae concessum. Quidam a luce deducunt,
 Vide Lutum priore longa.
 Luteus frutex, Purpurea uiola. Colum. lib. 9. cap. 13. 6.
 Membrana lutea. Tibul. lib. 3. eleg. 1. 2.
 Palla lutea. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 10.
 Pallor luteus. Horat. Epod. 10. 4.
 Papauer luteum. Catul. in Epithal. Iulie, 5. 6. 39.
 Pellis lutea. Persius Satyr. 3.
 Sulfura lutea. Ouid. 15. Metam. 71.
 Vela lutea, rufaq; & ferruginea. Lucret. lib. 4. 15.
 Lutea uiole, quae Plinium lib. 21. cap. 6.
 Vulcanus luteus, pro igni, siue flamma. Iuuen. Satyr. 10.
 Lutea, Herba. Plin. lib. 33. cap. 5. 2. Ut planè intelligatur nihil
 aliud chryso colla quam uena putris. Natiaa duritia maxime
 distat: luteam uocant. Et tamen illa quoq; herba, quam lutea
 appellant, tingitur. Natura est quae limo, lanæ, ad siccam
 bibendum.
 Luteum out, pro nitello. Plin. lib. 10. cap. 53. In ouo certa est
 gutta, ea salit, palpitatq; ipsum animal ex albo liquare omi
 corporatur. Cibis eius in luteo est. De pullis, sic libro 23.
 capite 7. 3.
 Luteus priore correpta, a luto. Vide Lutum priore corr.
 Luteolus, pen. corr. Diminuti adiect. (ὀλιγόλιθος) Colum.
 lib. 9. cap. 4. 4. At in hortensi lira confita nitent candida li
 lia, nec his sordidiora, leucoia, tum punicea rose, luteolaq;
 & sarrana uiola.
 Caltha luteola. Virg. 2. eclog. 10.
 Luto] lutas. Vide Lutum, priore correpta.
 Lutra] lutra (ὀλιγόλιθος) Animal amphibium, hoc est, tum in a
 qua, tum etiam in terra degens, castori simile, nisi cauda dif
 ferret: dictum quod se frequenter in aquis lutei, id est, diluat.
 Plin. lib. 8. cap. 30. Cauda piscium ijs: cetera species lutrae.
 Virumq; aquaticum: utriq; mollior pluma pilus. Idem libro
 32. capite 11. 3.
 Lutum] luti, priore correpta (καρποδίνος) Terra humore soluta,
 inquit Festus: ἀδύρα. Iuuen. Satyr. 6. 2,
 Compositiq; luto nullos habuere parentes.
 Amica luto sus. Horat. 1. epist. 2. 6.
 Recentis luto spargere iumenta. Iuuen. Satyr. 7.
 Vdum & molle lutum. Persius Satyr. 3. 3.
 Imbre lutoq; asper sus. Horat. 2. epist. 11. 3.
 Pocula composuit de facili luto. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 8.
 Concinnare lutum. Vide Concinnio.

Demersus

Demersus in luto. Cic. 4. Verr. 138.
 Fistula ex argilla & luto homulus. Cicero in Pisonem, 4. 6.
 Volutatus in luto totius corporis uestigijs Verres. Cicero 6.
 Verrin. 47.
 In medio luto esse. Plaut. Pseud. 15. 27. id est, implicari negotio,
 aut in periculo esse.
 In eodem luto hestare: id est, sic implicari cuiquam negotio, ut
 se quisquam nequeat extricare. Terent. Phorm. 5. 2. 15. A
 uiatoribus translatus, qui simulatq; in lutum inciderint,
 quum alterum pedem conantur educere, altero alius immer
 guntur. Rursus ut hunc extrahant, alter quem eduxerant,
 denud est infingendus. Ex Erasmo. Vide Hareo.
 Lutum per translationem uocat lenonem Plaut. in Persa, 12. 10.
 Postum te facere ut argentum accipias, lutum.
 Lutum & fordes. Cic. in Pisonem, 49.
 Lutum paleatum. Vide Paleatus, in Palca.
 Lutus, masculini generis apud antiquos, referete Nonio. Claud.
 Amil. lib. 4. 3. Pluua, imbri lutus erat nullus.
 Luteus, prima correpta, Adiectiuum (καρποδίνος) Ex luto fa
 ctum: ut Luteus paries, Vasa lutea. Cic. 6. Verr. 28. Tum il
 los ceppij praetori diceret, putasse se id quod audissent, ali
 cuius precij scyphos esse Pamphil, luteam negotium esse, no
 dignum quod in suo argento Verres haberet.
 Caput luteum Rheini. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 8.
 Luteus homo, Contemptus, nulliusq; precij. Plaut. Poen. 14. 4.
 Lutea meretrix. Plaut. Trucul. 18. 1.
 Negotium luteum. Cic. 6. Verr. 28.
 Opus luteum. Ouid. 1. Fasti. 32.
 Luteus panis. Plaut. Men. ab. 20. 19.
 Lutosus, pen. prod. Adiect. (καρποδίνος) Luto plenum. Plinius
 lib. 18. cap. 19. 2. Lutosam terram ne tangito. Colum. lib. 2.
 cap. 4. 3. Obscrabimus, ne lutosus ager tractetur.
 Lutosi rapa, Quorum radix luto est infecta. Columella libro
 12. cap. 5. 4. 1.
 Lutens, & hoc lutense, Luto nutritum. Plin. lib. 9. cap. 37.
 1. Purpureae nomine alio pelagiae uocantur. Earum genera
 plura, pabulo ut solo discreta. Lutense putrilimo, & algen
 se enutritum alga uilissimum.
 Luto, lutas (καρποδίνος) lutare, Luto inficere, siue oblinere. Cato
 de re Rust. cap. 9. 2. Eo granarium totum oblinito crasso lu
 to, postea conspergito amurea bene omne quod lutaueris.
 Lutare, maculare. Marcial. lib. 14. 5. 5.
 Ne lutei immundum nitidos ceroma capillos:
 Hac poteris madidas condere pelle comas.
 Lutefco, lutefcis (καρποδίνος) lutefcere, Lutum fieri, & in lute
 am duritiem concrefcere. Ennius,
 Sanguine diluitur tellus, caua terra lutefcit. Colum. lib.
 8. cap. 17. 8.
 Lutamentum, lutamenti (καρποδίνος) Opus luto oblitum, ut
 ait Budaeus. Cato de re Rust. cap. 12. 8. Ita neq; aspergo no
 cebit, neq; trures caua facient, neq; herba nascetur, neq; lu
 tamenta scindent se.
 Lutulentus, Adiectiuum (καρποδίνος) Plenum luto. Plautus
 Bacchid. 6. 17,
 Ut eum ex lutulento caeno properè hinc eliciat foras. Co
 lum. lib. de Arboribus, cap. 12. Lutulentam terram neq; ar
 rare, neq; fodere oportet.
 Lutulentus sus. Cic. in Salust. 1. Itaq; nihil aliud fudet, nisi ut lu
 tulentus sus cum quouis uolutari. Sic idem in Pisonem, 20,
 At ne tum quidem emerfisti lutulente Caeso ex miserrimis na
 ture tuae foratibus. Et in Oratione pro Rosce. Comcedo, 12,
 Lutulenta persona.
 Annis lutulentus. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 19.

Palma lutulenta. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 17.
 Fluit lutulentus. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 3. de Lucilio.
 Lutarius, Adiect. (καρποδίνος) Quod in luto degit. Plin. lib.
 32. cap. 4. 1. Sunt ergo testudinum genera terrestres, mari
 nae, lutaria, quae in dulci aqua uiuunt.
 Lutarius nullus, Pifcis Plinio, lib. 9. cap. 17. 5.
 Lutum] luti, priore longa, herbam esse crediderim, quam Plin
 ius lib. 33. cap. 5. herbam luteam uocat, & qua chryso colla
 lam tingi ait. Sunt qui luteum cum aspiratione, nomen esse
 putent coloris apud Graecos. Virg. 4. eclog. 9,
 Ipse sed in pratis aries iam sua uerubens
 Murice, iam croceo mutabit ueller a luto. Tibull. lib. 1.
 eleg. 8. 11. Ab hoc luto adiectiuum est Luteus, quod colorem
 luti refert. & Luteolus, diminutiuum: de quibus supra.
 Lux] lucis, foem. gen. (φῶς, φέω, λαός, λαός) Proprie signifi
 cat claritatem siue splendorem.
 Egens lucis aer. Ouid. 1. Metam. 4.
 Egenus lucis Tartarus. Lucret. lib. 3. 206.
 Diu lux. Lucret. lib. 4. 17.
 Corusca lux. Silius lib. 13. 129.
 Diurna lux. Lucret. lib. 6. 171.
 Larga lux. Vide Largus.
 Maligna lux. Vide Malus.
 Praeclara lux. Lucret. lib. 2. 207.
 Publica lux mundi Phaeus. Ouid. 2. Metam. 7.
 Pura lux. Virg. 2. Aeneid. 118.
 Rosea lux. Stat. 3. Sylu. 1. 27.
 Siderea lux. Ouid. 3. Metam. 34.
 Vaga lux. Valer. 3. Argon. 112.
 Admittere lucem in thalamos totis finesis. Ouidius 3. de
 Arte, 16.
 Albescit primum lux. Virg. 4. Aeneid. 117.
 Conuescit omnia perfundens sua luce Sol. Lucret. lib. 2. 30.
 Multa cum luce cucurrit stella. Virg. 2. Aeneid. 139.
 Claram dispergere lumine lucem. Claud. 1. de rapto Proserp. 2.
 Dant clara incendia lucem erranti. Virg. 2. Aeneid. 114.
 Tristem lucem sante per auras. Seneca Medea, 10. 11.
 Tenebrae & lux aeterno tempore signantur. Lucret. lib. 5. 196.
 Haurire lucem. Virg. 2. Georg. 68.
 Oborta lux. Vide Obortio.
 Purpurea luce resuscit humus. Ouid. 6. Fast. 51.
 Subducta lux repente. Silius lib. 8. 126.
 Subducta luce calum fretumq; miscet. Senec. Agamem. 6. 17.
 Luce clarius. Cicero. 4. Verr. 135. Erit uobis luce clarius iudices,
 quum eos ipsos produxero qui dederunt.
 Lucet, in plurali. Cic. in Arato, 12,
 Ille quae fulgent lucet ex ore corusco. Pro stellis.
 Lux, pro die. Gell. lib. 2. cap. 29. Alia luce orta aut in passum
 profecta est. Marcial. lib. 8. 20,
 Quum factas uersus nulla non luce ducentos,
 Luce uicelima, pro Vicesimo die. Plin. lib. 2. cap. 9. 3. Cicer. pro
 Milone, 75. Centesima lux est haec ab interitu P. Clodij, &
 opinor ultra, &c.
 Multis ante lucibus: id est, multis diebus ante. Ouidius 2. de
 Ponto, 1. 5.
 Acerba lux. Senec. Herc. Oeth. 10. 11. 1.
 Breuis lux. Catul. ad Lesbiam, epig. 5. 1.
 Exacta lux, exactus dies. Stat. 2. Sylu. 2. 10.
 Festa luce. Horat. 4. Carm. ode 6. 9.
 Hesternae lux. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 1.
 Hodierna lux. Ouid. epist. 9. 34.
 Honorata lux. Claud. 3. Paneg. 16.
 Ignata lux. Iuuen. Satyr. 14. 11. de Mose,

sed pater

Sed pater in causa, cui septima quæq; fuit lux
Ignava, & partem vitæ non attigit illam. Sabbathum
intelligit.
Lux longior toto anno. Virg. 7. eclog. 9.
Natalis lux. Ouid. in Ibin. 4. 4.
Oriens lux. Catul. Argon. 59. 7. 5.
Patens lux. Ouid. 2. de Arte. 12. 5.
Petræa lux. Ouid. epist. 20. 17.
Profusa lux. Horat. 4. Carm. ode 15. 5.
Prona lux in astris est, dies uergens ad noctem, in qua lucent
astra. Senec. Agamem. 5. 14.
Renata lux. Seneca Herc. furen. 2. 1.
Sacra lux. Stat. 1. Achill. 58.
Serena lux. Virg. 5. Aeneid. 21.
Ab ortu lucis ad umbram. Hor. 2. epist. 2. 37.
Viridans lux flumij. Vide Viridans in Viridis.
Nox lucem tenebris abstulit. Lucan. lib. 8. 12.
Nox condit alma lucem. Seneca Medea. 11. 6.
Pars optima lucis data est mensæ. Ouid. 7. Metam. 135.
Dormire in lucem. Horat. 1. epist. 19. 7.
Perditur lux: id est, amittitur dies sine commodo. Horatius 2.
Serm. Satyr. 6. 12.
Inimica lux propinquat. Virg. 9. Aeneid. 72.
Aurora reducet lucem. Ouid. 3. Metam. 30.
Luce lucebit. Plautina locutio in Curcul. 4. 2.
Luce & palam. Cic. in Pisonem. 17. Etenim illa iam omitto, quæ
seruorum delectus haberetur in foro, arma in templo Casto-
ris luce & palam comportarentur. Idem 3. Offic. 12. 5. Lu-
ce palam in foro saltet.
Luce incurfare in hostem. Liuius 8. ab Vrbe. 19. 4.
Luce clara. Plaut. Aulul. 30. 18.
Multa luce reuocet hostes. Tacit. lib. 21.
Luce sint pacis: id est, interdiu. Ouid. 1. Metam. 127.
Lux, quæ non dicitur dicitur: dicitur enim ueteres Græci ap-
pellabant primam lucem, quæ præcedit solis exortum: quod
& summum mane dicitur.
Luce prima. Terent. Adelph. 5. 3. 55.
Ceterum riuus cum filio cum prima luce ibo hinc. Dona-
tus legit, Cum primo luci, dicens, Cum primo luci ueteres
dicebant, lucem pro luce, pro sole ponentes. Ergo cum pri-
mo luci, quum primum Sol cooperit lucefcere. Liui. 1. ab Vr-
be. 19. 2. Vi omnes ciues Romani, equites, peditesq; in suis
quisq; centurijs in campo Martio prima luce adessent.
Prima luce. Sabinus ante quam hostilia ceptarent, &c. Tacia-
tus libro 21.
A' prima luce. Cesar. 1. bell. Ciuil. 308. Idem postero die à pri-
ma luce faciunt.
Leniter illustrans lux. Vide Lenis.
In lucem bibere, cocnare. Vide In præpositionem.
Ad lucem pugnare. Vide Ad præpositionem.
Ante lucem. Vide Ante præpositionem.
Obscurum cepte lucis. Tacit. lib. 20.
Cæpta luce, missa in latera regiones. Tacit. lib. 1. Idem lib. 15.
Dubia lucis crepuscula. Ouid. 11. Metam. 120.
Seram pepulere crepuscula lucem. Ouid. 15. Metam. 131.
Aestiuâ lux. Virg. 4. Georg. 11.
Brumalis lux, Tempus hybernium. Ouid. 1. Trist. eleg. 10. 8.
Indifereta lux. Vide Indiscretus.
Lux, pro Vita. Cicero. 2. Tusc. 14. Est enim mihi conscius sum,
nunquam me nimis cupidum fuisse uitæ: tamen obijcieba-
tur interdum animo metus quidam, & dolor cogitanti, fo-
re aliquando sinem huius lucis, & amissionem omnium ui-
tæ commodorum.
Lucis rudimentum. Plinius libro 7. in Præfat. 3.

L V X
Cupiditas lucis. Quint. libro 3. capite 8. 31.
Animus contemptor lucis. Virg. 9. Aeneid. 42.
Abrumpere inuisam lucem. Vide Abrumpo.
Inuisa lucis moras abrumpere esse. Senec. Troad. 10. 16.
Aspicere lucem. Vide Aspicio.
Carere luce. Vide Careo.
Corpora luce carentum: id est, mortuorum. Virg. 4. Georg. 51.
Dilecta magis luce. Virg. 4. Aeneid. 7.
Lucis usuram dare alicui. Sinere eum uiuere. Cic. 7. Verr. 61.
In lucem editi gnatii. Senec. Oedip. 12. 5.
Communi luce frui. Claud. 2. de raptu Proserp. 53.
Optata luce frui. Virg. 4. Aeneid. 12. 4.
Orbare se luce. Cic. 3. Tusc. 4. 5.
Piget lucis, Tædet uitæ. Virg. 5. Aeneid. 136.
Relinquere lucem. Virg. 4. Aeneid. 91.
Lux mea, blandimentum. Cicer. Terent. lib. 14. 2. 6. Hæmæda
lux, meum desiderium.
Lux, pro oculis. Stat. 11. Theb. 117.
— & effosse squalent uestigia lucis.
Adempta lux. Vide Adimo.
Adempta lucis damnum: id est, cæcitas. Ouid. 14. Metam. 40.
Lux, pro Publico: quoniam omnes in luce degunt. Cicer. de Sen-
nect. 11. Nec uerò ille in luce modo, atq; in oculis ciuium ma-
gnæ, sed intus domiq; præstantior.
Forensis lux. Cic. de clar. Oratorib. 15.
Lux doctrinarum altera Cicero. Plin. lib. 17. cap. 5. 4.
Lux pro nitore: ut, Viridi cum luce smaragdi. Lucr. lib. 4. 227.
Athena luce coruscus. Virg. 2. Aeneid. 9. 4.
Lucus] masculino genere dixerunt ueteres, teste Donato, pro
lux, siue luce. Vnde apud Plautum & Terentium sepius le-
gitur luci, in ablatiuo.
Cum luci simul abij hinc mane. Plaut. Merc. 5. 31.
Cum primo luci. Plaut. Cistell. 5. 49. Sic, apud Terentium A-
delph. 5. 3. 56. Cum primo luci, ut legit Donatus. Vide pau-
lo a t. Luce prima.
Luci, aduerbium (μὲν ἡμέρας) id est die, siue mane. Plau-
tus Casin. 19. 7.
Sed properate istum atq; istam actutum emittere.
Tandem ut uentamus luci. Cic. 12. Philipp. 337. Quis es
nim audeat luci, quis in militari uia, quis bene comitatum,
quis illustrem aggredi.
Luculentus, Adiect. Plenum luce, splendens, perspicuum, or-
natum, elegans, pulchrum. A' luce enim dicitur, testibus Fe-
sto & Nonio. Significat aliquando magnum, teste Valla.
Ambulacrum luculentum. Plaut. Mostell. 10. 33. Cic. ad Treba-
tium, lib. 7. 10. 3. Camino luculento utendum.
Author luculentus. Cic. ad Atticum, lib. 10. 20. 4. 3.
Conditio luculenta, Optima, uel optima. Plaut. Milit. 13. 6.
Dies luculentus. Plaut. Epid. 8. 5.
Diuitie luculente. Plaut. Rud. 3. 0. 32.
Facinus luculentum, Insigne. Plaut. Menæh. 4. 30.
Familia luculenta. Plaut. Cistell. 7. 19.
Fœmina luculenta atq; festiua. Plaut. Milit. 13. 12.
Forma luculenta. Terent. Heaut. 3. 2. 12.
Hereditas luculenta atq; magna. Plaut. Truc. 7. 16.
Homo luculentus. Plaut. Capt. 6. 76.
Materia luculenta. Plin. epist. 11. 2. 4. Recitabat καταφύλακον
eruditam sanè luculentamq; materiam.
Oratio luculenta, Aperta, uel etiam optima. Salust.
Plaga luculenta. Cic. 7. Philipp. 228. id est, magna.
Scriptor luculentus, Probatum, optimum. Cic. Att. lib. 7. 135. 4.
Luculentè, aduerbium (ἀλαφάρως) Clarè, splendide.
Dicere luculentè. Cic. 1. de Diuim. 213.
Scrivere luculentè, Apertè. Cic. de claris Orat. 37.

Vender

L V X
Vendere luculentè. Plaut. Merc. 7. 83.
Luculenter, aduerbium, idem. Cic. 3. Off. 79. Hoc quidem
sanè luculenter, ut ab homine perito desinenti. Idem 2. de
Finib. 2. 5. Quum Græcè, ut uideo, luculenter sciam.
Luculentus, pen. corr. (ὀδύραρος) antiquè dictū. Cæci-
lius Hymnide, Vide luculentiū eius & magnificentiā. Labe-
rius Tuccæ, Dominus noster tua luculentiū captus. Nonius.
Lucos, lucet (παύω, σιλαγέω, σεραλέω, ἀμαρβωω) lucere:
& sepius Lucet, impersonaliter, Splendere, lucem emittere.
Cic. pro Ros. Amer. 59. Occisus est à caena rediens: nōdum
lucibat, quum Amerie scitum est. Sic 7. Verr. 74. Luce-
bat iam fræ.
Lucere facem alicui, pro Ante faciem lucem ferre: id est, alicui
præferre lumen. Plaut. Casin. 3. 28. Idem Curcul. 2. 9.
Tute tibi puer es, lautus, lucet cereum.
Lucere luce aliena, dicitur luna, quod à sole lumen suum mutuè
tur. Cic. in Somnio Scip. 13.
Focus lucet igne. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 2.
Oculi lucet. Ouid. 1. Metam. 49.
Lucet officia alicuius. Cic. Attico, lib. 3. 55. 6.
Lucet, ut, uel ἐλαγίνται, lucefcere, Lucem fieri. Liui. 4. ab
Vrbe. 12. 0. Et iam lucefcibat, omniaq; sub oculis erant. Terent.
Heaut. 3. 1. 5.
Lucet: hoc iam cesso pulcare ostium Vicini?
Lucens, Participium (φαιρός) Splendens, conspicius. Vir-
gil. 6. Aeneid. 14. 5.
Lucentemq; globum lunæ.
Fæces lucentes. Ouid. 3. Fast. 5. 4.
Lympha lucentes. Ouid. 4. Metam. 60.
Marmora lucentia. Stat. 1. Syl. 3. 8.
Tunica lucentes auro. Stat. 9. Theb. 139.
Lucidus, penul. corr. Adiectiuum (φωτεινός) Clarum, perspi-
cuum, ut: Lucida nox. Plin. lib. 2. cap. 79. 1.
Candens lucidus aer. Lucret. lib. 4. 64.
Domus lucidior. Ouid. 1. Fast. 19.
Gemma lucida. Ouid. epist. 21. 15.
Ordo lucidus. Horat. de Arte. 9.
Saxa lucida. Stat. 3. Syl. 3. 40.
Sedes lucide, Sedes deorum. Horat. 3. Carm. ode 3. 7.
Sidera lucida. Horat. 1. Carm. ode 3. 1.
Oculi fugentes lucidum. Horat. 2. Carm. ode 12. 3.
Lucifer, pen. corr. luciferi, m. g. (φωσφόρος) Stella Veneris,
quum ante graditur Solem: quum uerò subsequitur, appella-
tur Hesperus: teste Cic. lib. 2. de Nat. deor. 77. ibidem, 99.
Lucifera Diana dicitur.
Sidus Luciferi. Virg. 2. Georg. 65.
Nitens Lucifer. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 19.
Obscurus Lucifer illa nocte fuit. Ouid. 11. Metam. 115.
Renouatus Lucifer. Silius lib. 7. 129.
Vndecimus Lucifer stellarum coegerat agmen. Ouid. 11. Me-
ta. 20.
Ducit diem Lucifer. Virg. 2. Aeneid. 161.
Clarus Lucifer albo exit equo. Ouid. 15. Metam. 38.
Vigil Lucifer exit aquis Eois. Ouid. 6. Fast. 93.
Tertius aurorum pulsabat Lucifer. Stat. 12. Theb. 10.
Releges diè, noctisq; fugans tēpora Lucifer. Ouid. 8. Metā. 1.
Luciferi. Ouid. 3. Fast. 17. 6.
Luciferus, pen. corr. Adiectiuum (φωταγωγός) ut
Diana Lucifera. Valer. 7. Argon. 37.
Equi Luciferi. Ouid. epist. 11. 10.
Pueri Luciferi. Ouid. 3. Fast. 15. 5.
Lucifugus, pen. corr. Adiectiuum, Qui fugit lucem. Cicer. 1.
de Fin. 91. Ecce autè alij minuti & angusti, aut omnia sem-
per desperantes, aut maleuoli, inuidi, diffidentes, lucifugi, ma-
ledici, monstrofi.
Theauri pars 2.

L V X
Blatte lucifuge. Virg. 4. Georg. 49.
Lucerna, lucerna (λύχνος) Notum instrumentum. Cic. 4.
Acad. 1. 41. Itaq; Timagoras Epicureus negat sibi unquam
quum oculum torisset, duas ex luceræ formulas esse uisas.
Cubicularis lucerna. Vide Cubile.
Matutina lucerna. Iuuen. Satyr. 12. 10.
Lucerna simplex, hoc est, unā tantum partē exporctā habēs,
& uno elychnio contenta, quæ cubicularia dicitur: de qua
Mart. lib. 14. 38. aut dimyxos, ad duo elychnia ferenda:
aut trimyxos, ad tria: aut polymyxos, ad plura. Idē lib. 14.
illustrem quum tota meis conuiuia flammis, (41)
Totiq; geram myxos, una lucerna uocor.
Vigiles lucernæ. Horat. 3. Carm. ode 8. 3.
Vive lucernæ. Horat. 3. Carm. ode 21. 5.
Lucerna eadem scripti. Cic. ad Atticum, lib. 8. 14. 6. 8. id est,
eodem tempore. Idem lib. 7. 12. 7. 9. Facerem diuuis, nisi
me lucerna desereret.
Luxo] luxas (λύσσω) luxare, à Luo, luis: significat Solue-
re, suo loco mouere. Plin. lib. 17. cap. 2. 4. 11. Aut circumsos-
for iniurius isu uerberauit. Vel etiam subarator impru-
dens luxauit radices:
Luxata, ἐξερθημενα, ἐρέμωτα, dicuntur, inquit Festus,
locis suis mota & soluta. Plin. lib. 17. cap. 28. 7. Cōtra luxa-
ta membra iungenda harundinum fistula. Cato cap. 157.
4. Et luxatum siquod est, bis die calida fuito.
Luxus] huius luxus, m. sc. gen. (πολυτέλεια) Superfluitas, &
nimia profusio: sumptuosior cibi, uestitus, & aliarum rerū
citra. Cic. 5. Verr. 51. Nisi fortè existimatis, cum in uino ac
luxu non rississe, qui, &c. Terent. Adelph. 4. 7. 42.
Domus sumptuosa, adolescens luxu perditus.
Diffusor honesti luxus. Claud. 3. de raptu Proserp. 6.
Populator opum luxus. Claud. 1. in Rufin. 7.
Famofus luxus Tarenti. Claud. 8. Paneg. 32.
Pudendus luxus. Tacit. lib. 3.
Regali luxu splendida domus. Virg. 1. Aeneid. 129.
Regifico luxu parate epule. Virg. 6. Aeneid. 121.
Pocula ducere multo luxu. Propert. lib. 2. eleg. 10. 5.
Effusus in luxum. Tacit. lib. 20.
Explicare suos luxus. Lucan. lib. 10. 22.
Fouere hyemem luxu. Virg. 4. Aeneid. 39.
Solutus luxu. Quint. lib. 3. cap. 8. 19.
Luxuria, luxuria, idem (λαγνεία, ἀσωτία) Cic. lib. 1. Offic.
149. Intelligimus quàm sit turpe, de fluere luxuria, delicatè
ac mollitè uiuere. Idē pro L. Murena 69. Odit pop. Rom.
priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit.
Luxuria (inquit Festus) morum est solutio.
Instrumenta luxurie. Qui. 5. Fast. 56. intelligit aurū & argētū,
Conuicia luxurie. Quint. lib. 4. cap. 2. 20.
Pestis blanda, luxuria. Senec. Octau. 7. 11.
Misera luxuria. Propert. lib. 1. eleg. 2. 7.
Soters luxuria. Pers. Satyr. 5. 15.
Cepit præfectos luxuria. Vide Capio.
Circumscribere luxuriam utilitate. Vide Circumscribo.
Via facta est luxurie. Propert. lib. 3. eleg. 13. 1.
Indulgere luxuria. Vide Indulgeo.
Luxuria foliorum. Virg. 1. Georg. 39.
Luxuria humoris. Plin. lib. 9. cap. 2. 1.
Luxuries, luxuriei, scem. gen. idem (ἀκολασία) Cicer. pro
Cælio, 21. Et pro Ros. Amer. 45. in urbe luxuriet, creatur,
ex luxuria existat auaritia necesse est.
Perferre luxuriam alicuius. Vide Perfero.
Prædulce malum luxuries. Claud. 2. Paneg. 27.
Luxuries segetum, quum Plin. lib. 18. cap. 17. 10. inter uittā
fugum ponit: id est, redundantia germinis: nempe quando
seminis

femina abundantia ipsas segetes suffocat. Cic. 2. de Or. 54.
 Quod si hic noster Sulpitius faceret, multo eius oratio esset
 preslor in qua nunc interdum, ut in herbis rusticis solent di
 cere, in summa hupertate inest luxuries quedam, que stylo
 dep. scenda est. id est, scribendi frequentia, et assidua medi
 tatione reprimenda illa naturalis hupertas, que interdum
 redundat. Virg. 1. Georg. 23.
 Luxuriosus, pen. prod. Adiectiuum (λυυριος, & λυυριος) In
 re familiaris solutus, inquit Festus. Cic. 2. de Fin. 35. Si ea que
 sunt luxuriosis efficitia uoluptatum, liberarent eos deorum
 et mortis et doloris metu, &c.
 Luxuriosus in. Cic. pro lege Agr. 54. Vi in suis rebus, ita in
 Rep. luxuriosus nepos, qui prius sylvas uedat, quam uineas.
 Amor luxuriosus. Ouid. 2. de Remed. amor. 70.
 Cultus luxuriosus, Delicatus et mollis. Quint. lib. 8. in Proem.
 Frumenta luxuriosa, Que conferunt et copiose nimis proue
 niunt, ita ut inmitti in ea soleant oues ad depascendum. Cic.
 in Orat. 45.
 Lætitia luxuriosa, Nimia, et profusior quam par est. Linus. 2.
 ab Vrbe, 90.
 Pabula luxuriosa, Que maximam herbarum copiam adferunt.
 Plin. lib. 17. cap. 4. 3.
 Seges luxuriosa. Ouid. 1. Fast. 138.
 Vitis luxuriosa. Colum. lib. 5. cap. 6. 29. Pleriq; uitem ualidam
 et luxuriosam falso crediderunt feraciorē fieri.
 Luxuriosior. Plin. lib. 17. cap. 3. 3. Alterum genus luxuriosius.
 Luxuriosus, pen. prod. Aduer. (λυυριος) ut Luxuriosus uiue
 re hoc est, Molliter et delicatē. Cic. pro Cælio, 9.
 Luxurio, luxuriosus, luxuriare, uel Luxurior, luxuriaris (λυυ
 ριος, & λυυριος, & λυυριος) luxuriari, Depo
 nens utrunq; significat Superabundare, profundere, et la
 sciuire. Liu. 1. ab Vrbe, 79. Postis externorum periculorū
 curis ne luxuriarent ocio animi, quos metus hostium, disci
 plinaq; militaris continerat. Plaut. Pseud. 205.
 Luxuriantur, lustrantur, comedunt.
 Delicijs luxuriare. Ouid. epist. 15. 38.
 Luxuriat liber umbilicis. Mart. lib. 3. 2.
 Luxuriari uarijs colorum picturis. Plin. lib. 16. cap. 25. 2.
 Luxuriat animi rebus plerunq; secūdis. Ouid. 2. de Arte, 88.
 Animi luxuriat iuuentibus annis. Ouid. 5. Fast. 55.
 Mens luxuriat. Ouid. 1. de Arte, 73.
 Membra luxuriat. Ouid. 7. Metam. 59.
 Pecus luxuriat in pratis. Ouid. 1. Fast. 32.
 Luxuriantur arbores, quum abundantius ramos emittunt, siue
 producant. Col. de Arb. cap. 11. Cacumina uirgarum ne lu
 xurientur demutilato.
 Ager assidua luxuriabat aqua. Ouid. 4. Fast. 129.
 Hamus luxuriat. Ouid. epist. 1. 11.
 Luxurians, Participium (λυυριος) ut,
 Compefcere luxuriantia. Horat. 2. epist. 2. 25.
 Luxuriatus, pen. prod. Aliud partic. (λυυριος) Oui
 dius 5. Trist. eleg. 1. 9.
 Non tamen, ut iustit, rursus mea littera iudet
 Sit semel illa meo luxuriata ioco.
 Fames luxuriata multo sanguine. Stat. 2. Thebaid. 136.

L Y

Lycæus] λυυειος, dicitur Bacchus, ut grammaticis placet, & α
 λυυειος, id est, soluere, quod curas soluat, atq; discutiāt.
 Pater Lycæus. Virg. 4. Aeneid. 12.
 Annosus Lycæus. Vinum uetus. Tibull. lib. 3. eleg. 2. 4.
 Pubescentem Lycæum: id est, uinas maturefcetes, dixit Statius
 2. Sylu. 2.
 Corniger Lycæus. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 4.
 Vda Lycæo tempora. Horat. 1. Carm. ode 7. 5.

Dulci Lycæo curam soluere. Horat. Epod. 9. 8.
 Lurgi flumina Lycæi. Stat. 1. Sylu. 6. 19.
 Iocoso Lycæo cōsiliū arcantiu reterege. Horat. 3. Car. ode 21. 4.
 Succus Lycæi. Sil. lib. 7. 34.
 Lycæus Adiect. (λυυειος) pro Lycæus, figuratē ut, Latex Lycæ
 us, id est, uinum. Vir. 1. Aeneid. 139.
 Lycæus] Vide Lycæus.
 Lycambes] λυυαμβες, uir Thebanus, quem Archilochus
 poeta iambis ad suspēdium adēgit: de quo uide in dictione
 Archilochus.
 Infidus Lycambes. Horat. Epod. 6. 3. Idem de Lycambe, lib. 1.
 epist. 20. 25.
 Lycambeus, pen. prod. adiect. (λυυαμβες) Ouid. in Ibin,
 11. — in te mihi liber iambus
 Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.
 Lycæon] pen. prod. huius Lycæonis, pen. corr. (λυυαων) Ti
 tani ac Terræ filius, Arcadiæ rex, qui, ut in fabulis fertur, a
 ioue in lupum conuersus fuit, quod iouem hospitem necare
 moliretur. Seruius enarrans locum Virgilij 1. Georg. 28.
 Nautia tum stellis numeros, &c. Vide Ouid. 1. Metam.
 Notus fritate Lycæon. Ouid. 1. Metam. 40.
 Arcæ fontes Lycæonis. Stat. 11. Thebaid. 26.
 Lycæonius, pen. corr. Adiect. (λυυαωνιος) ut,
 Axis Lycæonius, Septentrionalis. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 1.
 Astræ Lycæonia. Claud. 8. Paneg. 60.
 Calisto Lycæonia. Catull. de coma Berenicis, epigr. 61. 14.
 Mense Lycæonia scæda conuiuia. Ouid. 1. Metam. 34.
 Lycæonius, pen. corr. Adiect. (λυυαωνιος) Idem quod Lycæo
 nius. Ouid. 2. Fast. 35.
 Cui dea, Virgineos periura Lycæona coetus Desere.
 Lycæones] λυυαωνες, populi sunt Asiæ, Phrygijs et Gal
 logrecis, quos Gallatas nominari ante scripsimus, uicini.
 Author Pomp. Mela lib. 1. Sunt et Lycæones, ut ait Soli
 nus, lupi ceruice iubati, et tot modis uarij, ut nullum eis
 abesse colorem dicant. Plin. lib. 8. cap. 34. in Indis lycæones
 esse scribit. Pomponius libro 3. de Aethiopia scribens, Sunt
 et scæuisime fræ omni colore uarij lycæones, et quales
 accepimus sphingas.
 Lycæonia] λυυαωνια] ipsa Asiæ regio, à qua Lycæones, que
 medium quodammo do locum et arcem occupat. Sunt qui
 scribant Lycæoniam esse partem Arcadiæ cognominatam.
 Lycaste] Priami filia fuit pulchritudine insignis adeo, ut ca
 ptus ex ea Polydamas Antenoris et Theano sororis Hecubæ
 filius, illa ex cōcubina suscepta sumeret in uxore. Bocat
 ius. Fuit et alia Lycaste, que ob pulchritudinem Ve
 nus uocabatur.
 Lycastos] Vrbs Crete, sic à luporū multitudine dicta, que ibi
 esse creditur. Huius meminit Pomponius Mela, lib. 2. Strab
 on item lib. 10.
 Lyces] Idem qui et Lycus. Valer. 4. Argonaut.
 Quas Tanais, flauusq; Lyces, Hypanisq; Nomæq;
 Addat opes. Vide Lycus.
 Lyceum] lycei, pen. prod. uel lyceum: nam λυυειος, per a scri
 bitur: Fuit Athenis schola Aristotelis. Vnde Peripateticorū
 nomē effulsit. Cic. 1. Acad. 25. Qui erāt cū Aristotel. Peripa
 tetici dicti sunt: quia disputabant inambulantes in Lycio.
 Lyceum, fuit etiam gymnasium Ciceronis in Tusculano, à no
 mine scholæ Aristotelicæ, de quo lib. 1. de Diuin. 14.
 Lyceus] pen. prod. (λυυειος) Mons Arcadiæ, qui Pani deo sa
 cret est, et ubi templum bicornis Fauni. A quo Lycæa, iudi
 cra illi sacra ta, Lupercalia dicta. Ouid. lib. 2. Fast. 85.
 Faunus in Arcadia templa Lyceus habet. Dicitur Lyceus
 et ad Vrbe, id est, à lupis, quibus propter frequentiam
 pedum abundabat.

Amnes

Amnes Lycæi. Virg. 3. Georg. 1.
 Saltus Lycæi. Virg. 1. Georg. 4.
 Collis Lyceus. Ouid. 1. Metam. 140.
 Culti arbusta Lycæi. Ouid. 2. Metam. 143.
 Gelidum Lyceum. Virg. 10. eclog.
 Viridis Lyceus. Virg. 4. Georg. 108.
 Lyceus, pen. prod. Adiect. (λυυειος) ut,
 Nemus lyceum. Ouid. 8. Metam. 64.
 Lychas] λυυχας, nomen famuli Herculis, cui Deianira ueste
 imbutam cruore Nesti, ad maritum perferendum dedit. Ille
 uero quum uestis ardore et ueneno consumeretur, furore
 actus Lycham in mare Euboicum ex Oetha monte deiecit,
 qui illic in scopulum mutatus fuisse dicitur. Fabulam uide
 apud Ouid. lib. 9. Metam. 43.
 Lychnis] lychnidis, penult. corr. (λυυχνης) Herbe genus,
 Dioscorid.
 Lychnites] lychnitis, pen. prod. m. g. (λυυχνης) Lapidis ge
 nus, de quo Plin. lib. 36. cap. 53.
 Lychnitis] huius lychnitidis, f. g. (λυυχνης) Herbe species:
 de qua Plin. lib. 25. cap. 10. 2.
 Lychnus] lychni, m. f. g. (λυυχνης) Latine lucerna dicitur.
 Varro, Lucerna à luce dicta est: aut ab eo quod uocant Gre
 ci λυυχνης. Cic. Quint. fratri, lib. 3. 23. 2. Hanc scripsi ante
 lucen, ad lychnum ligneolum, qui mihi erat periuocandus,
 quod eum te aiebant, quum esses Sami, curasse faciendū. Le
 gitur et lychnuchum. Idem pro Cælio, 54. Lux demiq; lon
 ge alia est Solis et lychnorum.
 Pendentes lychni. Lucret. lib. 5. 60.
 Incensi lychni depēdent aureis laquearibus. Virg. 1. Aen. 148.
 Lychnius, non autem Lychnius dicendum offendit Seruius:
 quum primam corripit dicit: quod fieri non possit, nisi post
 nsequeretur i, et trisyllabum fieret. Virg. 1. Aen. 147.
 Dependent lychni laquearibus aureis.
 Lychnuchos, pen. prod. (λυυχνης) dicitur quicquid lucerna
 nam sustinet. Plinius libro 34. cap. 3. 5. Placere et lychnu
 chi pensiles in delubris aut arborum modo mala ferent
 tum lucentes.
 Lycia] uulua, minoris Asiæ regio inter Pampphyliam et Car
 iā sita, cognominata est à Lyco rege Pandionis filio, atq;
 ut fertur, in festata olim Chimera ignibus. Pōpon. lib. 1. Ly
 cia prope tota Tauro monte premitur, eius iugis bona par
 te clausa. Lycios autē primum Termilas dictos Herodotus
 lib. 7. scribit. Vide Herodotum in septimo. De Lyciorū lau
 dibus legit Strabonem, lib. 14. Lycia hodie Briquia di
 citur. Ptolemæus lib. 5. cap. 3.
 Vrbs Lycia. Ouid. 4. Metam. 60.
 Dumeta Lycia. Horat. 3. Carm. ode 5. 13.
 Perillis agris Lycia. Ouid. 6. Metam. 64.
 Hyberna Lycia. Virg. 4. Aeneid. 29.
 Lycius, Adiectiuum (λυυειος) ut, Caterua Lycia. Horat. 1.
 Carm. ode 8. 3.
 Deus Lycius, Apollo. Proper. lib. 3. eleg. 1. 8.
 Montes Lycij. Stat. 1. Sylu. 2. 4. 3.
 Pharetra Lycia. Virg. 7. Aeneid. 164.
 Lycidas] pen. corr. Centauri nomen et pastoris apud Vir
 giliū. Lycida, Vocatū: Virg. 7. eclog. 4.
 Sæpius at firme Lycida formose remissa.
 Lycidas, Nomen etiā pueri apud Horatium, 1. Carm. ode 4.
 Nec tenerum Lycidam mirabere, quo calet iuuentus
 Nunc omnis.
 Lycimius, frater Astiochæ, auunculus Tlepolemi, à quo et
 et ipse interemptus est. Homeris.
 Lycinia] amica Horatij, de qua ipse lib. 2. Carm. ode 12. 3.
 Me dulcis domine Musa Lycinie, &c.
 Theauri pars 2.

Lycisca] nomen canis, Diminutiuum à λυυειος, quod li. p. im
 significat, appellata sic quod uel ex lupo nata sit, uel similis
 sit lupo. Virg. 3. eclog. 4.
 — multum latrante Lycisca. Ouid. 3. Metam. 44.
 Et Thous, et Cyprio uelox cum fratre Lycisca.
 Lyciscus] pueri nomen apud Horatium. Epod. 11. 5.
 Nunc gloriantis quamlibet mulierculam
 Vincere mollitia, amor Lycisci me tenet.
 Lycium] λυυειος, medicamentum ex radice rhamni plue
 stris factum. Plin. lib. 24. cap. 14. 3.
 Lycomedes, pen. prod. (λυυκομειδης) Creontis fuit filius, teste
 Homero Iliad. 9.
 Lycon] ex Troade, Stratonis discipulus, è Theophrasti scho
 la huius in dicendo suauitatem nomen maxime demōstrat,
 quod addita litera γ, Glycon sic cognominatus. Habitu fuit
 mollis et delicatus. Quatuor huius nominis memoratur,
 Primus Pythagoricus, secundus hic, tertius uersificator,
 quartus epigrammaton poeta. Diogenes Laertius.
 Lycophron] pen. corr. huius Lycophronis, pen. corr. (λυυο
 φρων) Chalcidionius ex Eubœa, filius Socris, adoptatus uer
 rō à Luco Regino, grammaticus, et Tragediarum scri
 ptor. Estq; unus ex septē qui Pleias uocati sunt. Stat. 5. Syl.
 3. 32.
 Carmina Battiada, latebrasq; Lycophronis atri. Atrum
 uocat quasi obcurum, uel quia in omnibus scriptis obscu
 rior fuit: uel certē ad Alexandram alludit, de qua dixit Sui
 das. Ouidius eum sagittis interfectum esse innuit, quum in
 quit in Ibin, 107.
 Vtq; cothurnatum perijisse Lycophrona narrant,
 Hereat in fibris fixa sagitta tuis.
 Lycophthalmos] Gēna quatuor est colorū, ex rutilo et
 sanguineo: in medio nigrum candido cingitur, ut luporum
 oculi, illi per omnia similis. Plin. lib. 37. cap. 11.
 Lycopolis] pen. corr. (λυυκοπολις) urbs Aegypti, sic à lupis
 cognominata. Diod. Sicul. lib. 2.
 Lycopsis] herba (λυυοψις) Vide Plin. lib. 27. cap. 11. 4.
 Lycortias] nomen Nymphæ apud Virgilium, 4. Georg. 68.
 Lycortis] pen. prod. (λυυορτης) meretrix fuit alio nomine Cy
 theris dicta, à Cornelio Gallo poeta adamata. De qua Vir
 gilius saepe in Gallo. Vide itē multa in dictōe Cornelius.
 Lycormas] λυυορμας, flumius est qui è Boiensibus inter
 Ophientes gentem Aetholicam oritur, uocatus postea Euea
 nus, ab Eueno qui ē in eum præcipitauit. De quo Strabo
 lib. 7. Ouid. 2. Metam. 49.
 Arjurusq; iterum Xanthus, flauusq; Lycormas
 Centaureus Lycormas. Stat. 4. Thebaid. 168.
 Lycos] Gēnis aranei, Plinio lib. 30. cap. 6.
 Lycotoma] Vrbs Crete, ut notat Tortellius.
 Lycius] Vrbs Crete, à Lyco filio Lycæonis appellata. Qui
 dā Lyriū uocat, eo quod in loco alto postea sit. Quod tum
 sursum et sublime est, Lyttum uocant. Hæc Stephanus.
 Lycius, Adiectiuum (λυυειος) ut, Lycius Idomeneus. Id
 est, Cretensis. Virg.
 Lycurgus] λυυουργος, & λυυοργος, Lacedæmonum rex, qui
 fuit philosophus, et Lacedæmonijs leges sanctissimas cōdi
 dit: astrictis ciuibus iuramento, quod tam diu eas intemera
 te obseruarent, donec ipse rediret: è patria nunquam redi
 turus emigravit. De quo Valerius, Iustinus, Aristoteles, et
 Plutarchus multa.
 Lycurgus diuissimarum Lacedæmonijs legum author musices
 disciplinam probauit. Quint. lib. 1. cap. 10. 14. Lycurgus
 ueniens Nœmæa regionis Hypsiphilen regis Thebanis filia
 nato suo nutricem adhibuit. Author Statius 5. Thebaid. 31.
 Lycurgus præterea rex Thracie fuit, qui ut habet fabula,
 Q 2 dum

dum contemnens Liberum, eius amputat uites... incidit. Re uera autem abstemius fuit: quos constat acrioris esse naturam...

Thracis arant acri quondam regnata Lycurgo. Latissima regna Lycurgi. Ouid. Epist. 2. 23. Thracis exitum Lycurgi. Horat. 2. Carm. ode 19. 4. Bipennis Lycurgus. Ouid. 4. Metam. 5. de Baccho.

Lycurgus, Adiect. (Λυκούργος) Cic. ad Attic. lib. 1. 8. 6. Nosmetipsi, qui Lycurgei a principio fuissimus, quotidie demitigamur. Vbi interpretes, Lycurgei, id est, optimates, legum affecte et propugnatores, qualis Lycurgus apud Laconas legum conditor. Budeus seuerissimum interpretatur.

Lycus] nomen proprium uiri, quo nomine multi uocati sunt. Vnus, Troianus, de quo Virgilius 1. Aeneid. 4. 6. Fata Lyci. Alter Thebanus ignobilis exul, qui absente Hercule reuerfus, Creontem regem occidit, et regnum tenuit. Item, alius Thebanus rex, maritus Antiope. Alius Padiouis filius, qui a se Lyciam nominauit. Alius Lyccon, in lupi a loue conuersus est. Fuit et alius Lycus, Priami filius. Itē, unus ex centauris. Fuit item Lycus, medicus Neapolitanus, cuius meminit Plin. lib. 20. cap. 20.

Lycus, puer quidam fuit ab Alceo dilectus. Horatius 1. Carm. ode 32. 3.

Lycus (Λύκος) Armenie fluius. Strab. lib. 11.

Lydia] Λύδια, Antomachi poeta uxor fuit, quam egregie animo charam habuit: que quā mortua esset, elegiam qua mororē salaretur sibi fecit, nomine Lyden, ubi enumeratis Heuiois calamitatibus et infortunij, malis alienis agriitudinē sibi minuit. Huius meminit Plutarchus in libro, De consolatione. Propertius, Nec tantum Clario Lyde dilecta poete, etc.

Lydia] Λύδια, Palesinae in Asia urbs, Ptolemæo lib. 5. cap. 16. Alio nomine Diopolis. Hodie Rama.

Lydia] Λύδια, Asia regio Aecolis et Ionij vicina, nota est Croesi fortunam, et rebus gestis, tum etiam Pactoli fluij fama aurum trahentis. Vide Strabonem, et Pomponium lib. 1. in summa Asia descriptione.

Ingens Lydia. Virg. 4. Georg. 4. 2. Lydia tota fremit. Ouid. 5. Metam. 30.

Lydius (Λυδός) Qui est ex Lydia. Lydi (auctore Herodoto lib. 2.) primi aurum argentumque percusserunt, primi que caupones inuitioresque fuerunt.

Lydorūmque manum, collectos armat agrestes. Virg. 9. Aen. 3. Lydus, Adiect. (Λυδός) Ouid. 2. Fast. 72. Ridet amatorem Lyda puella suum. Intellegit Iolen.

Lydius, Aliud adiect. (Λυδός) ut, Aurifer annis Lydius. Tibull. lib. 3. eleg. 3. 6. Intellegit Paetolum.

Lydia]amica Hōyatij, cuius in Odis sepe meminit.

Lydius] Λύδιος, Theophrastus lib. de Natura lapidū. Ait lapidem quendam esse, qui Lydius seu Heraclius dicitur, qui attritu aurū atque argentum cuiusmodi sit arguat. Hunc quidam magnetem putant, uelut Herculanum, qui ferrum ad se se trahit: unde nomen etiam additum sūderit. Sed ex Theophrasti uerbis satis liquet bisonem significari, quem Latini uocant indicē, in quē Battus ille pastor apud Ouid. 2. Metam. 142. transfiguratus est, manente nimirum etiamnum in lapide prodendi studio nec Heraclium uocatum ab Hercule, sed ab Heraclio Lydie ciuitate. Plin. lib. 33. cap. 8. 3. Aurei argenti que mentionem comitatur lapis, quem coticulis appellat, quondam non solius ingenij nisi in summine Tmololo, ut auctor est Theophrastus: nunc uero passim, quem alij Heraclium, alij Lydium uocant. Sunt autē modici, qua ter-

nas uncias longitudinis, binasque latitudinis non excedentes, is coticulis pertit, quum e uena ut lima rapuerint experimentum. protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, uel eris, scrupulari differentia, mirabili ratione non fallente. Vicem autem prouerbij habet in eos qui uehementer acri, exactoq; iudicio sunt. Erasmus.

Lydas] Hercules filius ex Iole. Alter filius Athys, et frater Tyrrheni: a quo Lydia regio est appellata. Nā quū propter terrę sterilitatem fratres simul ferre nō possent, Tyrrhenus sorte facta discedens, cum ingenti multitudine ad Italiā ueniens eam tenuit partem, quæ ad mare inferum uersa est, et a se Tyrrheniā nominauit. Lydus uerō remanens, Meoniam de suo nomine uocauit.

Lygdamum] Plinio lib. 5. cap. 30. oppidi nomen est.

Lygdamus] nomen est uiri proprium. Perottus. Lymita] Lycie flumen est, et eodem nomine ciuitas, inquit Pomponius lib. 1. in descriptione Lycie.

Lympha] Λύμας Aqua dicitur Latinis, Græcis uerō ῥύμα. Mutauerunt autem Latini in λ. Col. lib. 10. 14. Doctiq; Parthenope Sebethide rosida lympha.

Fluuius lympha. Virg. 4. Aeneid. 127. Fugax lympha trepidat obliquo riuo. Horat. 2. Carm. ode 33. Gelida lympha. Ouid. de Medicamine faciei, 20.

Leuis lympha. Horat. Epod. 16. 10. Liquide lympha. Ouid. 3. Metam. 91.

Loquaces lymphae faxis desiliunt. Horat. 3. Carm. ode 13. 4. Lucentis lymphae stagnum. Ouid. 4. Metam. 60.

Mancantes lymphae. Horat. Epod. 2. 6. Puteales lymphae. Lucret. lib. 6. 236.

Sobrio lympha mista mero. Tibull. lib. 2. eleg. 1. 10. Vulnere lymphis abluere. Virg. 4. Aeneid. 137.

Dare lymphas manibus. Virg. 1. Aeneid. 141. Copia lymphae finit stium. Horat. 2. epist. 2. 30.

Huist de gurgite lymphae. Virg. 9. Aeneid. 5. Ora manusque tua lauimus Feronia lympha. Hor. 1. Ser. Sa. 5. 5. Restinguere pocula lympha. Horat. 2. Carm. ode 11. 4.

Vulnera siccare lymphis. Virg. 10. Aeneid. 168.

Lymphor, lymphoris, Antiquum, idē quod lympha. Lucilius, Impermissum lymphorem. Nonius.

Lymphaticus, pen. corr. (Λυματικός) Euriosus, insanis, qui uitium ex aqua conspectu contraxit, uel ex imagine uisū in aqua. Plin. lib. 25. scribit belletorum medei melancholicis insanientibus, et lymphaticis, elepl. antie, et tetano. Feslus, Vulgo memoriae proditum est, quicunq; speciem quandam in fonte, id est, effugiem nymphæ uiderint, iurandi non fecisse finem, quos Græci ἑραφολύττες, uocant, Latini lymphaticos appellant.

Lymphati nummi. Plaut. Pcenulo, a. 6. Sunt mihi intus nescio quot nummi aurei lymphatici. m. Deserto ad me, faxo aeternum consiterit lymphaticum.

Lymphatica somnia. Plin. lib. 26. cap. 8. 10. Lymphaticus pauor. Liu. 10. ab Vrbe, 148.

Lympho, lymphas, lymphae, Perturbare, et in furorem impellere. Valer. 3. Argon. 10. Rupta quies: Deus accipit lympha uerat urbem.

Lymphans, Participium. Statia 0. Thebaid. 31. Ecce recens, superis animum lymphantibus, horror Thiodamanta libit.

Lymphor, lymphanis (Λυματικός) lymphanis, insanire, desipere. Plin. lib. 34. cap. 17. 7. Hac herba epota, lymphanis homines obseruatiibus miraculis. Curtius, Quippe lymphanis, trepidare ceperit, omnia pectora occulto metu percurrerit.

Lymphatus, pen. prod. Adiect. (Λυματικός) idem quod lymphaticus, insanus. Liu. 7. ab Vrbe, Et tunc quidem uelut lymphanis

lymphati et attoniti munimentis suis trepido agmine inciderunt. Cic. 1. de Diuin. 13. 6.

Furor lymphatus. Senec. Medea, 6. 2. Metu lymphato trepidare. Lucan. lib. 7. 38.

Mente lymphata furebant. Catul. Argon. 59. 51. Ore lymphato furens. Senec. Troad. 1. 7.

Pectora lymphata. Ouid. 11. Metam. 2. Vrbi lymphata incertis horroribus. Stat. 10. Thebaid. 111.

Lymphationes nocturnæ (νυκτολυματικαί) Plin. lib. 34. cap. 15. 2. Nāq; circumscribi circulo, terie circumlato macrone, et adultis et infantibus prodest contra noxia medicamenta: et praefixisse in limine, et sepulchro euulsos clauos, aduersus nocturnas lymphationes.

Lymphatus, huius lymphatus, uerbale. Plin. lib. 37. cap. 10. Aliam eodem nomine argentei coloris, contra lymphantum habendam.

Lyncestus] Λύκεστος, aqua, quæ uocatur acidula, uini modo temulentos facit. Plin. lib. 2. cap. 10. 3. 9. Hinc

Lyncestius, Adiect. (Λυκεστικός) Ouid. 1. 5. Metam. 66. quum de Clitorio amne dixisset, subiungit, Hinc fuit effectus dispar Lyncestius amnis, Quem quicunq; parum moderato gutture traxit, Haud aliter titubat quam si mer. uina bibisset.

Lynceus] Adiect. Vide Lynx.

Lynceus] Λύκος, dissillabum, huius Lyncei uel Lynceos, pen. corr. Nomen proprium eius, qui fuit unus ex Argonautis, acutissima oculorum acie praeditus: qui dicebatur uidere ultra parietē, et, ut historici tradunt, conspexit nouissima Lunam, primamque eodē die in signo Arietis quod paucis mortalium contigit uidisse. Vide Valer. 1. Argon. 95.

—solum transibit nubi Lynceus. Hinc Varro centum triginta millia passuum prospexisse scribit, solitumque exeuntem a Carthagine classem Punicā, numerūque nauium ex Lybiana specula manifestissime notare. Solinus refert fuisse Strabonē, Pindarus et Apollonium in Argon. referit illum per abietem fratris suum a Castore occidit uidisse, cuius necē describit quibus contradicit Ouid. 5. Fast. 142, Pectora traiecit Lynceo Castor ab ense, etc. Prouerbum uide apud Erasmus, Lynceo perspicacior. Horat. 1. epist. 1. 6.

Non possis oculo quantum contendere Lynceus, Non tamen idcirco contemnas lippus inun. Lynceus et Idae, Apharei filij fuerunt, unde Aphareidas illos uocat Apollonius 1. Argon. et Ouid. 8. Metam. 61, Et duo Thestiade et proles Aphareia Lynceus.

Lynceus, pen. prod. Adiect. (Λύκεος) Vide exemplum Ouidij in Lynceus dissillabum.

Lyncurium] lyncurij (Λυκούριον) Gemma quæ e lyncis urina coacta est. Plin. lib. 8. cap. 38. 2. Lynceum humor ita reddidit ubi gignuntur, glaciatur arefcitue in gemmas carbunculiformes, et igneo colore fulgentes, lyncurium uocatas, atq; ob id succino a plerisque ita generari prodito. Nouere hoc sciuntque lynces: et inuidentes, uinam terra operiunt. Ouid. 15. Metam. 83.

Lynceus] Λύκος, inquit Seruius, rex Scythie fuit, qui misum a Cerere Triptolemon, ut hominibus frumenta monstraret, susceptum hospitio, ut se in gloria tanta migraret, interimere cogitauit, ob quā rem irata Ceres eum conuertit in lyncē seram uarij coloris, ut ipse uariæ mentis existerat.

Lyndus] Homero teste, ciuitas in Rhodo insula, in qua auctore Lactantio, Hercules sacra fiebant, quorum a ceteris interimere cogitauit, ob quā rem irata Ceres eum conuertit in lyncē seram uarij coloris, ut ipse uariæ mentis existerat.

Lynceus] Homero teste, ciuitas in Rhodo insula, in qua auctore Lactantio, Hercules sacra fiebant, quorum a ceteris interimere cogitauit, ob quā rem irata Ceres eum conuertit in lyncē seram uarij coloris, ut ipse uariæ mentis existerat. Lynceus est ritus. Siquidem non ὀφθαλμια, ut Græci appellat, sed maledictis et execratione celebratur: et quod uolatis habent, si quando inter solennes ritus, uel impru-

Theauri pars 2.

denti alicui exciderit bonum uerbum. Lynter] Vide Linter.

Lynx] λύνξ, m. uel f. g. (λύκος) Animal est ex ceruario generis, uario colore, et maculoso tergore, et a uisij mo uisu praeditum. Virg. 1. Aeneid. 66, —maculose tegmine lynxis. Plin. lib. 2. 8. cap. 8. 33. Peregrine sunt et lynces quæ clarissime omnium quadrupedū cernunt.

Variæ lynces Bacchi. Virg. 3. Georg. 53. Varias dicit, quas alibi maculosas dixerat. Sunt autem in tutela Bacchi.

Timidos agitare lynces. Horat. 2. Carm. ode 13. 8. Imbelles lynces sectari. Stat. 2. Achill. 82.

Fugaces Lynces cohibere arcu. Horat. 4. Carm. ode 6. 7. Lynceus, pen. corr. Adiectiuum (λύκος) Quod pertinet ad lyncem.

Lynceis oculis contemplari, Est intensissime conspiciere. Horat. 1. Seru. Satyr. 2. 18.

Lynceus, Qui acutissime uidet, quiq; est maxime perspicax. Cic. ad Varronem, lib. 9. 2. 6. Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat?

Lyra] λυρά, f. g. (λύρα) instrumentum musicum, ἀπὸ τοῦ λύρα, canere.

Lyram formam esse testudinis docet Plin. lib. 9. cap. 10. 4. Canor lyre. Ouid. epist. 15. 37.

Assumpta lyra canorus. Ouid. 3. de Arte, 29. Fidicen lyre. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 6.

Solers lyre Musa. Horat. de Arte, 82. Aurata lyra. Ouid. 8. Metam. 3.

Canore lyre. Claud. 3. de rapt. Prof. 52. Curæ lyre parens Mercurius. Horat. 1. Carm. ode 10. 2.

Distincta lyra gemmis. Ouid. 11. Metam. 34. Eburna lyra. Horat. 2. Carm. ode 11. 5.

Garrula lyra. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 8. Imbellis. Horat. 1. Carm. ode 6. 2.

Inuisa. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 5. Iocosa lyra. Horat. 3. Carm. ode 3. 14.

Mollis lyra. Stat. 10. Thebaid. 174. Tacita lyra, Quæ non pulsatur. Horat. 3. Carm. ode 19. 4.

Laudes alicuius canere lyra. Ouid. 3. de Arte, 10. Incipere lyram digitis. Ouid. epist. 3. 24.

Institu lyra. Quint. lib. 1. cap. 10. 13. Vide Instituto. Mouere lyram. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 4.

Inaurate lyre fila mouet pollice. Ouid. 2. de Arte, 99. Pellere lyram. Ouid. ad Pisonem, 34.

Percutere lyram. Ouid. 3. eleg. 11. 8. Significat sonare lyra. Pulsare lyram. Vide Pulso.

Pulsa manu lyra. Ouid. 10. Metam. 4. 1. Mendaci lyra sonari. Horat. Epod. 17. 8.

Sonante mistum tibij carmen lyra. Horat. Epod. 9. 1. Lyra, Signum celeste. Var. 2. de Re rust. cap. 5. Hoc secundum astri ortum facio, quod Græci uocant lyram, fidem nostri.

Ouid. 2. Fast. 15. Col. lib. 10. 8. Sidereoq; polo cedit Lyra mersa profundo. Lyricus, pen. corr. Adiect. (λυρικός) Quod ad lyram pertinet. Hinc poete lyrici dicit, quod ad lyra sua carmina cantabant: statuebaturque eis chorus quinquaginta uirorū, ac tauro donabantur.

Modi lyrici. Ouid. epist. 2. 1. 1. Vates lyrici. Horat. 1. Carm. ode 1. 7.

Lyrica pro carminibus lyricis, dicit Plin. iun. lib. 3. epi. 1. Scribit enim et utraq; lingua lyrica doctissimus.

Lyriceu, pen. corr. lyricinis, pen. corr. ma. g. (λυρικός) Qui lyra canit.

Lyrisses, lyristis, idem (λυρικός) Sidonius, Alcco potius lyristis

ristes ipso. Plin. iunior ad Genitorem, lib. 9, Quam multi quum lector aut lyristes aut comædas indoctus est, calceos poscunt.

Lyrceus] penul. prod. (λυρκευς) fons est ex quo Inachus fluitus oritur ad Cynuriam montem Arcadiæ. Author Strabo lib. 8. Stat. 4. Thebaid. 1.4.2.

Aret Lerua nocens, aret Lyrceus, et ingens Inachus.

¶ **Lyrceus**, pen. prod. Adiecl. (λυρκευς) Ouid. 1. Metam. in fabula Ius mutata in uaccam, — iam pascua Lerne, Constatq; arboribus Lyrcæa reliquerat arua.

¶ **Lyrceus**, Aliud adiectiuum (λυρκευς) Valer. Flac. libro 4. Argon. 71, — Lyrcei tellus.

Lyris] fluvius Campaniæ est, interfluens urbem Minturnensium. Horat. 1. Carm. ode 31.2, — non aurum, aut ebur indicum: Non rura, que lyris quieta Mordet aqua tacturnus amnis. Virg. — et umbrosæ Lyris per regna Maricæ. Acron.

Lyrneſſus] λυρνεσσις, urbs Troica, una ex undecim que in Troade sunt. Lyrneſſos, ciuitas est ebyrgiæ, unde fuit Briseis. Scruuius in illud Virgilij lib. 10. Aeneid. 26, Fert ingens toto conuixus corpore saxum, Haud partem exiguam montis, Lyrneſſius Agmon.

¶ **Lyrneſſus** (λυρνεσσις) Patronymicum, f. g. Ouid. pro gentili posuit. 4. Trist. eleg. 1.3, Fertur et abducta Lyrneſide tristis Achilles. id est, Briseide, que ex Lyrneſſo erat.

Lyneſtia] λυρνεστια, Ouid. 12. Metam. 22.

Lysander] λυσανδρος, dux Lacedæmoniorum inuictissimus, cuius ductus Athenienses cum duce Conone illam naua li pugna cladem acceperunt. Ex quo Athene semiduræ, impositumq; iugum triginta tyrannorum fuit. Victus denique Lysander a Canone ipso terrestri pugna, et interfectus, ubi Pausanias eius collega in exercitu suspectus in exilium profectus est. Emicuit enim Lysander tempore Pausaniæ et Agesilai Lacedæmoniorum. Lysander et rebus gestis et animi magnitudine Syllæ ex nostris comparatur Plutarcho in Parallelis.

Lysanias] Orator Græcus. Alter, uir in Arcadia, qui Lycæoni regno expulit.

Lysias] pen. corr. Atheniensis, Phædri philosophi filius. De quo Cicero Philippic. 5.

Lysias] λυσιος, Syracusanus genere, Cephalii filius, unus de decem oratoribus, natus Athenis quod pater se transfulerat. Puer Thurion coloniam migravit, redijt annos natus quadraginta septem, interq; principes oratores habitus. De quo sic Cic. in Bruto, 17.

Lysicrates] penult. corrept. uir quidam, qui capillos iam canos nigro tingebat, quo iuuenis etiam dum uidere = tur.

Lysidicus] λυσιδικος, apud Cicero in Philipp. qui iura omnia dissoluit. Hodie dici potest controuersiarum dirremptor.

Lysimachia] penult. corrept. authore Strabone libro 10. Vrbs Actoliæ humi prostrata, et ipsa ad lacum adiacens, que prius quidem Hydra, hoc uero tempore Lysimachia nominatur. Verum Iustino, urbs est Helleſponti que

terre motu corruiit x x i. anno postquam a Lysimacho rege uno ex principibus Alexandri fuerat condita. Sed postmodum reedificata, causa fuit multarum cladum.

Lysimachus] penult. corr. (λυσιμαχος) Agathoclis filius, et successoribus Alexandri Magni Pergamo presuit, ubi theſauri regis fuerunt. Sic illustri quidem Macedonia loco natus, uirtute illustrior fuit: amore literarum ac philosophiæ ardebat adeo, ut Callisthenem tunc ab Alexandro afflictum, atque in uinculis habitum, de uirtute differentem sepius audierit, poculumq; ei, ac remedium miseriam optanti propinauerit. Quod ægre ferens Alexander, Lysimachum leoni obieciſſe dicitur: sed ille uiribus fretus, rem posteris prodendam fecit, manum quippe amiculo conuolutam in os leonis inferens, adrepta lingua feram exanimauit: quo facto uehementius postea Alexandro dilectus, et apud eum in honore maximo fuit. Vide Trogum lib. 15, Lysimachus natione Acarnan, Alexandri pædagogus secundus post Leonidem obtinuit, nullo urbanitatis genere præditiis, nisi quod se phœnicem: Alexandrum, Achillem: Philippum uero, Peleum nuncupabat. Author Plutarchus in Alexandro Magno.

Lysipe] Vna fuit ex filiabus Proeti Argiuorum regis, que in uaccas commutata fuerunt.

Lysippus] λυσιππος, Sicyonijs, nobilis sculptor, a quo tantum Alexander se fingi passus est. Cic. in epist. lib. 5. 12. 23. Propert. lib. 3. eleg. 9. 2, Gloria Lysippo est animosa effingere signa. De Lysippo et Alexandro. Horat. 2. epist. 1. 4. 9. Multa habet Plin. lib. 34. cap. 7. ubi et sexcenta decem opera ab illo facta tradit. Memini equi cuiusdam Statius 1. Sylu. 1. 1. 4. quem a Lysippo Alexandro Magno donatum esse inquit.

Lysippus item, poeta comicus, cuius fabulas enumerat Athenæus.

Lysitis] huius lysis, et lysios (λυσις) id est, solutio. Cic. 3. Titul. scul. 1. 03. Ex quo ipsam ægritudinem et λυσις Chryſippus, quasi solutionem totius hominis appellatam putat. Alij habent λυσις.

Lysis in architectura, hiatus est ianuarum: id est, solutio contianui parietis. Vitru. lib. 6. cap. 10.

Lysistratus] penult. corrept. Sicyonijs, Lysippi statuarij frater, primus status a gyppo finxit, creuitq; res in tantum, ut nulla signa statuarum sine argilla fierent. Plinius libro 35. cap. 12.

Lysius] Arcadiæ fluius, ad cuius radices est Aesculapij templus. Vide Lysius.

Lysio] Quidam Ciceronis hospes, ut ipse scribit epist. libro 16. 6.

Lysæ] λυσαι, de quibus mentio fit in edicto Iustini quo iuris autoritas confirmatur, solutores interpretandi sunt, uidelicet qui iam tantos progressus habent in iure, ut de eo respondere propè possint, et quæstiones soluere. Atque ij erant qui reſponſis prudentum operam dabant et quæstionibus. Lyti, id est, soluti quibusdam dicuntur, sed male, Turnebus.

Lytta] λυττα, Vermiculus est in lingua canum, quo exempto infantibus catulis nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Plin. lib. 29. cap. 53.

Lytus] λυτος, Fluius est minoris Asiæ in Pontum defluens.

M. Consonans

M



Consonans, liquida transit per deuinationes in n, sequentibus d, uel t, uel c, uel q: ut, Tantum, tantundem: idem, idemdem: eorum, eorumdem: num, nuncubi, nunquib; nunquam circumquaque, tanquam, nanq; quenque, quanque, quicunque. Similiter am, prepositio, sequentibus, f, uel c, uel q, mutat in in: ut, Anfractus, et c. Vide in dictione Anfractus. Nonnunquam et in b transit, cum e scam = no scabellum dicimus.

M, litera mugiens. Quint. lib. 12. cap. 10, Quid, quod pleriq; nos illa quasi mugiente litera cludimus m, qua nullum Græcè uerbum cadit.

M, putat Priscianus mille significare, quia eius nominis prima si litera: quam rectè ipse uiderit. Veteres certe pro quinque hac utebantur figura 10. Vnde (cõtra Priscianum sententiam, qui de origine d, nescio quid ridiculè comminiscitur) facta est D, negligentia simul et ignorantia describitur, dum antiquas notas elementa esse putat. Pro quingentis, inquam, scribebant 10, pro mille c 10: unde fluxit m, errorem creante similitudine, quod m quandoq; ita scribitur o o, ut minimum discere uideatur a c 10. In antiquis autem libris et alias figuris pro mille usurpatis licet animaduertere, ut u o o d, quas peperit minus accurata librariorũ estimatio, id agentium, ut c 10 uno calami ductu persiceret. Etiam o o c 10 pro mille reperias: que deriuatæ sunt ab o d, corrupte scilicet à corrupta, c præterea quum preponitur his figuris d et m, detrahit centum, et omnino de inſequenti nota præcedens minor nota tantum demit, quantum ipsa significat: ut 10, ualet quatuor: 101, quadraginta quinque: x c, nonaginta, et huiusmodi. Vide infra in Numerus. Memini et huius literæ lib. 9. cap. 4.

Ma accentu circumflexo (μα) Mulier fuit una ex his que Rheam sequebantur, cui Iupiter Bacchum tradiderat educatque interrogata à Iunone, cuius esset infans, et c. hoc est Martis, respondit, unde factum est ut Bacchus apud Carthaginienses fuerit appellatus. Ipsi quoq; Rheæ Ma appellata fuit: cui Lydi tantum immolabant, unde Lydiæ urbs Mastræa fuit appellata. Vide Step. in dictione Mastræa.

Macæ] μακæ, populi sunt Arabiæ felicis, carminis opposita, eo in tractu nardum et myrrham ferentis, ut est author Pomponius Mela, lib. 3.

Macare] μακαρη, urbs Arcadiæ, à Macario Lycaonis filio condita, quam Stephanus à Romanis Beata uocari tradit. Gentile est Macareatos, μακαρηατος, eodem Stephanus teste.

Macareus] pen. corr. (μακαρηος) filius Aroli, qui Canacem sororem suam uitiavit. Ouid. lib. 2. Trist. 77, Nobilis est Canace fratris amore sui.

Macaria] Hercules filia, se pro incolumitate publica deuotè inferis, ad expiandum scelus, ut scribunt Cælius et Eras. in Proverb. Memini Plato in Hippia, et Plutar. in Pelopi.

Macar] μακαρη, id est, beatorum insula, Asiatico litori opposita, et ad promontorium Tauri montis exposita, quas quidam dici sic putauerunt, siue quod fortunati admodum celi soliq; sint, siue quod eas suo, suorumq; regno Macar occupauerat. Verba sunt Pomponij Mela, lib. 2.

Maccus] maci, Et plurali. Macci, maccorum. Macci dicuntur solidi, et fatui, idq; de nomine mulieris cuiusdam stupida et barba, Apuleius, si cum hac uia Rufi fallacia contem

dantur, maci prorsus et buccones uidebuntur. Nonnumquam etiam in Macco citatum inuenimus, qui titulus fabulæ est. Ex Turnebo.

Macedon] μακεδωνος, Pindi montis Theſſaliæ regiuncula, Herodoto lib. 1.

Macedo] pen. corr. (μακεδωνος) Macedonis, pæ. cor. filius Oſtridis filij Iouis, à qua Macedonia quidam dicunt uolunt.

Macedo, Philoſophus, de quo Gell. lib. 13. is pro scribis omnium templorum scribi debere censebat uersum hunc, Ego odi homines ignaua opera, et philosophia sententia. Vide Gellij lib. 13. cap. 8.

Macedo, Qui est ex Macedonia. Vide Macedonia.

¶ **Macedonia**, μακεδονια, regio à Macedone Oſtridis Iouis filio dicta est. Habet Macedonia ab Oriente Thracium limitem, ab Occasu Ionium pelagus, à Meridie Epiro terminatur, à Septentrione habet Dalmaticam partem. Vide Plinij lib. 4. cap. 10.

Macedonia dicta est, ut ait Stephanus de Urbibus, ab Macedonia filia Iouis et Thyiæ filia Deucalionis.

¶ **Macedo**, pen. corr. (μακεδωνος) Qui Macedoniam habitat. Lucan. lib. 6,

Quum tibi sacro Macedo seruetur in antro.

Vir Macedo. Horat. 3. Carm. ode 16. 3.

Alexander Macedo. Cic. 5. Tuscul. 198.

Fines Macedum. Lucan. lib. 10. 6. hoc est, Macedonum.

¶ **Macedonius**, Adiectiuum (μακεδωνος) Ouidius 12. Metamorphos. 94,

Qui clypeo, gladioq; Macedoniaq; sarissa Conspicuis. Vbi necessitate metri coactus, propter tot syllabas breues secundam produxit.

¶ **Macedonicus**, pen. corr. (μακεδωνικος) Adiectiuum possessiuum à Macedonia: unde Mare Macedonicum, quod est Aegæi pars, et incipit à Pallene monte, qui Thraciæ finem facit. Extenditur usq; Megaram, quod isthmus interpositus, misceri Aegæum Ionio non permittit, cuius litora à ciuitatibus nomen accipiunt.

Macella] μακæδωνος, Genus teli est, quod uno tantum cedit me crone, sicut dicella dicitur, quod bisariam. Cælius Rhodig. ex Theone lib. 11. cap. 16.

Macellum] macelli (μακελαιον) Locus quod uenalia omnia, que ad uictum humanum pertinebant, contrahabantur. Plaut. Aulul. 13. 3,

Venio ad macellum: rogito pisces, indicant Caros. Cic. de Diuin. 88, Si Epicuri de uoluptate liberofus esset, putarem annonam in macello cariorem fore. Videm 5. Verr. 12. 3. Sedentem in faucibus macelli.

Macellum, Varro in libris Rerum humanarum, Numerius Equitius, Cupes et Aomanius Macellus singulari atrocinito multa loca habuerunt infesta. His in exilium actis, publicata sunt bona, et aedes ubi habitabant dirute: equie ex pecunia scale delim penatium edificate sunt. Vbi habitabant, locus erat ubi uentrem ea que uescendi causa in urbem erant allata. Itaq; ab altero macellum, ab altero forum cupidinis appellatum est. Hec ex Donati commentarijs in Eunuchum. Idem Varro lib. 4. de lingua Latina.

Pernicies, et tempestas, barutrumq; macelli. Horatius 1. epist. 16. 2.

¶ **Macellarius** (μακελαιος) Qui in macello non solum carnes, sed omnia obſoniorum genera, quinetiam panem et frumentum uendit. Sueton. in Cesare, Ea que ad epulum pertinabant, quamuis macellaris oblotata, etiam domesticatim apparabat.

¶ **Macellarius**, Adiectiuum, ut, Macellaria taberna. Valer. lib. 3. capite 4.

Macellota, macellota, fem. gen. ab Ionibus hortorum osiū dicitur, teste Varrone, lib. 4. de ling. Lat.
 Macer] macra, macrū (μακρῶν) Exilem extenuatumq; significat, quem medici gracilem uocant, cuiusmodi sunt biliosi ferē omnes, Virg. 3. eclog. 20.
 Heu heu quam pingui macer est mihi taurus in aruo. Idem lib. 3. cap. 10. 3. Medici sunt macerrimæ. Sipontinus à Græco deduci putat. Græci enim μακρῶν longum dicunt, quæ autem tenuia sunt, longiora uidentur.
 Agello macro pauper. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 15.
 Boues macræ. Propert. lib. 4. eleg. 1. 5.
 Pinguisima, uel macerrima humus, Col. lib. 2. cap. 9. 3.
 Libellus macer. Mart. lib. 2. 6.
 Exile & macrum solum. Cic. pro lege Agrar. 69.
 Taurus macer. Virg. 3. eclog. 20.
 Vitris macrior. Col. lib. 4. cap. 24. 8.
 Macra cauum repetes arctum, quem macra subisti, Horatius 1. epist. 7. 7.
 Macellus (μακρῶν) Adiectiuum diminutiuum, pro macilento. Liu. lib. 6. Si nosti, non magnus homo est, nascitur, macellus. Nonius.
 Macilentus, Adiect. idem (μακρῶν) Festus, Macilentus, macie attenuati. Plaut. Capt. 11. 15.
 Sed qua facie est tuus sodalis Philocrates? A. dicam tibi, Macilento ore, naso acuto, corpore albo, & oculis nigris.
 Macror, macroris, siue Macor, absq; r post c (μακρῶν) Ipsa macies. Pacuuius Peribœa, Corpusq; meū tali macerore, errore, macrore senet.
 Macritudo, pen. prod. f. g. Idem (μακρῶν) Plaut. Capt. 4. 32. Ossa, atq; pellis sum misera macritudine.
 Macies, maciei, f. g. idem (μακρῶν) Col. lib. 6. cap. 14. 1. Est etiam illa grauis perniciēs, quum pulmones exulcerantur, inde tussis & macies.
 Adducit cutem macies. Quid. 3. Metam. 80.
 Concidimus macie. Ouid. epist. 20. 43.
 Suprema acie confecta uiri forma. Virg. 3. Aen. 118.
 Horrida uultum Deformat macies. Virg. 4. Georg. 51.
 Māuari maciem, & infirmitatem. Quint. lib. 2. cap. 4. 5.
 De sua solitudine macieq; narrare. Cic. Attic. lib. 55. 1.
 Turpis macies decentes occupat malas. Horatius 3. Carm. 02 de 27. 11.
 Aeuo & macie senescere. Lucret. lib. 1. 66.
 Tenuare aliquem macie. Virg. 3. Georg. 26.
 Macco, macces, macui (μακρῶν) macere, Macrum esse. Plaut. Aulul. 20. 28.
 Qui ossa atq; pellis totus est, ita cura macet.
 Macesco, macefcis, macui (μακρῶν) macefcere, Macrum fieri. Plaut. Capt. 4. 31.
 — ego qui tuo macerore maceror,
 Macesco, consensco, & tabesco miser. Varro 3. de Rust. cap. 16. 16. Tum enim propter laborem asperantur & macefcunt.
 Macio, macias (μακρῶν) maciare, Macrum facere. A quo Emacio.
 Macreo, macres, macruī, siue,
 Macresco, macefcis (μακρῶν) macefcere, Macrū fieri. Varro 2. de Rust. cap. 5. 13. Algor enim eat, & fames macefcere cogit.
 Inuidus alterius macefcit rebus opimis. Horat. 1. epist. 12.
 Macero, maceras, pē. cor. (μακρῶν) macerare, Attemperare, conterere, & ad corpus tunc refertur. Liu. 6. bell. Punic. 66. Alteram annum circinnallatos inclusosq; nos fame macerant.
 Macerare se, ad animum translatum, Est nimia cura, studio, uel

solicitudine seipsum conficere & attenuare. Terent. Andr. 4. 2. 2. Tu modo anime mi nolite macerare. Ibidem, 5. 3. 15. Sed quid egos cur me excrucior cur me maceros Inuidia macerat nos. Lucret. lib. 3. 15.
 Macerare, Mollificare, ut fit quum quippiam tam diu in aqua tenetur, donec tenerum & molle fiat. Terent. Adel. 3. 3. 27. — saltem hanc Stephania
 Fac macerentur probe. Col. lib. 2. cap. 9. 8. Hoc medicamine una nocte semina macerata iaciuntur.
 Macerare brassicam in aquam. Cato cap. 156. 4.
 Macerare, Proluere, perluere, macefcere. Plinius de Poppea, lib. 11. cap. 41. 3. de lacte asinino, Balnearum etiam solito totum corpus illo lacte macerabat. Vitru. item iubet calicem coctam diu macerari antequam fabri ea utantur. Budæus.
 Maceror, maceraris, macerari, Passiuum. Hora. lib. 1. Carm. ode 13. — quam lentis
 Penitus macerer ignibus. Id est, tabescam, liquefam, consumar. Lambinus.
 Malè maceror. Vide Malus.
 Maceratus, pen. prod. Participium, Mollis & tener factus. Plautus Pœn. 8. 21.
 Macerato hoc pingues fiunt auro in Barbaria boues.
 Maceratio, Verba. Vitruuius lib. 7. cap. 2.
 Maceresco, macefcis, macefcere, Maceratum fieri, Antiquum. Cato de Rust. cap. 99. Frumentum curgilio ne noceat, neu mures tangant, lutum de amurca factio: palearum paulum addito, finito macefcant bene.
 Macro, macras, macrare. Vnde Emacrare. Vide loco suo.
 Maceria] maceria, uel maceries, maceriet, f. g. (μακρῶν) Pæries, siue murus uel congeries lapidum in unum compactorum sine cemento aut alio genere ferruminis, quo uinea claudi solent. Terent. Adelph. 5. 7. 10.
 Atq; hanc in horto maceriam iube dirui
 Quantum potest. Col. lib. 8. cap. 15. 1. Ea toto maceries opere tectorio leuitatur extra intragq; Cic. Tironi, lib. 16. 18. 4. Helicō nequissimus h s m dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa.
 Maceries, maceriet (μακρῶν) pro macritudine, siue maceratione. Afranius Excepto, Si ille hoc nunc sentis facere illi satis, uis quanta illius mors sit, maceries tibi. Nonius.
 Macero] maceras. Vide Macer.
 Machæra] machæra. Græcè (μακρῶν) Latine sica, gladius, culter. Plaut. Curcul. 8. 53.
 Clypeatus elephantum ubi machæra diligit. Iuuenalis Satyra 7. 1.
 — ames nomen, uictumq; machæra. Liu. 7. ab Vrbe, 105. Læuo humero machæra propè traiecto cesserat per rumpere ex acie. Ex uetusto codice legendum, matari.
 Machæropios (μακρῶν) Faber gladiatorum. Quo nomine dictus est Demosthenis pater, ab officina gladiatorum, quam Athenis egegram multisq; artificij seruis instructam habebat.
 Machærophorus, machærophori, pē. cor. (μακρῶν) Sicarius gladium ferens. Cicero ad Quintū fratrem, libro 2. epist. 8. 3. Machærophoris centum sequentibus mirros risus nos edere.
 Machæriones] apud Spartanos dicti sunt Anticratis posterij, quod is machæra, id est, gladio Epaminundam in bello strenuè conficisset. Meminit Cælius lib. 13. cap. 7.
 Machærus] iunius (μακρῶν) Stephano) Arx iudæa, secūm olim ab Hierosolymis dignitatis locū obinēs. Plin. 11. 5. ca. 16.
 Machæronon] μακρῶν Diof. lib. 4. herba est, quæ Xyphion quoq; dicitur, & gladiolus seu pugio: quoniam gladij specie sibi præbeat, radice (Theophrasto tradit) dulci,

dulci, ubi excoquatur: proinde trita farne admiscebatur. Vide Cæli. lib. 13. cap. 7. ad finem.
 Machaon] pen. cor. huius Machaonis, pen. corr. (μακρῶν) fuit teste Homero lib. Iliad. 2. filius Aesculapij. Is ob præstantiam medicinæ aris cum alijs heroibus Græcorum ad Troiam è Creta conuocatus fuit. A quo
 Machaonius (μακρῶν) Ouid. lib. 1. de Pōto, eleg. 4. 1. Machaonia artes. Idem 2. de Remed. amoris, 30.
 Ille Machaonia uix ope sanus erit.
 Succo Machaonio seu coerunt uulnera. Stât. 1. Syl. 4. 23.
 Machara] Cyprus antea dicta. Perottus.
 Machimos] μακρῶν, Ciuitas est extra hunc orbem, teste Aeliano, cuius in colæ pugnae sunt, armatiq; nascuntur, ac bellum assidue gerunt, collimit aneos plurimum euertendos: quippe gentium multarum esse compotem unam modò ciuitatem. In ea censerij hominum myriadas ducentis haud pauciores, quos non absumpserim bella, morbis planè conficitur. Sed perrarum id est. Intereit uero in prælijs axis peruersi, aut lignis inani ferri ictum non admiserim. Auro argētōq; abundant eatenus, ut sit ibi aurum uilius quàm apud nos ferrum. Hæc & plura Cælius ex Aeliano lib. 17. cap. 35.
 Machina] machina, pen. corr. (μακρῶν) Conatus, machinatio, excogitatio, inuentum.
 Mundi machina. Lucret. lib. 5. 20.
 Machina dicitur, ut ait Vlpianus, ubi non tam materie ratio, quàm manus, atq; ingenij dicitur.
 Machina, instrumentum quo moles aliqua faciliè quocunq; uolueris, impelli potest. Plin. lib. 19. cap. 2. 4. Quanto fit in usu omnibus terris nauium, armamentis, machinis ædificationum.
 Machinas bellicas uocamus opera fabrilis, quibus in bello utimur.
 Belli machina. Virg. 2. Aen. 31.
 Ingens machina. Horat. 2. epist. 2. 15.
 Arietaria machina. Vide Ariet.
 Machinae murales. Vide Murus.
 Admonere machinam. Vide Admoueo.
 Apponere machinam. Vide Appono.
 Fabricata machina. Virg. 2. Aen. 10.
 Audere machinas. Tacit. lib. 20.
 Machina per translationem, Consilia, quibus decipere hostē conatur. Plaut. Bacchid. 4. 54.
 Aliquam machinabor machinam.
 Dolus & machina. Cic. 3. de Nat. deor. 103.
 Quid ergo isti doli, quid machine, quid præstigiaq;
 Num sine ratione esse potuerunt? Ex poeta.
 Adhibere machinas. Cic. ad Brutū, 1. 85. Ad reliquos hic quoque labor mihi accessit, ut omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem.
 Machinalis, & hoc machinale, penult. prod. (μακρῶν) Quod ad machinas spectat, ut, Machinalis scientia. Plin. libro 7. cap. 37. 3.
 Machinor, pen. cor. machinarius (μακρῶν) machinari, imaginari, cogitare, inuenire per dolum. Cicero 2. Verr. 10. Quum interea aliud quiddam iam diu machinatur. Liu. 1. ab Vrbe, 222. Consistim Turno necem machinatur.
 Machinari dicitur à μακρῶν, quod est inuento. Vnde μακρῶν inuentum & molumen dicitur.
 Machinari præstem aliquam in omnes. Cic. in Catil. 1.
 Machinari, etiam in bonam partem accipitur, pro inuenire ratione. Cic. 2. de Nat. deor. 192. Nam primum alia mares, alie formæ sunt: quod perpetuitatis causa machinata natura est. De bestijs. Idem de Uniuersis. 10.

Machinamentum (μακρῶν) pro Machina. Liu. 4. bel. Pun. 154. Turres contabulatas, machinamentaq; alta quatendis muris portabant.
 Oppugnationum machinamenta & astus. Tacit. lib. 12.
 Suspensum & nutans machinamentum. Tacit. lib. 20.
 Promouere scalas & machinamenta. Tacit. lib. 15.
 Machinator Verba (μακρῶν) ut, Machinator belliarum instrumentorum: hoc est, qui bellicas machinas inuenit uel conficit. Liu. 4. bel. Pun. 152.
 Machinator belli. Liu. 1. ab Vrbe, 123.
 Improbissimus machinator omnium scelerum, hoc est, inuentor & auctor. Cic. in Catil. 52.
 Doli machinator. Tacit. lib. 1.
 Architectus & machinator omnium. Cicero pro Rosc. Amer. 78.
 Machinatio, Aliud uerbale (μακρῶν) Cic. 2. de Orat. 40. Qui tanquam machinatione aliqua, tum ad seueritatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam, tum letitiam est contorquendus. Id est, inuentio & astutia. Col. lib. 6. cap. 2. 8.
 Machinatio, pro Machina. Cæsar 2. bel. Gal. 338. Primum irradere ex muro, atq; increpitare uocibus, quod tanta machinatio ab tanto spatio instrueretur. Liu. 4. bel. Maced. 136.
 Nunc impensa quoq; magna eget in opera, in machinationes & tormenta, quibus tanta urbs oppugnanda est. Idem 7. bel. Maced. 20.
 Machinosus, pen. prod. Adiect. (μακρῶν) unde Navigiū machinosum, apud Suetoniu in Nerone, cap. 34. Paulo antea nauem solutilem appellarat.
 Machinarius, Adiect. ut Asinus machinarius. Aphricanus in L. qui quæretur. §. ult. ff. de leg. & fideicommiss. 3.
 Menfor machinarius. Vlpian. in L. uel cuius. ff. si menfor. sul. mod. & c. Est menfor machinarius si sellerit.
 Machlyæ] μακρῶν, Herodoti, Populi Africa supra Nafamones, quos Androgynos esse tradit Calliphanes, utriusq; naturæ uicib. inter se coeuntes. His Aristoteles tradit dextrā mammam esse uirilem, leuam muliebrem. Vide Plinium libro 6. cap. 2.
 Machlis] Fera est Scandinauie in sula peculiaris, alæ similibus, sed nullo suffragiū flexu. Vnde dormitura non cubat, sed arbori se acclimas somnum capit: quæ a uenatoribus antè successa, quum semel ceciderit, erigere se non potest, eaq; sola ratione capitur: aliās miræ uelocitatis. Labrum ei superius prægrande: id retrograditur in pascendo, ne in priora tendens inuoluatur. Vide Plinium lib. 8. cap. 15.
 Macidos] Vrbs Thraciæ, quam Ptolomæus Madi nominat degenerate uocabulo. Vide Vadianum in Melam lib. 3. in descriptione Thraciæ.
 Macidatus] liquoris infusione madens. Apul. lib. 8. ille spogijis macidatis tumores comprimere.
 Macies, Macilentus, Macio, Macias] Vide Macer.
 Macis] Plinio, alijs Macer (μακρῶν) Cortex est subrufus & magnæ radicit, qui ex India aduehitur: detractus ex arbore sui nominis.
 Macistus] μακρῶν, Stephano, oppidum est Triphtylia, hoc est Elidis, quod Caucomes inhabitant: ita dictum à Macisto fratre Phryxi. Plin. lib. 4. cap. 6. Macistum eumerat inter Arcadiæ ciuitates.
 Macomaca uilla] μακρῶν, apud Ptol. lib. 4. cap. 3. urbs Syriæ magnæ, uulgo Mesorota.
 Macra] μακρῶν, Iuuius Liguria separans ab Hætruria, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 5. Est & in sula nomē Carcinite sinu, ut scribit idem Plin. lib. 4. cap. 13. Ptolē. Marcalla dicitur.
 Macreo, Macro Macras] Vide Macer.

Macris] insula. Vide Abantis.
 Macrobij] Meroeni (μακροβίου) supra Aegyptum populi dicti quod ipsorum uita spacium nostram etatem dimidio exuperet. Meroenos autem intra Cancri tropicū, & aquatorum esse Ptolemaeus autor est. Vide Pomponium lib. 3. in descriptione Aethiopiae.
 Macrobius] μακροβίος, nomen uiri propriū. Latine longae uis dicitur. Nam μακρός longus, & βίος uita dicitur.
 Macrochera] penul prod. (μακροχέρη) Tunica manicata. Lampridius, Macrocheres ex purpura ad usum suum reuocauit.
 Macrochir] μακροχίρ, cognomen fuit Artaxerys Assyriorum regis, ideō illi impostum, quod alteram manum haberet longiorem. Latini Longimanum uertunt.
 Macrocollum] μακροκόλλω. Plin. lib. 13. cap. 12. 5. Ad hoc transmittens literas lituræ, metum afferebat aduersis, & aliis indecoro usu pertranslucida. Igitur & secundo corio statumina facta sunt è primo subtegmime. Auxit & latitudinem. Pedalis erat mensura, & cubitalis & macrocollis. Vbi Hermolaus, Macrocolla sunt eo nomine maiores & longiores chartæ, quas modo regias (ut arbitror) uocamus. Nā & Catullus regiam chartam uocat. Hactenus Hermolaus, qui macro collum uidetur deriuare à μακρός, quod membrum significat, quasi longa membrana: itaq; simplici I, scribi deberet. Alij à μακρός deducunt. Cic. ad Attic. lib. 16. 33. 2. Sed tamen αὐτοῦ τῶν μακροβίων misti ad te retractatus: & quidem archetypum ipsum crebris locis inculcatum & reiectum. Hunc tu tralatium in macrocollum, lege in arcano conuulsi tuis. Id est, in chartam nouam transcriptum, inquit Budeus.
 Macron tichos] μακροπύτυχος, oppidum est Thraciæ, nō procul ab isthmo Cherronesi, ita dictum à λόγῳ muro, quē Miltiades à Propontide ad Melanem sinum duxit, Cherronesum à reliqua excludēs Thracia. Author Plin. lib. 4. ca. 11.
 Macrones] Populi sunt in Ponto, quos ab Eubœa colonos illic adductos memorant, inde & nomen, quoniam Eubœa quandoq; Macris sit nuncupata, quod Dionysius Chalcidensis significat. Alij uerò dici Macrones putant, quia apud eos plures inueniantur macrocephali, id est, capitis iusto longioris, ut apud Persas grypos inuenias plerosq; id est, aduanci nasi. Plin. lib. 6. cap. 10.
 Macror] Vide Macer.
 Macrea] mactee, Cibi genus. Sueton. in Caligula, cap. 38. Et multis uenenatas mactees misit. Sed fortè legendum est Matryas. Vide Matrya.
 Macteeolus, Diminut. Arnobius, Frustrilla hæc paruula pro sua uibus macteeolis sumunt.
 Macticus, pen. cor. Qui habet magnas malas, & os patēs, quasi mala cteus. Festus.
 Mactio] mactas (μακτώ, βίω, μακτώ) mactare, Interficere. Virg. 4. Aeneid. 12.
 —mactant lectas de more bidentes. Vbi Seruius, Mactant uerbum sacrorum, uerba ἑθνητικὰ dictum, ut adolere. Cic. in Pisonem, 11. Quorum ego furori nisi cessissem, in Catiline busto uobis ducibus mactatus essent.
 Caprum mactare. Ouid. 2. Fast. 89.
 Honores mactant meritos. Virgil. 3. Aeneid. 24.
 iuuenos mactare. Virgil. 5. Aen. 21.
 Victimam mactata. Senec. Octau. 4. 10.
 Mactare aliquem ultionē & glorie. Tacit. lib. 1.
 Mactare Orco, in Orcum demittere & precipitare. Liuius 9. ab Vrbe, 211.
 Mactare supplicio, uel morte. Cic. in Catil. 20. Idem de Aruspium res. 39.
 Mactare supplicio aliqui ius ciuitatis, per translationem pro

Violare. Cic. 6. Verr. 2. 3.
 Mactio, dictum est quasi magis aucto, id est, Augeo. Nam prius quam uictimam immolarent, thus ac uinum super eam fundebant: Vnde mactum esse taurum dicebant, thure uel uino cumulatam hostiam, & magis auctam. Hæc ex Seruio.
 Mactare, pro Augere usurparunt ueteres. Cic. de Republica, Ferrunt laudibus, mactant honoribus. Nonius.
 Mactare, per translationem, pro Malo afficere, seu male tractare ponitur: ut docet Nonius.
 Mactare infortunio. Plaut. Curcul. 11. 5.
 Non pol nunc ego te mediocri mactio infortunio:
 Sed eopse illo, quo mactare soleo cui nihil debeo.
 Mactare malo & damno. Plaut. Aulul. 19. 63. Cic. pro M. Caelio, Post te continuo fecit idē in duobus prodigijs Reip. Clodius: quo etiam matore malo es mactandus.
 Mactari cupis magna re mala. Plaut. Mostel. 2. 58.
 Mactare, Precipitare. Accius Antenoridis, Qui aut illorum copias fundam in campo, aut naues urā, aut castra mactabo in mare. Nonius.
 Mactare, Honorare. Plautus, Tamen honestè mactatum rediicam domum. Accius Didascalion, lib. 1. Sapientiaq; inuicta gratia atque honoris pater, honestè rem mactauit aures. Nonius.
 Mactatus, Participium (μακτώ) ut, Hostia mactata. Horat. 1. Carm. ode 19. 4.
 Capere Bacchi mactatus ad aras. Ouid. 15. Metam. 23.
 Mactandus, Aliud participium (μακτώ) ut, Mactanda uirgo est Thessali busto ducis. Senec. Troad. 4. 32.
 Mactatus, huius mactatus, m. g. pen. prod. (θεός) Verbale. Lucret. lib. 20. nubendi tempore in ipso Hostia considerat mactatu macta parentis. De Iphianassa.
 Mactator, pen. prod. Aliud uerbale (μακτώ) Senec. Troad. 10. 29. Perge mactator senum.
 Mactabilis, & hoc mactabile, Quod mactare potest. Lucretius lib. 6.
 At quum membra hominis percepit feruida febris:
 Tum fit odor uini plage mactabilis instar. Alij legūt manabilis sed corruptè.
 Mactus, Adiect. id est, magis auctus, ut ait Festus. Genitiuo & ablatiuo iungitur, & ut plurimum in uocatiuo uinum: ut, Mactè uirtutis & uirtute: id est, magis aucte, cumulatèq; dicitur esse que laudet simul & adhortetur puerum, quem prohibitate crescere uideat. Cato cap. 13. 4. 1. Iane pater te hac strue commouenda bonas precēs te precor, uti sis uolens propitijs mihi, liberisq; meis, domo, familieq; meæ mactus hoc ferto.
 Mactè animi uir, hoc est sagaci, & magno animo præditum. Mart. lib. 12. 7.
 Mactè uirtute, siue Mactè uirtute esto. Cicero, Mactè uir uirtute esto. Lucilius, Mactè inquam uirtute, simulq; his ueribus esto. Cic. Attic. lib. 12. 23. 6. 3. Mactè uirtute. Mart. lib. 4. 13. Mactè esto tediis ò hymenæa tuis.
 Mactè bonis animi. Stat. 1. Sylu. 2. 2.
 Mactè hac grauitatis gloria. Plin. in Paneg. 75. Ibidem, 146.
 Mactè uterque ingenti in Rem merito, cui hoc tantum boni contulisti.
 Mactè amare: id est, maxime. Plaut. Milit. 4. 2.
 Mactè ingenio este celli interpretes. Plinius libro secundo, capite 12. 3.
 Mactè, absolutum. Cic. Attic. lib. 11. 330. 8. Seruulos aut dicitur eum & agripetas electos à Buthrotijs. Mactè: Sed amabo te, perferibem mihi totum negocium.
 Mactra] μακτρά & est, ut Gellius ait, arca panaria. Madam lingua uernacula Eucham appellat, in qua & panis & con-

conpersio reconditur. A uerbo Græco μακτώ dicta, quod subigere, conpersere, pinfere, commollireq; significat. Budeus.
 Macula] macule, pen. cor. (μακλή, μακλή, μακλή) Labes, seu sordes. Et à macie deducit Sipontinus: quoniam, inquit, macies animal decolorat, ac foedum facit. Plin. Fullones eas maculas è uestibus tollunt.
 Lucentes macula. Stat. 1. Sylu. 5. 8.
 Piliis maculis infuscare uellera. Virg. 3. Georg. 78.
 Macula, Nota seu signum, unde genitiuq; notæ in corpore, macule dicuntur. Plaut. Capt. 11. 64.
 Videni tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Plin. lib. 13. ca. 15. 6. Maculae ue discoloras. Virg. 9. Aen. 10.
 —maculis quem Thracius albis Portat equus.
 Nigre macule sub aduerso pectore. Ouid. in fragmento, 9.
 Squales macule auro. Virg. 4. Georg. 19.
 Insignis bos maculis. Virg. 3. Georg. 12.
 Albis maculis bicolor equus. Virg. 5. Aen. 11. 4.
 Figare maculas ore. Ouid. de medicamine faciæ, 16.
 Increfcent macule ac uerruæ. Vide In crefco.
 Macula, Infamia. Cic. Cuius ut adolescentie maculas ignominiaq; præteream. Terent. Adelph. 5. 8. 32.
 —uitium commune omnium est.
 Quod nimium ad rem in senectâ attentis sumus. hanc maculam nos decet Effugere.
 Labes & macula. Cic. pro Corn. Balbo, 11.
 Afficere macula. Cic. pro Rosc. Comæd. 67.
 Aspergere maculis. Vide Aspergo.
 Concipere maculam. Vide Concipio.
 Delenda est uobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta. Cic. pro lege Manilia, 4.
 Eluere maculam. Cic. pro Sestio, 53.
 Impingere maculam laudibus. Senec. Herc. Oethæo, 11. 8.
 Macula que penitus iam infedit, atq; inueterauit in Populi Romani nomine. Vide In fideo, & In tetero.
 Inuere eternas maculas alicui, quas reliqua uita eluere non possit. Cic. in Salust. Vide Inuro.
 Luere maculas sanguine. Vid. Luo.
 Susceptam maculam delere. Cic. pro lege Manilia, 4.
 Pauca macule in carmine. Horat. de Arte, 71.
 Macula, Foramen retis, seu plaga. Cic. 2. Verr. 2. 2. Reticulumq; ad naves sibi apponbat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rose.
 Rete grandi macula. Col. lib. 8. cap. 15. 1. Varro 3. de Re rust. cap. 11. 3. Idq; septum totum rete grandibus maculis intergitur, ne eo inuolare aquila possit, nec ex ea elolare anas.
 Diffinita maculis retia. Ouid. epist. 5. 4.
 Maculosus, pen. prod. Adiect. (μακλώδης, μακλώδης) Sordidum & immundum significat. Plautus, Sordida ac maculosa facie. Cic. 2. Philipp. 81. Auctionis uerò miserabilis aspectus, uestis Pompeij non uultu, eaq; maculosa.
 Maculosus, Varius, ac notis siue maculis conpersus. Virgil. 1. Aeneid. 66.
 Succinctam pharetra, & maculose tegmine lyncis. Plin. lib. 35. cap. 6. 2. Glebis suis colos, extra maculosus.
 Maculosa cutis. Plin. lib. 26. cap. 1. 7.
 Rigor maculosus squamam incensabat auro. Virg. 5. Aen. 18.
 Liera maculosa suffusas habet lituras. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 3.
 Maculosa myrrha. Mart. lib. 10. 80.
 Notis grandibus maculosus. Virg. 3. Georg. 86.
 Vellere maculoso uelat corpus. Ouid. 3. Metam. 40.
 Maculosus homo, per translationem, pro Immundo & impuro. Cic. Attic. lib. 1. 11. 5.
 Auariis, & libidine foedus, & maculosus. Tacit. lib. 17.

Decore maculosus. Tacit. lib. 19.
 Nefas maculosum. Horat. 4. Carm. ode 5. 5.
 Maculo, maculas, pen. corr. (μακλώ) maculare, Deturpare, foedere. Plaut. Capt. 11. 64.
 Manstator, manstatoris, Qui manu tectur et tenet, quicq; possidet. Plaut. Trucul.
 Video eecum qui manstotorem meum adoptauit bonis.
 Manuatus est, pro Furatus est, usurpat Laboris in Mimis. Et in Fullone, Furem, Manuarium appellat. Sed hæc obsoleta. Vide Gellium lib. 16. cap. 7.
 Mantiola, mantiole, diminutiuum (μαρτυρία) Parma manus. Neuius, Mantiole tene illis.
 Manualis, et hoc manuale, pen. prod. (μαρτυρία) Plin. lib. 2. 4. cap. 15. 2. Ob id incipientibus hydropicis efficax, manuales scapis eius in tribus heminis aquæ decoctis usque ad tertias.
 Pecten manualis. Plin. lib. 18. cap. 30. 2.
 Manualis fasciculus lini. Plin. lib. 19. cap. 1. 8. hoc est, qui manum implet.
 Manualia saxa, quæ manu commodè tolli et proijci possunt. Tacit. lib. 4.
 Manuaris, Adiectiuum. Quod ad manum pertinet. Gellius, Hoc ore, quasi manuario collecto, cænula parabat.
 Manubie, manubiarum (μαρτυρία, οὐδὲν) pluraliter tantum legitur. Præda ex hostibus capta. Ascomus scribit manubias prædæ imperatorum, pro portione de hostibus capta. Spolia quoq; quæ ista de hoste nobili per deditionem, manubias ueteres dicebant, de quibus quod uellent faceret. Cic. 5. Verr. 161. Quæ ex præda aut manubijs, hæc abs te donatio constituta est? Nonius Marcellus, Manubias (inquit) à præda hoc distare ueteres existimauerūt, ut sit præda, corpora ipsa rerum quæ capiuntur: Manubiæ uero, pecunie ex præda uendita redactæ. Cic. 1. pro Lige agræ. 7. Quod ad quenque peruenit, peruenit ex præda, ex manubijs, ex auro coronario. Idem sentit Gellius lib. 13. cap. 23.
 Festus, Manubiæ Iouis tres esse dicuntur: quarum una sunt minime, quæ moneant, placidæq; sint. Alteræ, quæ maioræ sunt, ac ueniunt cum fragore, discitiantq; aut diuellant quæ à Ioue sint, et consilio deorum mitti existimantur. Tertie his ampliores, quæ cum igne ueniunt: et quanquā nullum sine igne fulgur sit, hæc propriam differentiam habeat, quod aut adurant, aut fuligine deformet, aut accendat, quæ statum mutant deorum consilio superiorum.
 Manubiæ, pro spolijs. Cic. 5. Verr. 8. Nonne per spicium est, Verrem esse qui uestras uillas suis manubijs ornet: id est, signis et suppellectili, quæ depredata est. Budæus.
 Manubias facere, Prædari. Cic. 3. Verr. 109.
 Manubialis, et hoc manubiale, pen. prod. (μαρτυρία)

Quod ad manubias pertinet: ut Manubialis pecunia, Quae ex venditione manubiarum contracta est. Suet. in Aug. ca. 30.
 ¶ Manubiarum, Adiect. (μανηβιαριος) Manubiarum particeps. Plaut. Trucul. 1. 2. 6.
 Amicus mihi esto manubiarum, id est, qui manubias ex exuvias affert, et spolia. Turneb.
 ¶ Manubrium, manubrij (μανηβιαριος) Capulum cuiuscunque rei significat. Plin. lib. 16. cap. 43. 4. Hyginus manubria rusticis caprinis, iligna, cerrea.
 Trulla excavata cum manubrio aureo. Cic. 6. Verr. 5. 4.
 Ossa manubria cultellorum. Lucret. Satyr. 11. 1. 4.
 ¶ Manubriolum, pen. corr. Diminutivum (μανηβιαριος) Celsus lib. 7. cap. 7. de ungue oculorum, Lini duo capita apprehendere: et per ea erecto ungue, si qua parte oculo inhaeret, manubriolo scalpelli diducere, donec ad angulum veniat.
 ¶ Manuleatus, pen. prod. Adiectivum (μανηβιαριος) ut Homo manuleatus, Tunica indutus manicata. Et Manuleatam tunicam dicimus, Manicas prolixiores habentem. Plaut. Pseud. 11. 4. 8. Sueton. in Calig. cap. 52.
 Manuleatus, metaphorice, pro delicato. Seneca epist. 33. Apud me uero Epicurus est et fortis: quamquam manuleatus sit.
 ¶ Manulearius, μανηβιαριος, Qui uestimenta manicata conficerebat. Plaut. Aulul. 19. 39.
 Flammearij, uolarij, carinarij, Aut manulearij, aut myrobrecharij.
 Mapalia] mapallorū (μαπαλλια) Punica lingua agrestes caesae dicuntur. Festus, Mapalia, caesae Poenicae appellatur: in quibus, quia nihil est secreti, solet solute uiuentibus obijci id uocabulum. Cato lib. 4. Originum, Mapalia uocantur ubi habitant: ea quasi cohortes rotundae sunt. Plin. lib. 5. cap. 3. 1. Nomi. et uero Nomades, a permutandis pabulis, mapalia sua, hoc est, domus palustres circumferentes. Martial. lib. 8. 4. 9. Pallidus attonitus ad plena mapalia pastor.
 Mapalia, per metaphoram. Seneca, Ego P. C. interrogare uobis permiseram: uos mera mapalia fecistis. id est, uos dissoluti fuistis, et a disciplina recessistis, inconditeque et perturbate omnia egistis. Haec Turnebus.
 Mapalia, inquit Seruius, idem significat quod Magali. A frorum caesae, sed magalia, ma producit: mapalia uero corripit. Virgil. 3. Georg. 68.
 — et raris habitata mapalia testis.
 Dispersa mapalia. Silius lib. 17. 18.
 Vacua mapalia. Lucan. lib. 2. 18.
 Mapeia] μαπεια, Sarmatiae in Asia urbs, Ptolemaeo. Vulgo Copa.
 Mappa] mappae (μαπηαι) Qua recumbentes inter scyphos et epulas utebantur, et pro se quisque afferbat. Martial. lib. 12. 29.
 At tulerat mappam nemo, dum furia timentur. Idem lib. 10. 87.
 Et uani triplices, breuesque mappae.
 Candide mappae. Stat. 1. Syll. 6. 7.
 Lunde. Stat. 4. Syll. 9. 5.
 Sordida mappa. Horat. 1. epist. 5. 5.
 Variata mappa. Martial. lib. 1. 152.
 Compefcere risum mappa. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 13.
 Mappam (inquit Quintilianus lib. 1. cap. 9.) uisum Circo nomen Poeni sibi uendicant. Vbi interpret, Cur mappam uisum Circo nomen Fabius dicit? an quod in ludis Circusibus mappa a Praetore uictori aurigae ueteri instituto mitti solebat? Martial. lib. 12. 29.
 Cretatam Praetor quum uellet mittere mappam, Praetor mappam surripit Hermogenes. Iuuen. Satyr. 12. 20.
 Interea Megalesiacae spectacula mappae. Mappa, in-

quit Budaeus, Circensium committendorum signum erat, Sueton. in Nerone, cap. 2. 2.
 Maras] apud Beroen Syriae ciuitatem ditissimus, humanus et officiosus in omnes tum ciues, tum hospites, ut scribit Erasimus. Vide Suidam.
 Marasmus] μαρσμος. Idem quod tabes, hoc est, totius corporis, uel partis alicuius sciticia, quae accidere solet, humore nativo uel caloris absumpto. Hinc febris marasmodi, a medicis appellatur hectica species, quae contingit ex febre ardente adeo propagata, ut humorem totius corporis absumat. Vide Galenum de Diff. febr. lib. 1. cap. 10.
 Marastus] uiperia dicta, a Marforum populis sumpto nomine: quia id genus maxime confectur Marstis circumferentibus; Vide Cels. lib. 6. cap. 16.
 Marathelium] μαραθηλιον, Ephesorum oppidum in Caria: cuius incolae dicuntur Marathesij. Stephan.
 Marathonia] Oppidum Thraciae, non procal ab Abdera: cuius incolae dicuntur Marathoniate. Stephanus.
 Marathon] pen. corr. (μαραθων) Campus Atticae, seu ciuitas, distans ab Athenis circiter decem millia. Et morte Icarij regis interfecti insignis: et Militiadis gloria, qui centum millia ex Darij Persarum regis exercitu prostrauit. Author Strabo lib. 9. Ouid. 7. Metam. 87.
 ¶ Marathonius, Adiectivum (μαραθωνιος) unde Taurus Marathonius dictus est, qui apud Marathonem a Theseo interfectus est. Cicero 4. Tusc. 77. et Plutarchus in Theseo.
 Virgo Marathonia, Erigone. Stat. 5. Syll. 3. 15. id est, Atticae a Marathonio campo Atticae.
 Marathos] μαραθος, Vrbs est Phoeniciae apud Melam, lib. 1. cap. 12. Haec hodie uocatur Margath, ut scribit Olinarius in Melam.
 Marathrum] pen. corr. (μαραθρον) Herba, quam Latini foeniculum uocant. Plin. lib. 20. cap. 10. 3.
 ¶ Marathrites, pen. prod. (μαραθριτης) uinum, eo modo dictum, quo Aromatites, nempe quod Marathrum infusum habet: ualeatque ad uisus imbecillitatem adiuuandum. Columella lib. 22. cap. 35.
 Marathus] marathi, pen. corr. (μαραθ) Herba, cuius meminit Ouidius de medicamine facit, his uerbis,
 Profuit et marathos bene olentibus addere myrrhis.
 Marathusa] μαραθουσα, Insula quaedam, a copia foeniculi sic dicta, quae et Giacomonia dicitur. Est oppidum Plinio lib. 4. cap. 12.
 Marcella] Nomen mulieris Romanae, quae quum a matre rogata esset, gaudereme se nupsisse, ita ualida, respondit, ut amplius nolim.
 Marcellus] μαρκελλος, nomen uiri clarissimi Romani principum, cuius gesta et a Plutarcho, et ab alijs scripta sunt. Hic Gallorum ducem, singulari certamine fudit, spolia laegit, Annibalem uinci docuit, Syracusas per tres annos expugnauit, quinque Consul. In fidijs Annibalis deceptus, magnifice sepultus fuit. Horat. 1. Carm. ode 12. 10.
 Crescit occulto uelut arbor aëno Fama Marcelli.
 Ferox Marcellus. Claud. 1. in Eutrop. 92.
 Loquax Marcellus. Lucan. lib. 1. 64.
 ¶ Marcella, Festa quaedam instituta Syracusis, in honorem Marcelli, quod is Siciliam optime rexisset. Horu meminit. Cic. 4. Verr. et Cels. lib. 18. cap. 12.
 ¶ Marcellus, ut Plutarchus tradit, est Bellicosus, id est, et hoc est, Martius. Puto autem Marcellum dictum esse quasi Martellum, id est, paruum Martem. Eo plebeia gens Claudia cognomine usi est. Annotauit Sigonius.
 Marceo] marces, marciu (μαρκεος) marcere, Putrescere. Martial. lib. 5. 129.

Marces

Marcentes tibi porrigentur iua.
 Marcere uino, et Torpore, inertia et ignauia teneri, inquit Budaeus, unde etiam Luxuria marcere dicimur. Liu. 3. bel. Pun. 208.
 Epulis marcere. Claud. de bello Get. 7. 4.
 Marcet animus. Celsus lib. 2. cap. 2.
 Corpus marcet annis. Lucret. lib. 3. 193.
 Syllus marcet comis. Stat. 5. Syll. 5. 6.
 Venere marcent. Lucan. lib. 4. 67.
 Vir marcet ab annis. Ouid. 1. Amor. eleg. 13. 9.
 Marcere, absolute, pro, aetate confectum esse. Lucret. lib. 3. Omnia per fructus uitae premia marces.
 ¶ Marces, Particip. (μαρκεος) Plin. lib. 9. cap. 45. 1. Allas marcentis similis, et iactari se passa fluctu algae uice.
 Arma marcentia. Silius libro 15. 147. id est, hominis marcentis.
 Colla marcentia. Stat. 2. Thebaid. 127.
 Gutture marcentia. Ouid. 7. Metam. 63.
 Pocula marcentia. Stat. 4. Syll. 6. 12.
 Potorem marcentem recreare. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 12.
 Vifa marcente. Senec. Agamem. 8. 2.
 ¶ Marcesco, marcescit, marcescit (μαρκεω, μαρκεω) marcescere, Putrescere. Plin. lib. 10. cap. 48. 2. Corpus occise statim marcescit.
 Marcescere desidia et ocio. Languescere. Liu. 8. bel. Pun. 184. idem 3. bel. Maced. 105.
 Vno nimio marcescere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 9.
 Ocia marcescunt per inertes somnos. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 13.
 Marcescente adhuc stomacho pridiani cibi onere. Sueton. in Calig. id est, languescente, inquit Budaeus.
 ¶ Marcidus, pen. corr. Adiect. (μαρκεος, μαρκεος) Putrescit: id est, marcidus, quae et tabes dicitur. Celsus de Leithargo, lib. 3. 20. 1. In hoc marcor, et inexpugnabilis penes dormiendi necessitas.
 Turbis marcor. Stat. 10. Thebaid. 53.
 Marciopor] penult. corr. marcioporis, pen. corr. m. g. (μαρκεος) Marci puer, hoc est, famulus, inquit Festus. Sic Publiapor, Lucipor, et huiusmodi. Plin. lib. 33. cap. 1. 21. Singuli Marciopores, Luciporesque dominorum gentiles, omnem uitium in promiscuo habebant. Quibus uerbis significat Plinius, pricos Romanos singulis seruis contentos fuisse: quare Marciopores et Lucipores, quasi Marci pueri uel Lucij uocabantur, quasi ministri et affecle, ut Graeci παιδων uocant seruos: quod in numerosa familia postea fieri non potuit. Quintil. lib. 1. cap. 4. 20, in seruis iam intercidit genus illud nominis, quod ducebatur a domino, unde Marciopores, Publiopores. Bud.
 Marcius Sabinus] A quo Marcia gens Romae traxit originem, Numam ad regnum suscipiendum hortatus, cum eo Roman migravit. in Senatum lectus, a Numa, primus Pont. Max. creatus est. Plutarchus in Numa. Liuius Dionysius.
 Marcomani] pen. corr. (μαρκομανοι) Germaniae populi. Stat. 3. Syll. 3. 34.
 Que modo Marcomanos post horrida bella, uagosque Sarmatiam. Vide Strabonem lib. 7. qui eos uocat Marcomanos.

Marculus] pen. corr. (μαρκεος) nomen instrumenti, quo fabri ararij uti solent. Plin. lib. 7. cap. 56. 5. Tegulas inuenit Cynira Agriopae filius, et metalla eris: utriusque in insula Cypro: item forcipem, marculum, uectem, in eadem. Martial. lib. 12. 53.
 Marcus] praeponen. Marcum uero dictum uolunt, quasi Mascum, quod primus qui fuit eo praeponen, planè masculus esset. Alij a marra, quasi Marricum, deducunt, quod a rebus rusticis Romani saepe nomina capiebant. Alij Marcum putant eum esse dictum: qui Martio mense natus esset. nec eos mouet, quod Marcus, non Martius, scribatur: quando Frontinus contra Martiam aquam a Marco deducit.
 Marci municipem uides? Aenigmata dixit Seneca in Apolo-cynthosi. Existimo autem significari, Claudium Caesarem non uerum germanumque Romanum esse, sed inquilinum, quales erant municipes Ciceronis, quos tamen contēdebat ueros esse Romanos, quum municipibus diceret duas esse patrias, unam loci, alteram iuris. Claudius uero non Romae, sed Lugduni natus fuerat. Haec Turnebus.
 Mardi] Asiae populi. Plin. lib. 6. cap. 5. ad Heraclium Colchidis, Achaos, Mardos et Cercetas nominat: quoniam et apud Persas Mardi sunt, alij tamen ab his.
 Mardonius] Persa, quem quum Xerxes apud Salaminam uictus cum exercitu reliquisset, ut reliquias belli foueret, ab Arimneste Spartata saxo obrutus est. Author Plutarchus in Aristide.
 Mare] maris, neut. gen. (θαλασσα, θας, θηρ) Notum uocabulum.
 Accessus maris. Vide Acceclo.
 Aequor maris. Virg. 2. Aeneid. 156.
 Aestus maris. Vide Aestus.
 Aspera maris. Tacit. lib. 4.
 Inuisi cerula forma maris. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 3.
 Proxima maris. Tacit. lib. 3.
 Rabies calig. maris. hoc est, Intempestas. Virg. 5. Aen. 161.
 Via tuta maris. Ouid. 11. Metam. 150.
 Restagnans maris unda. Ouid. 11. Metam. 73.
 Acclimata terris maria. Stat. 5. Syll. 4. 2.
 Adueniens mare. Vide Aduenio.
 Altum mare. Catul. de Berecynthia, epigr. 58. 1.
 Ardua maria. Valer. 8. Argon. 71.
 Aspera maria. Virg. 6. Aeneid. 70.
 Auarum mare. Horat. 3. Carm. ode 29. 13.
 Commune omnibus mare. Vide Communis.
 Effusum late mare. Horat. 1. epist. 11. 6.
 Feruon mare. Catul. de Berecynthia, epigr. 58. 8.
 Fluctuosum mare. Plaut. Rudente.
 Humida maria. Virg. 5. Aeneid. 119.
 Immensum mare. Cic. 1. Tuscul. 116.
 Importuosum mare. Tacit. lib. 12.
 Inclinata maria. Stat. 4. Thebaid. 13.
 Indomitum mare. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 10.
 Infectum uenenis mare. Vide Infectio.
 Mare infernum: id est, Tyrrhenum, uel Tuscum: Mare superum: id est, Adriaticum, uel Ionium. Cicero ad Atticum, libro 9. 173. 1.
 Infusa terra maria. Vide Infundo.
 Ingens mare. Ouid. 3. Metam. 90.
 Iratum mare. Horat. Epod. 2. 2.
 Lacesitum mare. Vide Lacesso.
 Magnum mare. Lucret. lib. 2. 1. 2.
 Mediterraneum mare. Vide Medius.
 Mare medium. Virg. 4. eclog. 10.
 Procelsosum mare. Senec. Medea, 6. 7.

Profundum mare et immensum. Cic. pro Plancio, 12.
 Purpureum mare. Virg. 4. Georg. 75.
 Purpureum mare uidetur Faunio nascente. Cic. 4. Acad. 188.
 Refluum mare Oceani. Ouid. 7. Metam. 54.
 Refugum. Stat. 12. Thebaid. 127.
 Secum. Senec. Othou. 6. 17.
 Sollicitum. Virg. 4. Geor. 53.
 Tranquillum. Stat. 4. Syll. 3. 9.
 Tumidum. Virg. 8. Aeneid. 135.
 Tumuluosum. Horat. 3. Carm. ode 1. 6.
 Turgidum. Horat. 1. Carm. ode 3. 4.
 Vastum. Senec. Oedip. 14. 4.
 Veluolum. Virg. 1. Aeneid. 40.
 Ventosum. Horat. 3. Carm. ode 4. 9.
 Adornare mare. Vide Adorno.
 Aduehere per mare. Vide Adueho.
 Mare agitari et turbari ui uentorum. Cic. pro Cluentio, 109.
 Agitur mare uentis. Ouid. epist. 2. 7.
 Ambulare maria. Vide Ambulo.
 Ardet uentis mare. Florus lib. 4. cap. 2. id est, uehementissime agitur.
 Collucet mare a sole. Vide Colluceo.
 Confundere mare celo. Iuuenal. Satyr. 7. 29.
 Conglobatur mare. Vide Conglobo.
 Contrahitur mare. Ouid. 2. Metam. 52.
 Turbo conuoluit mare. Senec. Agamem. 6. 18.
 Tuto mari decurrere. Ouid. 9. Metam. 119.
 Placata maria dant uenti. Virg. 3. Aeneid. 14.
 Placidum per mare facere iter. Ouid. epist. 18. 19.
 Incerto mari ferri. Horat. Epod. 9. 7.
 Infestum mare habere. Vide Infestus.
 Atrium hyemat mare. Horat. 2. Sermon. Satyr. 2. 4.
 Planum tacet mare. Iuuenal. Satyr. 12. 7.
 Veni incubere mari. Virg. 1. Aeneid. 18.
 Ingredi mare pedibus. Vide Ingredior.
 Inuehi per mare. Vide Inueho.
 Mergit se in mari. Vide Mergo.
 Mare celo miscere. Est omnia turbare, nihilque non facere. Iuuenal. Satyr. 6. 29. Virg. 5. Aeneid. 159.
 Mollit mare. Vide Mollis.
 Mouere omnes terras, omnia maria. Vide Moueo.
 Navigare mare. Vide Nauis.
 Peragere pedibus maria. Vide Peragro.
 Per mare pergere. Vide Pergo.
 Navigabile prebere mare. Vide Nauis.
 Leua maris preteruectus. Tacit. lib. 18.
 Coortum mare seuebat. Lucret. lib. 5. 207.
 Scindere mare nauigijs. Ouid. 2. de Arte. 135.
 Secare mare. Horat. 1. Carm. ode 1. 3.
 Turbatum mare sistere. Ouid. 7. Metam. 31.
 Placidum uentis stat mare. Virg. 2. eclog. 6.
 Tremulum fit mare tenui quum stringitur aura. Ouid. epist. 11. 15.
 Suffidit mare. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 15.
 Sulcare maria. Virg. 10. Aeneid. 40.
 Vastissimum mare transire. Cic. in Pisonem, 45. Horatius de Arte, 70.
 Transilire mare. Pers. Satyr. 5. 15.
 Alta maria tumescunt. Virg. 2. Georg. 96.
 Infantum tumuit mare. Senec. Medea, 10. 6.
 Placatum uoluit per mare nauite. Horat. 4. Carm. ode 5. 4.
 Venti uolunt mare. Virg. 3. Aeneid. 40.
 Mare, aliquando pro quacumque grandi aqua usurpatur.
 Mare magnum, per excellentiam Mediterraneum mare a L.

inis appellatur. Cicero ex antiquo poeta,
 Iamque mari magno clasiss cita texitur.
 Plin. lib. 9. Intranse magno mari pontu uerno tempore gregatim. Isidorus, Mare magnum est, quod ab Occasu ex Oceano fluit. Et in Meridie uergit, deinde ad Septentrionem tendit: quod inde magnum appellatur, quia cetera maria in comparatione eius minora sunt. Hec ille. Graeci quoque *αὐχάνα* ex magnitudine uocant.
 Mare accerrimum, meretrix. Plaut. Aftin. 4. 9.
 Mare, terra, celum, di uestram fidem, fatim' ego oculis plane uideo? Plautus Trinum. 14. 61. Exclamatio est perturbati et perterriti animi.
 Mari terraeque querere id est, ubique. Plaut. Pcenul. 2. 105. Sic Cic. lib. 5. Epist. 9. ad finem, Terra marique conquirere.
 Mare, pro fluuio. Virgilius,
 Unde per ora nouem uasto cum murmure montis
 It mare prorupitum.
 Idem a Nicandro factum est, qui in Theriacis scribit,
 τὸν ἀπὸ θηνίου καὶ ἰσχυροῦ ποταμοῦ ὀφθαλμοῦ,
 ὃν ποταμὸν καλεῖσθαι. Turnebus.
 Mare, Vas capacissimum ab Solomone in templo dicatum, in sanctis literis appellatur, teste Rhodigino lib. 30. cap. 20.
 ¶ **Marinus**, pen. prod. (ἀλάριος, ἀλάριος, ἀλάριος, ἀλάριος, ἀλάριος, ἀλάριος) Quod mare incolit, uel quod ex mari est, inquit Valla: ut, Piscis marinus. Cic. 2. de Nat. deor. 61. Marini humores. Plin. lib. 10. cap. 69. 2. in marinis oftreis. Idem lib. 14. cap. 16. 3. Marina aqua.
 Concha marina. Ouid. 15. Metam. 53.
 Di marini. Ouid. 13. Metam. 204.
 Fremus marinus. Virg. 2. Georg. 32.
 Latex marinus. Ouid. 3. de Ponto. eleg. 1. 4.
 Monsira marina. Virg. 7. Aeneid. 156.
 Volucres marinae. Ouid. epist. 10. 25.
 ¶ **Maritimus**, pen. corr. (μαρμαθαλασσίου, μαρμαθαλασσίου) Quod mare accolit, uel quod ad mare est, uel quod ad mare fit, ut ait Valla: ut, Ora maritima. Gens maritima, Bellum maritimum. Cic. ad Atticum. lib. 2. 31. 9.
 Maritimus, et Remotus a mari, contraria. Cic. in Partit. 21.
 Maritimae Alpes. Plin. lib. 8. cap. 39. 2. Et apud Caesarem 3. bel. Ciuil. 17. Maritima oppida.
 Homines maritimi. Cic. 7. Verr. 55. Tamē homines maritimos non plane reformidat.
 Maritimus moribus mecum experitur, etc. Plaut. Cist. 5. 11. id est, Periculum de me facit eiusmodi, cuiusmodi quum mare iactatur uarijs fluctibus.
 Maritimum praelium. Gel. lib. 5. cap. 6.
 Vita maritima. Plaut. Bacchid. 5. 107.
 Maritimus, Quod maris est. Plaut. Rud. Fluctus maritimos. Cic. cer. 5. Tuscul. 57. Quod multas naues in omnem oram maritimam dimississet, etc. Idem 2. de Natura deorum, 198. Aestus maritimi.
 ¶ **Mare rubrum** (ὁ ἑρυθρὸς ἁγῶν) inquit Pomponius, dicitur, siue quia eius coloris est: siue quia ibi Erythras regnauit, ἑρυθρὰ δὲ ἀναστέλλει appellat, procellosum, asperum, mare profundum, et magnorum animalium magis, quam cetera capax. Vide Pomponij enarratorem Vadianum. Hebraei uocant mare Suph, hoc est, procellosum, uel cariosum, seu fruticosum: contenduntque pro rubro sic fuisse Latine uertendum.
 Marca] *μαρκα*, Lacus est, Alexandriam a Meridie alluens, multis Nili fossis auctus: portum habens altero, qui ad mare est, multo utiliore. Alio nomine dicitur Mareotis, ut testatur Strab. lib. 17. Stephano item Marea oppidum est, Mareotidi lacui adiacens.

Mareotis] pen. prod. Mareotidis (μαρπειδης) Lacus in Aegyptio Straboni. Plin. lib. 14. cap. 3. etiam asserit, Mareotida partem Libye Aegyptio conterminam appellari, et Mareotis populos in ea habitantes. Et Mareotis pars Epiri, in qua unum optimum nascitur: unde Mareotides uites dicitur. Virg. 2. Georg. 19.
 Sunt Thasiæ uites, sunt et Mareotides albae.
 ¶ **Mareoticus**, pen. corr. Adiectiuum (μαρπειτικός) ut Vites Mareotica. Colum. lib. 3. cap. 2. 14. Vina Mareotica, Stat. 3. Syll. 2. 5.
 Mareoticum, absolute, pro uino quod ad Mareotidem Aegypti paludem nascitur. Hor. ut. 1. Carm. ode 37.
 Mentemque lymphatam Mareotico. Athen. libro 1. *λενωσος* scribit, uinum Mareoticum esse Alexandrinum, a Marea, fonte, qui in Alexandria est, et ab urbe ei fontis uicini eiusdem nominis, appellatum: eamque urbem fuisse olim maximam, nunc esse uicam: p. uicis uerbis post, a Marone quodam, uno ex his qui cum Bacco militauerunt esse dictam.
 Marga] *μαργα* Genus terrae in modum cretae albae, qua uiuntur ad agros stercoreandos. Plin. lib. 17. cap. 6.
 Margaritæ] *μαργαρίτες*, Palmae sunt a margaritis nomen trahentes, quoniam et breues, et candidae, et rotundae sunt, acuis quam balanus similiores. Plin. lib. 13. cap. 4.
 Margarita] *μαργαρίτης*, pen. prod. (μαργαρίτης) Vnio aliis dicitur. Plin. lib. 9. cap. 35. 2. Primum ergo, culmenque omnium rerum precij margaritæ tenent. Ibidem 8. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, leuore, pondere, haud promptis rebus, in tantu ut nulli duo reperiantur indifferenti: unde nomen uniuersum Romanae scilicet imposuere deliciae. Plura. Ibidem, Cic. 6. Verr. 1. Nego ullam gemmam aut margaritam fuisse.
 Ornatus margaritarum insignis. Cic. in Orat. 43.
 ¶ **Margaritum**, margariti, pen. prod. n. g. (μαργαρίτης) Idem. Tacitus de uita Iulij Agricole, Ferē Britannia aurum et argentum et alia metalla gignit, et Oceanus margaritæ, sed iussuica et luentia.
 ¶ **Margaritarius**, margaritarij, Negotiator margaritarum. Apud Firmicum lib. 4. cap. 6.
 ¶ **Margaritifer**, pen. corr. Adiect. (μαργαρίτης) Ferens margaritæ. Plin. lib. 32. cap. 11. 5. Concharum genera, inter que et margaritiferæ cochleæ.
 Margiana] pen. prod. (μαργαριανή) regio Asiae Maioris, inchole apricitatis, ut ait Solinus, ambitu stadiorum mille quingentorum, difficilis aditu propter arenosas solitudines, in qua Antiochus Antiochiam extruxit, ut libro 10. et 11. scribit Strabo.
 Margo] marginis, pen. corr. com gen. (μαργαρίτης) Foij extremitas, inquit Sipontinus. Margo, cuiuslibet rei citia extremitas dicitur, ut ripa agri non culti. Ouid. 1. Metam. 3. Longo margine dixit. Iuuenal. Satyr. 11. 1.
 — plena iam margine libri.
 Extremo in margine rasa litera. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 5.
 Margo concha. Plin. lib. 9. cap. 33. 2.
 Margines testudinis. Plin. lib. 9. cap. 10. 3.
 Lapidem margines fluminis. Varro 3. de Rust. cap. 5. 8.
 Gramineus margo fontis. Ouid. 3. Metam. 33.
 Ripe margo. Ouid. 3. Metam. 14. 7.
 Terrarum margo. Ouid. 1. Metam. 3.
 Margines imperij. Plin. lib. 12. cap. 20. 1.
 Contineri marginibus. Quintil. lib. 1. cap. 1. 20.
 ¶ **Margino**, marginas, marginare. Liu. lib. 1. Decad. 5. Censores uias sternendas sic in urbe, glareæ extra urbem substernendas marginandasque: primi omnium locauerunt.
 ¶ **Marginatus**, pen. prod. Adiect. (μαργαρίτης) ut, Marginata

tabula, Quæ margine habet latissimū. Plin. lib. 35. ca. 12. 5.
 Margopolis] Tiulus erat Satyræ Varronis, infantiam ex professo ciuitatis in comitijs et magistratibus frentis, et honorum studio et ambitione luxuriosus et ingluuie perditus et insana, acerrime notans. Ex ea citantur nonnulla in quibusdam authoribus. Annotauit Turneb.
 Margus] *μαργαριος*, Aflis fluuius, quem Ptolemeus lib. 6. cap. 10. duobus montibus Seraphijs descendere tradit, et per Massægetes, qui Margianus uicini sunt, ac Dorbicas in Oxii amnem defertur.
 Maria] *μαρια*, Faemininum est à nomine Marius, et accentum in antepenultima habet: nam penultimam habet correptam, Claudianus de Nuptijs Honorij, 3.
 Preparat et pulchros maria, sed luce minores
 Eligit ornatus. Pro deipara uirgine uult Valla Mariam nominatio casu legi, quem admodum Abraham, indeclimabile, et accentu in ultima. Sanè apud Lucam cap. 1. ubi legitur. Et nomen uirginis, Maria: Graeci codices habent Martam, uoce et accentu Hebraeo, ut annotauit Erasimus. Inuenitur nihil fecius et Mariae in genitio, sed tunc Latine dicitur à nominatio Maria. Hebraei Mariam dicunt, duabus utique syllabis, ut Exodi cap. 15. de Aaronis sorore propheta tissa. Nos i consonantem uertimus in uocalem.
 Mariaba] *μαριαβη*, Metropolis Sabæorum est. Strab. lib. 16. Hos sequuntur, Sabæi, quorum metropolis est Mariaba.
 Marian dini] pen. prod. siue Mariandyni (μαριανδυνος) Bithynie populi iuxta Pontum. Valer. 4. Argon. 35.
 Et Mariandynium patrias penetrant ad urbes.
 Marian dymum] regio sita in Asia, Bithynie contermina, ubi Hercules Cerberum canem tricipitem deicit, quem ferunt uirus euouuisse, eamque regionem infecisse.
 Marianus] pen. prod. Ptolemeo lib. 2. cap. 4. Hispanie Baeticæ mons, uulgo Sierra Morena: saltus Castellonenfis.
 Marica] Adiectiuum à Mario. Vide Marius.
 Marica] pen. prod. (μαρικα) dea est litoris Minturnensium Horat. 3. Carm. ode 17. 2.
 Qui Formiarum moenia dicitur
 Princeps, et innantem Maricæ
 Littoribus tenuisse Lyrim. Virg. 7. Aeneid. 10.
 Hunc Faunio, et Nympha genitum Laurente Marica
 Accipimus.
 Maridunum] *μαριδυνον*, Britannie insule urbs, ut scribit Ptolemeus lib. 2. cap. 3. uulgo Caermarden.
 Marila] *μαριλα*, Languidus ignis dicitur item puluis, ac carbonum tenuissima. Vnde illud, Faber fumo oppletus et marila. Caelius lib. 2. 6. cap. 16.
 Marinus] Adiectiuum. Vide Mare.
 Marionis] *μαριωνος*, Germania ciuitas Ptolemeo, lib. 2. cap. 11. Vulgo Lunenburg. Marionis, altera Germaniæ ciuitas, Ptolemeo auctore lib. 2. cap. 11. Vulgo Sberin.
 Maris] Fluuius Agarthyrforum in Istru fluens. Hero d. lib. 4.
 ¶ **Maris**, maridis, m. g. mensura est sex capiens cotylas, siue heminas sex. Vide Cal. lib. 2. 6. cap. 16.
 arisca] *μαρισκα* (σύνος ἀνισκος) Ficus insipida dicitur. Plin. lib. 15. cap. 18. 4. Ficos mariscas in loco cretoso aut aperto serito. Claud. 5. Pan. g. 51.
 — flauæque tenens querceta mariscæ Lyris.
 Mariscas, quidam dicunt esse ficus, quæ præ pinguedine aperiantur, semenque ostentant. Colum. lib. 10. 40.
 Purpureæque chelidonia, uilesque mariscæ. Mart. li. 11. 19.
 Non boletus hiare, non mariscæ
 Ridere, aut uiolæ patere possunt.
 ¶ **Marisca** (σύνος) Genus morbi, ad similitudinem fici. Iuuenal. Satyr. 2. 2. Caduntur tumida, medico ridente, mariscæ.
 Mari-

Mariscum] marisci, n.g. uel mariscus, masc. g. Genus iuncti. Plin. lib. 21. cap. 18. 1.

Maritimus] Vide Mare.

Maritus] mariti, pen. prod. masc. gen. (ἀνὴρ, ἀνδρῶν, ἀνδρῶν) uxoris uir. Plaut. Casin. 2. 5. 5. Quid agis marite, mi uir, &c.

Maritus de gallinaceo, Colum. lib. 8. cap. 5. Rarior est in his aubus maritis bonitas.

Maritum esse, & Nubere, correlatiua. Cic. 1. de Inuent. 68.

Ignara puella mariti, Virgo. Horat. 2. epist. 1. 2. 7.

Sororis maritus. Cic. pro Rab. perduel. reo. 5.

Iura uiolata mariti. Ouid. 2. de Arte, 77.

Durus maritus. Ouid. epist. 4. 29.

Iuuenis maritus. Horat. 3. Carm. ode 11. 8.

Novus maritus. Plaut. Casina, 18. 3. Vide Nouus.

Captare maritos. Catul. in Epital. Iulie, 56. 12.

Somno maritorum infidari. Cic. 1. in Catil. 19.

Maritum esse. Plaut. Casina, 6. 12. Plinius epist. 1. 4. 4. 4. Intra, quartum & uicesimum annum maritus: & si deus admisisset, pater.

Olentis uxores marititid est, caprae. Horat. 1. Carm. ode 17. 2.

Marite, mulieres nuptae. Ouid. in Epist. Medee, Forsitan & stultae dum te iactare marite Queris. Id est, uxori. Horat. Epod. 8. 3. Nec sit marita quae rotundioribus Ornata baccis ambulet.

Castae marite. Ouid. 2. Fast. 2. 8.

Maritae etiamnum arbores dicuntur, ad quas uites aut alia id genus applicantur: quasq; suis clauiculis complectuntur. Plin. lib. 14. cap. 1. Colum. lib. 11. cap. 2. 2. 4. Vel si quae in agris aut uepribus singulares arbores maritae a putatoribus relictae sunt. Quintil. lib. 8. cap. 3.

Maritum oliuetum. Colum. lib. 3. cap. 11. 3.

Maritae domus. Liu. 7. bell. Pun. 17. 4. Vagabatur enim cum uno aut altero comite per maritas domos dies noctesq;. Id est, per domos maritorum adulterium committebat cum maritis uxoribus.

Faces maritae. Ouid. epist. 11. 21.

Fides marita. Propert. lib. 4. eleg. 3. 3.

Foedus mariti. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 15. Hoc est, maritale.

Marita pecunia. Plaut. Epid. Pulchra & depol. dos pecunia est. p. quae quidem & depol. est non marita. Quasi dicat, Fateor pecuniam esse pulchram dotem: sed eam pecuniam quae non sit uxori coniuncta: id est, dummodo extra matrimonium habeatur.

Marito, maritas, pen. prod. (συνομιση) maritare, Locare in matrimonium. Suet. in Augusto Vesp. cap. 14. Vitellij ho- sris sui filiam splendidissime maritauit, dotataq; etiam, & instruxit. Idem, Maritandum principem cunctos suadere. Tacit. lib. 12.

Maritare, de arboribus etiam dicitur, & uitibus. Colum. lib. 4. cap. 2. 2. Qui possunt uel sua maritare statumina: uel si qua sunt iudua, in propinquo propagnibus uestrae. Idem lib. 5. cap. 6. Si teneram ulnum maritaueris, nouam sufferet: si ue tristam uitam applicueris, coniugem necabit. Plin. lib. 13. cap. 4. 7. de palmis.

Populos maritare. Horat. Epod. 2. 2. Arbores intelligit.

Maritare etiam dicuntur canes. Varr. 2. de Re rust. cap. 9. 9. Tamen dicitur catulire, id est, ostendere se uelle maritari.

Maritari. Praegnatem fieri. Solinus cap. 36. In proximis Vlyssiponis equae lasciuunt mira fecunditate. Nam spirante Fa uonio uento concipiunt, & sitientes uiros auratam spiritu maritantur.

Maritalis, & hoc maritale, pen. prod. (μαρτυριος) Colum.

lib. 12. in Procem. 1. Maritale coniugium.

Capistrum maritale. Iuuen. Satyr. 6. 5.

Vestis maritalis. Ouid. 2. de Arte, 52.

Marius] Marius, qui septies apud Romanos Consul fuit. Hunc Arpinatē fuisse aiunt, humili loco natum, nouum hominem, aratorem, qui in uilla Ciuentate (ut ait Plutarchus) uita diu uixit rustica planē & agrestem, procul ab urbanis munditijs. Hic per ordinē primis honoribus functus, legatus, Metello in Numidia criminando Consulatum adeptus, lugurthā captū ante currū egit, in proximū annū Consul utro factus. Cimbro in Gallia apud aquas Sextias, Teutonas in Italia uicit, deq; his triumphauit. Victus a Sylla in Italia nis in palude latuit: inuentus & in carcerē coniectus, immis sum percussorem Gallum, uultus auctoritate deterruit: ac ceptaq; nauicula in Africam traiecit, ubi diu exulauit. Mox Cimiana dominatione reuocatus, cessis inimicis, septimo Consulatu (ut quidā ferunt) uoluntaria morte decessit. Hic quum in curiis uarices haberet, praebuit uaricosum crus medico secandaū. Et dum secaretur, neq; suspicans, neq; sita pericula cōtrahens, pertulit sectionē, fixisq; oculis spectauit cruciabilem curationem. Quumq; medicus alterū crus secare uellet, minime assensum praebuit, dicens, Curationem tanto dolore dignam esse non arbitror. Habuit filium Marium nomine: qui quum esset uiginti septem annorum, Consulatum inuasit, quem honorem mater tam immaturum se uit. Hic patri se uicta similit, Curiam armatus obsedit, & inimicos trucidauit, tandem se iugulandum praebuit.

Marij multi fuerunt, de quibus Virg. 2. Georg. 3. 4. — Volcosq; uerutos Exulit: haec Decios, Marios, Magnosq; Camillos. Vide Volaterranum.

Marianus, pē. prod. Adiect. (μαριανος) Cic. 3. de lege Agrar. 5. Quid ergo ait Marianus Trib. pleb. qui nos Syllanos in inuidiam rapit? Propert. lib. 3. eleg. 3. 9. Marianum signum.

Mariani multi. Vide Mulus.

Mariani colonia, Corsicae insulae ciuitas ita dicta a C. Mario septies consule, qui eō coloniam deduxit. Author Plin. libro 3. cap. 6.

Marianus fossae, Narbonensis provinciae oppidum est, quod hodie Aquas mortuas uocant: ita dictum a uicina fossa a C. Mario ad mare usq; ducta. Vide Ptolem. lib. 2. cap. 10. Plin. lib. 3. cap. 4. & Strab. lib. 4.

Marium] teste Stephano, urbs fuit Cypri, quae mutato nomine postea Arsinoc est uocata. Catullus masculinē protulit his uerbis, Quae sanctum Idalium Mariosq; apertos. In Arsinoc autem Veneris erat templum & lucus. Sed & Plin. lib. 5. cap. 31. Marium cum Idalio coniungit. Quod autem Arsinocem a Mario separat, a Stephano non discrepat. Nam ut Strabo narrat, duplex est Arsinoc in Cyprio.

Marmarica] pen. cor. (μαρμαρικη) regio Aegypti & Libyae uicina, auctore Ptolemaeo lib. 4. cap. 5. Hodie Barca.

Populi Marmarici. Silius lib. 3. 139.

Marmaricæ] pen. corr. (μαρμαρικη) teste Plinio, populi sunt Africae, Aegypti contermini, qui & usq; ad maiores Syrtis protenduntur. Solino populi sunt supra Garamantes contra noxium uirus in credibili corporis firmitate muniti: Psylli dicti, quia nimio calore solis nudi incedunt. Vide de Psylli.

Phalanx Marmaridum. Silius lib. 5. 37.

Marmaridæ Psylli. Lucan. lib. 9. 179.

Marmaridæ medicum uulgus. Silius lib. 3. 60.

Marmaritis] pen. prod. (μαρμαριτιος) marmaritis, fem. gen.

Herba, de qua Plin. lib. 2. 4. cap. 17. Aglaophotim herbam, quae admiratione hominum propter excimium colorem accepit nomen, in marmoribus Arabiae nascentem, Persico latere. Quae de causa & marmariti uocari. Magos uisq; ea uti, quum uelint deos euocare.

Marmarax] marmaris (μαρμαριος) Vnus fuit ex prociis Hippodamiae, omniumq; primus ab Oenomaio necatus, cuius ex quo tradunt uocatas Partheniam & Eripham, quas quum item iugulasset Oenomaus, iussit sepeliri: a Parthenia uero impositum stium nomen. Refert Cael. lib. 2. 1. cap. 2. 2.

Marmessus] Mars est, Romanorum lingua, ait Lycophronis interpres. Barbarus autem hic, inquit, haud contentus alijs, etiam Romanis scribit. Nam Romani & bellaces Marmessus dicunt: sicuti memorant Diodorus uel Dion. Hec ille.

Marmor] marmoris, pen. cor. neut. gen. (μαρμαρος) Genus lapidis, cuius diuersae sunt species. Vide Plinium.

Nitor marmorum. Vide Niteo.

Templum de marmore. Virg. 4. Aeneid. 9. 2.

Candens marmor. Lucret. lib. 2. 153.

Deformata marmora prima manu. Quintil. lib. 2. cap. 19. 3.

Inscisa notis marmora. Horat. 4. Carm. ode 8. 3.

Leue marmor. Virg. 7. eclog. 7.

Mydonium marmor. Ouid. epist. 2. 1. 29.

Numidicum marmor. Vide Numidia.

Parium marmor malleum rude. Quintil. lib. 2. cap. 19. 3.

Solido de marmore templa. Virg. 6. Aeneid. 14.

Non in omni marmore necesse est inesse Praxitelia capita. Cicero 2. de Diuin. 71.

Expolire marmor. Quintil. lib. 2. cap. 19. 3.

Incidere in marmor. Vide Incido, pen. prod.

Inleno luctantur marmore tonsa. Virg. 7. Aeneid. 6.

Nobilissimum marmore Praxitiles. Vide Nobiliss.

Simulacrum est marmore. Cic. pro Domo sua, 86.

Secura marmora. Horat. 2. Carm. ode 18. 4.

Pario marmore purius splendens. Horat. 1. Carm. ode 19. 2.

Infidum remis impellere marmor: id est, equor. Virg. 1. Georg. 51.

Marmoreus, Adiect. (μαρμαριος) Quod ex marmore est. Plin. lib. 31. cap. 2. 9. Varro auctor est, Titium quendam Praetura functum, marmorei signi faciem habuisse propter id uitium.

Aequor marmoreum. Virg. 6. Aeneid. 14. 6.

Candor marmoreus. Lucret. lib. 2. 153.

Ceruis marmorea. Virg. 4. Georg. 103.

Collum marmoreum. Ouid. 4. Fast. 27.

Columnae marmoreae. Cic. pro Domo sua, 49.

Domus marmorea. Tibul. lib. 3. eleg. 2. 5.

Gelu marmoreum. Ouid. 4. Fast. 18. 5.

Opus marmoreum. Ouid. 4. Metam. 13. 5.

Palma marmorea. Ouid. 3. Metam. 97.

Paruimenta marmorea. Cic. 2. de Legib. 2.

Pedes marmorei. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 3.

Pollex marmoreus. Ouid. 13. Metam. 161.

Signum marmoreum. Cic. 6. Verr. 1.

Sola marmorea. Cic. in Parad. 62.

Testa marmorea. Cic. in Parad. 14.

Tumulus marmoreus. Ouid. 14. Metam. 88.

Marmoratus, pen. prod. Adiect. (μαρμαριωτος) Quod superficium tantum ex marmore habet. Varro 1. de Re rust. cap. 57. 1. Parietes, & solum opere tectorio marmoreo locantur. Stat. 4. Syll. 3. 10.

— pariterq; se leuarat Ingenti plaga marmorata dorso.

Marmoratum, pen. prod. substantiue dixit Varro lib. 3. de Re rust. cap. 7. 3. pro eo quod est ex marmore, luto & calcē factum, intrinsecus quasi leuissimo marmore, toti parietes ac cameræ oblinuntur: & Plinius lib. 36. cap. 23. 3. Experimentum marmorati est in subigendo, donec ruo non cobereat.

Marmorata laudes, dicuntur quando in alicuius honorem decernuntur statuae marmoreae, uel quid aliud simile. Cic. pro Archia, 16.

Marmoratio, marmoratio, fem. gen. (μαρμαριωσις) Ex marmore constructio. Apul. lib. 3. Flor. Quid igitur superest ad statuae meae honorem? pauimentum marmoratio, nec pro scene contabulatio, &c.

Marmorosus, pen. prod. (μαρμαριος) Aliud adiectiuum, Quod marmoream firmam uel duritiem habet. Plin. lib. 35. cap. 6. 9. Fit & Romae cremato file marmoroso & resimato aceto.

Marmorarius, Qui marmora uel fecat uel polit. Seneca epist. 89. Non enim adducor, ut in numerum liberalium artium pictores recipiam, nō magis quam statuarios, marmorarios, aut ceteros luxuriae ministros.

Marnas] Iupiter dictus, et hoc nomine Gazae cultus fuit, quae uox Cretensis indicat uirginem. Hieronymus, Gazae Marnas luget inclusus. Meminit idem auctor in enarrationibus in Esaiam.

Maro, μαρως, ut quidam uolunt, opifex figulus: sine ut plures, magi cuiusdam mercenarius: pater P. Virgilij, cui etiamnum Maronis manet cognomen.

Alifoni Maronis carmina. Iuuenal. Satyr. 11. 18.

Toruius Maro. Stat. 5. Syll. 3. 13.

Maro item optimus uinitor fuit, comes expeditionum Osti- ridis, quem aetate pronectum, ut Diodorus scribit, in Thracid reliquit. Maroneq; conditor urbis fuit. De hoc forsitan intelligi possit illud Propertij, Flumina sopito quaeq; Marone cadunt.

Maroneus] pen. prod. (μαρωνιος) Adiectiuum a Marone. Stat. 4. Syll. 4. 11. Maroneum templum.

Maronea] μαρωνια, Ciconum urbs uino laudata: cuius meminit Homerus. Hinc Maroneus adiectiuum: ut, Maroneus Bacchus, id est, uinum ex Maronea urbe. Tibul. ad Messalam, lib. 4. 12.

Marpesius] pen. prod. (μαρπησιος) mons est in Paro insula, a quo Marpesiam cauent, id est, lapidem Parium, dixit Virgilius 6. Aeneid. 95. Seruius.

Marphadates] fuit Cappadociae regulus, ad quem quum filius Catonis Vticensis diuertisset, uxorem eius quam Psyphen appellabat, corrupit: unde existit iocus Porcius, et Marphadates φθορ ἄβο, ψυχὴ ἀτακιδ est, amici duo, anima una. Itē generosus & illustris Cato βασιλευς ψυχῶν ἄβω: erat enim rex Marphadates. Refert Plutarchus inuita Catonis, & post eum Caelius lib. 2. 4. cap. 9.

Marpissa] μαρπησια, fuit teste Homero lib. 9. Iliad. filia Eueni, & speciosa inter paucas nymphea: quae cum raperetur ab Apolline, eius uir Idas arcu, sagittisq; sumptis, Apollinem inuadere nō dubitauit. Quam, postquam rapta est, parentes Halcyonem cognominauerunt: quod mater eam domi deflebat sortita luctuosum ac flebile Halcyonis fatum.

Marra] Instrumentum ferreum ad excidendas herbas. Columella lib. 10. 7.

Tu penitus maris eradere uiscera matris Ne dubita. Iuuen. Satyr. 3. 31.

Ne marre & sarcula desint. Plin. lib. 18. cap. 16. 6.

Marrhes] μαρρησιος, fuit Aegypti rex, qui cornicem impendit mitem ac prorsum habuit cicurem, educationis solertiore cura

cura eò prouectam insuefactamq; ut pterophori cursorisq; uice fungeretur. Quo enim concupisset alter, ceu rationis planè compos, epistolas de ferebat, commonita noscens calidè, quã transuolandum, quòne dirigendus impetus, ac ubi sidendum foret interquisiscendum. Quamobrem obsequio miti adeo, ac nullius stipendij indigo & utcuque parato, quum obisset, digna à rege habita est, quæ sepulcro statuaq; honoraret: ut, propagandæ in æuum longius facti tā inopinabilis, rarenterq; auditi. Hec Cæl. Rhodig. lib. 2. 5. cap. 28. ex Græcorum monumentis.

Marrubij] Populi fuerunt Italiae, circa Fucinum lacum habitantes, sic dicti uel à rege Matrudio, uel quòd circa mare habitent. Virg. 7. Aeneid.

Quin & Marrubia uenit de gente sacerdos. Marrubium] marrubij (μαρρυβιον) Plin. lib. 20. cap. 22. Marrubium pleriq; inter primas herbas commendauere, quod Græci prafion uocant, alij limostrophon, nonnulli philope-da aut philocharis, notius quàm ut indicandum sit. Huius folia semenq; contrit. profunt contra serpentes, pectorum & lateris dolores, tussim ueterem.

Marrucini] pen. prod. (μαρρυκωνοι) populi quorum meminit Strabo lib. 5. Plin. lib. 15. cap. 19. 4. Græcis simpliciter scribitur.

Domus Marrucina. Silius lib. 17. 92.

Gens Marrucina. Silius lib. 15. 112.

Mars] μαρς, οὐρανός, deus belli: dictus quòd maribus in bello praesit, siue quòd à Sabinis acceptus est, apud quos Marmers uocatur: à poetis Mawors, quòd magna ueritat, per epenibem dicitur.

Arma horrenca Martis. Virg. 1. Aeneid. 1.

Opus graue Martis. Virg. 8. Aeneid. 104.

Belliger Mars. Seneca Hippol. 6. 15.

Dubius medijs Mars errat in armis. Virg. 2. Georg. 57.

Duri Martis arma. Virg. 10. eclog. 9.

Indomitus Mars. Virg. 2. Aeneid. 88.

Noxter Mars. Virgilius,

Sin nostrum annuerit nobis uictoria Martem.

Mars illorum esse uidetur, quibus fauet, qui uictoriam obtinēt: ut econtrario non uidetur esse illorum, quibus aduersatur, quiq; uincuntur. Sensus igitur est huius carminis, Si Mars nobis fauerit, uictoriamq; dederit. Monuit Turnebus.

Toruus Mars. Horat. 1. Carm. ode 28. 4.

Mars, pro ipso bello. Quintil. lib. 8. cap. 6, Vario Marte pugnatum, eruditus est sermo.

Amantes Martis Iberi. Silius lib. 16. 22.

Rigidi certamina Martis. Ouid. Metam. 4.

Ancipis Mars. Liu. lib. 1. Decad. 3.

Aperii copia Martis. Nulla fuit. Ouid. 13. Metam. 42.

Cæco Marte resistit. Virg. 2. Aeneid. 67.

Cruentus Mars. Horat. 2. Carm. ode 14. 3.

Ferox Mars. Ouid. 13. Metam. 3.

Impius Mars. Virg. 1. Georg. 103.

Incertus Mars. Tacit. lib. 20.

Sanguineus Mars. Ouid. 1. de Remed. amor. 31.

Accendere Martem cantu. Virg. 6. Aeneid. 33.

Acuere Martem. Vide Acuo.

Marte suo cadere. Ouid. 3. Metam. 25.

Inuadunt Martem clypeis, atque uere sonoro. Virgil. 12. Aeneid. 143.

Infano Marte petere urbem. Claud. de bello Get. 102.

Collato Marte, & enimus pugnare. Vide Eminus.

Notum Martem tentare. Silius lib. 15. 70.

Mars communis. Hoc dicto incertum ac uarium belli euentum notabant ueteres. Cic. in Philipp. Sed ut concedam incerta

tos exitus esse belli, Martem communē: tamen pro libertate, uita periculo decernendum. Idem 3. de Orat. 92.

Noxter Marte rem aliquam peragere dicimur, quoties nostro pte ingenio, proprijsq; uiribus, aut etiam nostro periculo eam rem peragimus. Cic. 3. Offic. 43. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, sed ut dicitur, noxter Marte. Idem 5. Verr. 8. Ex Erasmo.

Adminiculis alterius, & Suo Marte aliquid explore, cōtraria. Cic. 3. Offic. 44.

Forensis Mars, Eloquentia. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 6.

Stella Martis quatuor & uiginti mensibus, sex diebus minus, lustrat orbem. Cic. 2. de Nat. deor. 76.

Rapax Mars. Propert. lib. 4. eleg. 1. 17. De stella Martis.

Martius, Adiect. (μαρτιος, μαρτιος) Ad Martem perimens: ut Martia auis, Marti dicata. Ouid. 3. Fast. 8.

Bella Martia. Ouid. 3. Fast. 47.

Calendæ Martiæ. Cic. Attic. lib. 8. 147. 5.

Martius campus. Liu. Ager Tarquiniorum, qui inter urbem et Tyberim erat consecratus Marti, Martius deinde campus fuit. Cic. pro Rab. perd. 70. 7.

Canor Martius ranci eris. Virg. 4. Georg. 15.

Castra Martia. Tibull. lib. 1. eleg. 2. 14.

Certamen Martium. Horat. 4. Carm. ode 14. 4.

Horror Martius. Claud. 2. de raptu Proserp. 30.

Legio Martia. Cic. 4. Philipp. 155. Quid legio Martia, qua mihi uidetur diuinitis ab eo deo traxisse nomen, à quo pop. Romanum generatum accepimus, &c.

Martius mensis (μαρτιος μηνος) dictus est primus mensis anni: quoniam Romulus primum anni mensē genitori suo dicauit. Ouid. 3. Fast. 15. Plin. lib. 11. cap. 3. 5. Disfrantur in Martium mensē callosæ.

Miles Martius. Ouid. 14. Metam. 160.

Vulnera Martia. Virg. 7. Aeneid. 37.

Marticola, pen. prod. (μαρτιος κολο) Qui Martem colit. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 5.

Nec patria est habitata tibi, sed ad usq; niuosum Strymona uenisti, Marticolamq; Getem.

Martigenus, pen. corr. Adiectiuum (μαρτιογενος) Plautus Amphit. 15. 15.

Martigena ille aggressus belluam magnus Europæ quæstor, anguineo Repente hoste s' peperit seminio.

Martigena, penult. corr. (μαρτιογενος) Qui ex Martendatus. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 8.

In qua Martigena non sunt fides crimine nati, Romulus Iliades, Iliodesq; Remus.

Quirinus Martigena. Ouid. 1. Fast. 40.

Martianus, pen. prod. Adiect. (μαρτιανος) ut, Fœdus Martianum, omni Marte sanctius. Cic. pro Corn. Balb. 31.

Martialis, et hoc Martiale, pen. prod. (μαρτιος, μαρτιος) Qui natus est sub Marte stellacuel qui Marti seruit. Cic. pro A. Cluatio. 32. Martiales quidam Larimi appellantur ministri publici Martis, atq; ei deo ueterib. institutis religionibusq; Larinatum consecrati.

Flamen Martialis. Cic. de Arusp. resp. 10.

Lupi Martiales. Horat. 1. Carm. ode 17. 2.

Marsi] Populi in Scythia, & ait Herodotus lib. 4.

Marsi] μαρσοι, populi in Italia ultra Picenum, Samnites uerysus, à Marso Circe filio, à quo originem duxerunt, distictus eius populi Marsi sunt uocati, non longe ab Vrbe. Cic. pro Domo sua, 89. Quin Marsis natus est, etc. Plin. lib. 7. cap. 2. 6. & in Proœmio lib. 25.

Marsus] Circes filius, à quo Marsi, quibus ut quadam genti tali datum est, ut serpentium uirulentorum domitores sint: & incantationibus, herbarumq; succis faciant medelarum miracula. Refert Gell. lib. 16. cap. 11.

Marsus, Adiect. (μαρσος) ut, Nenia Marsa, Horatius Epod. 17. 6.

Cantus Marsi. Ouid. de Medicamine faciei, 8.

Nicus Marsæ. Stat. 1. Sylu. 5. 6.

Voces Marsæ. Hor. Epod. 5. 17.

Marsicus, pen. corr. Adiect. (μαρσικος) ut, bellum Marsicū. Cic. 2. de lege Agrar. 89.

Marsica uina, & Marsica cepa. Colum. lib. 12. capite 10. 1. Et lib. 2. cap. 9. 6. Marsicæ fabæ. Nam Marsica sunt & Marsicis montibus.

Marsia] siue Marsias (μαρσιας) fluuius Apameam prætestuens: cuius meminit Claudianus 2. in Eutropium, 54.

Marspiter] pen. corr. (μαρσιος πατριος) Martis pater: sicut Diespiter, diei pater: teste Gellio lib. 5. cap. 12.

Marsupium] marsupij (μαρσυπιον) Sacculus nummari, uel hoc est, in quo nummi reconduntur. Plaut. Epid. 5. 3. — acutum cultrum habeo.

Qui seni exenterem marsupium. Varro de re Rust. lib. 3. cap. 17. 2. Magis ad oculos pertinent, quàm ad uesciam: & potius marsupium domini exaniunt, quàm replent.

Nunatum marsupium. Vide Numus.

Inspicere marsupium. Vide Inspicio.

Marsyas] Peleus historicus, nutritus unã cum Alexandro magno. Scripsit res Macedonicas libris decem, à primo rege usque ad Alexandrum. De rebus Atticis libros duodecim. Marsyas Philippius item historicus. Marsyas, Tabenus, qui scripsit de Tranquillitate libros 12. Fabula libris septem, & quadam alia de patria sua. Auctor Suidas.

Marsyas] Marsye, Phrygæ tibicen, qui tibijs à Mimerua primini inuenit, deinde abiecit, cum Apolline certauit, à quo uictus & excoartatus est. Ouid. lib. 6. Fast. 242. Est & Marsyas, Phrygiæ fluuius, ab huius nomine dictus, quòd nympharum lachrymis Marsyam de flentium creuisset: ut est apud Ouidium.

Martes] huius martis, scem. gen. Animal notum è genere multissimo, cuius pellis magno habetur in precio. Mart. lib. 10. epigr. 37. ad Maternum, Venator capta Marte superbus adest.

Martia] Martia, scemini generis, Aqua urbis Romæ. Plinius lib. 31. cap. 3. 11. Clarissima aquarum omnium toto orbe, frigoris salubritatisq; palma, preconio urbis, Martia est, inter reliqua deum munere Vrbi tributa. Vocabatur hæc quondam Aufcia, fons autem ipse Piconia. Oritur in ultimis montibus Pelignorum, transit Marsos, & Fucinum lacum, Romam non dubiè petens. Mox specu mersa, in Tyberina se aperit 1 x. m. pass. fornicibus structis producta. Primus eam in urbem aducere auspicatus est Ancus Martius, unus è regibus, postea Qu. Martius Rex in prætura, rursusq; restituit Marcus Agrippa. Idem & Virginem adduxit ab ostia uilapudis diuerticulo 11. m. passuum Prænestina uia. Iuxta est Herculeus riuus, quem refugiens Virginis nomen obtinuit. Horum amnium comparatione differentia supradicta deprehenditur, quum quantum Virgo tactu, tantu præstet Martia haustu.

Martia] Catonis filia minor. Que quum quererentur ab ea, cur post amissum maritum denud non nuberet. Respon-dit, non se inuenire uirum qui se magis uellet; quàm sua: Quo dicto, ostendit diuitias magis in uxoribus eligi solere, quàm pudicitiam.

Martialis, Martianus, Martius, Adiectiuum.] Vide Mars.

incantationibus, herbarumq; succis faciant medelarum miracula. Refert Gell. lib. 16. cap. 11.

Marsus, Adiect. (μαρσος) ut, Nenia Marsa, Horatius Epod. 17. 6.

Cantus Marsi. Ouid. de Medicamine faciei, 8.

Nicus Marsæ. Stat. 1. Sylu. 5. 6.

Voces Marsæ. Hor. Epod. 5. 17.

Marsicus, pen. corr. Adiect. (μαρσικος) ut, bellum Marsicū. Cic. 2. de lege Agrar. 89.

Marsica uina, & Marsica cepa. Colum. lib. 12. capite 10. 1. Et lib. 2. cap. 9. 6. Marsicæ fabæ. Nam Marsica sunt & Marsicis montibus.

Marsia] siue Marsias (μαρσιας) fluuius Apameam prætestuens: cuius meminit Claudianus 2. in Eutropium, 54.

Marspiter] pen. corr. (μαρσιος πατριος) Martis pater: sicut Diespiter, diei pater: teste Gellio lib. 5. cap. 12.

Marsupium] marsupij (μαρσυπιον) Sacculus nummari, uel hoc est, in quo nummi reconduntur. Plaut. Epid. 5. 3. — acutum cultrum habeo.

Qui seni exenterem marsupium. Varro de re Rust. lib. 3. cap. 17. 2. Magis ad oculos pertinent, quàm ad uesciam: & potius marsupium domini exaniunt, quàm replent.

Nunatum marsupium. Vide Numus.

Inspicere marsupium. Vide Inspicio.

Marsyas] Peleus historicus, nutritus unã cum Alexandro magno. Scripsit res Macedonicas libris decem, à primo rege usque ad Alexandrum. De rebus Atticis libros duodecim. Marsyas Philippius item historicus. Marsyas, Tabenus, qui scripsit de Tranquillitate libros 12. Fabula libris septem, & quadam alia de patria sua. Auctor Suidas.

Marsyas] Marsye, Phrygæ tibicen, qui tibijs à Mimerua primini inuenit, deinde abiecit, cum Apolline certauit, à quo uictus & excoartatus est. Ouid. lib. 6. Fast. 242. Est & Marsyas, Phrygiæ fluuius, ab huius nomine dictus, quòd nympharum lachrymis Marsyam de flentium creuisset: ut est apud Ouidium.

Martes] huius martis, scem. gen. Animal notum è genere multissimo, cuius pellis magno habetur in precio. Mart. lib. 10. epigr. 37. ad Maternum,

Venator capta Marte superbus adest.

Martia] Martia, scemini generis, Aqua urbis Romæ. Plinius lib. 31. cap. 3. 11. Clarissima aquarum omnium toto orbe, frigoris salubritatisq; palma, preconio urbis, Martia est, inter reliqua deum munere Vrbi tributa. Vocabatur hæc quondam Aufcia, fons autem ipse Piconia. Oritur in ultimis montibus Pelignorum, transit Marsos, & Fucinum lacum, Romam non dubiè petens. Mox specu mersa, in Tyberina se aperit 1 x. m. pass. fornicibus structis producta. Primus eam in urbem aducere auspicatus est Ancus Martius, unus è regibus, postea Qu. Martius Rex in prætura, rursusq; restituit Marcus Agrippa. Idem & Virginem adduxit ab ostia uilapudis diuerticulo 11. m. passuum Prænestina uia. Iuxta est Herculeus riuus, quem refugiens Virginis nomen obtinuit. Horum amnium comparatione differentia supradicta deprehenditur, quum quantum Virgo tactu, tantu præstet Martia haustu.

Martia] Catonis filia minor. Que quum quererentur ab ea, cur post amissum maritum denud non nuberet. Respon-dit, non se inuenire uirum qui se magis uellet; quàm sua: Quo dicto, ostendit diuitias magis in uxoribus eligi solere, quàm pudicitiam.

Martialis, Martianus, Martius, Adiectiuum.] Vide Mars.

Valerius Martialis] οὐρανός, μαρτιος, in Hispania Bilbili, nobili Celtiberie oppido natus est, patre Frontone, matre Flacilla. Venit ad urbem Romam studiorum gratia, tenuiq; suppellectile contentus, in literis duntaxat uersatus est. Huius meminit & Plinius iunior ad Cornelium Priscum, libro 3. epistol. 21. adscribens uersus aliquot ipsius Martialis.

Martio barbui] Lasciua militari appellati sunt milites, qui plumbatas gerebant, quæ & ipse etiam nomine Martio barbui uocata per ludum & iocum uidentur esse, quòd quum pisces in delicijs essent, in quibus numerantur barbi & barbui, plumbatæ, quâsi non conuiuij, sed Martis barbi essent & cibi, ioculariter Martio barbui dici potuerint. Vegetius, Plumbatarum quoq; exercitatio, quas Martio barbulo uocant, est tradenda iunioribus, &c.

Martion] Smyræus medicus, teste Plinio libro 28. capite 3, Qui de simplicibus affectibus scripsit, rumpi scolopendras marmas sputo tradidit em rubetis, alijsq; ranis.

Martius] μαρτιος, nomen eius uiri, qui Ancus cogneminasus est, quartus Romanorum rex, equitate & religione suo similis. Latinos bello domuit, Auentinum & Martium montes urbi addidit, noua moenia oppido circumdedit, syluas ad usum nauium publicauit, salinarum uelutiq; instituit, carcerem primus edificauit, Ostiam coloniam martiumis comœatibus opportunam in ostio Tyberis deduxit.

Martulus] à Plinio pro malleo usurpatur. Capet Grammaticus, Martulus, inquit, à Marte, non marculus. In omnibus tamen codicibus legitur marculus, in Plinio.

Martyr] μαρτυρις, penultima correpta, com. gen. (μαρτυρις) Latine testis dicitur. Quia factum est, ut qui sanguinis sui pignore Christo diuinitatis testimonium dederunt, Martyres uocentur.

Marulus] Tribunus plebis cum Flauio, coronas Caesaris Diastatoris statui detraxit: rosq; qui primi Casarem regē saluauerant, in uincula duci iussit. Quamobrem Cesar Marulum magistratu priuauit. Auctor Plutarchus in Casare.

Marullus item poeta mimographus sub Antonino principe, apud Spartanum. Pomponius item Marullus grammaticus Rome profitebatur, sermonis Latini exactor molestissimus: quum ex oratione Tiberium reprehendisset, assermante Acteio Capitone, & esse illud Latinum, & si non esset, futurum certè: eum inde mentitur (inquit) Capito: tu enim Cesar ciuitatem dare potes hominibus, uerbis non potes. Suet. de clar. Rhet. 22.

Maron] μαρρον, Dioscoridi, herba est surculosa, flore origani, sed odoratiore, filijsq; multo candidioribus, quæ circa Magnesiæ & Tralleis copiosa gignitur. Plinius quoq; lib. 12. cap. 24. in Aegypto marum nasci tradit, sed peius quàm Lydium, maioribus folijs, ac uarijs.

Mas] maris, in g. (μαρμας, οὐρανός, οὐρανός) Cui contrarium est Foemina. Cic. 1. de Nat. deor. 192. Bestiæ aliæ mares, aliæ foeminae sunt.

Admittere mare. Vide Admitto.

Intromittere mares in feminas. Vide Intromitto.

Mutari in mare. Vide Muto.

Pârere mare. Ouid. 9. Metam. 136.

Permittere maribus foeminas. Vide Permitto.

Vitellus mas. Hor. 2. Serm. Satyr. 4. 3.

Animi mares. Hor. de Arte, 81.

Masculus, masculi, penult. corrept. masculini generis (μασκαλος) Diminutiuum, inquit Festus. Plautus Cistell. 10. 40.

Bona foemina, & malus masculus hic te uolunt.

Masculus, Adiectiuum (μασculus, ἀδίκη) pro Forti & uehementi aliquando accipitur, ut uult Nonius. Varro, Si non plus testiculorum offenderis quam in castrato pecore in Apulia, uincor non esse masculum ad rem. Apud Horatium 1. epist. 20. 6. legitur Mascula Sappho, pro uirili.

Mascula bilis. Persius Satyr. 5. 15.

Proles mascula. Hor. 3. Carm. ode 6. 8.

Masculum ihus. Plin. lib. 12. cap. 14. 8. de ihure, Quod ex eo rotunditate guttae pependit, masculum uocamus, quum aliis non ferè mas uocetur, ubi non sit femina. Masculum aliqui putant à specie testium dictum. Ouid. de medicamine faciei, 19. Virg. 8. eclog. 13.

Masculinus, pen. prod. Adiectiuum (μασculinus) Quod masculum esse ut, Rapum masculinum & femininum. Plinius lib. 18. cap. 13.

Masculina & femina uocabula dici melius est, secundum Græcorum quoque consuetudinem, inquit Festus.

Masculinè, penultima producta, Charisius libro 1. Forum neutro genere dicimus locum rebus agendis destinatum, aut quum commercium significamus. Masculinè autem, tabylata nauium, & semper pluraliter: quamuis Gellius forauit nauium neutraliter dixerit: & Lucilius negotiorum forum masculinè extulerit libro 3. Forus olim ornatus lucernis. Paulo post, Cælum quum sit neutrum, etiam masculinè ueteres dixerunt. Iterum, Vulgus inuenitur & masculinè elatum.

Masculesco, masculifecis (μασculifecis) masculifecere, Masculum fieri. Plinius libro 18. capite 13. de rapis & nabis loquens, Denflore enim fatu masculifecere, item in terra difficili.

Masculitum, penultima producta (μασculitum) Locum in quo plante uinearum mascula consistunt. Plante autem mascula sunt, quæ non subiguntur, ut palmitis alios emittant, sed alius crescunt, & in altum attolluntur. Plinius libro 17. cap. 22. 14. de uinearum putatione. Nec ueterem placet palmitem in longum, & ad quarum usque pedamentum emittit, quod alij dracones, alij unculos uocant, ut faciant que masculita appellat.

Masfalia μασφαλια, Crete fluius, Ptolemæo libro libro 3. cap. 17. Hodie Mesano.

Masaris μασαρις, Bacchi cognomen apud Caras, de cuius origine sic fabulantur: In comitatu Rheæ, cui Iupiter Bacchum alendum commiserat, mulierem fuisse, cui nomen erat Mâ: quam quum Iuno rogasset, cuius is esset puer, & hoc est, Martis, illa respondit. Quia uoce à uulgo excepta, Bacchus deinceps Masaris dictus est, quasi τὸν μὰρ ἀφ' οὐ.

Masdes Vide Mauis.

Masdorani Asiae populi, iuxta Parthiam, & Carmaniam desertam incolentes. Horum meminit Ptolemæus, libro 6. capite 17.

Masdoranus Mons Asiae, qui Parthiam ad Orientem ab Asia dirimit. Ptolem. lib. 6. cap. 5.

Masniissa μασανισσα, Numidarum rex, in Africa primum populi Roma, hostis capitalis fuit: deinde amicissimus effectus, usque ad finem uitæ perseuerauit. De quo multa Liv. 7. belli Punic. Suidas habet. Masaniissa. Ouidius 6. Fastorum, 154.

— superat Masaniissa Syphacem.

Masniissa annos nonaginta natus, quum iter ingressus erat, in equum omnino non ascendebat: quum equo, ex equo non descendebat: nullo imbri, nullo frigore adducebatur ut capite aperto esset: summa erat in eo corporis siccitas: itaque exequabatur omnia regis officia & munera. Cicero de Senectute, 30.

Maspetum pen. corr. (μασπετ) Folium laserpitij. Plin. lib. 19. cap. 3. in ea laserpitium gigni solitum, rem feram ac contumacem: & si coleretur, in deserta fugientem: radice multa, crassaque, caule ferulaceo, haud simili crassitudine. Huius folia maspetum uocantur, apto maxime similia. Vide Laser.

Massa massa (μασσα, φεραμα, πωσα) Græcis massa, farina omnis ad pinsendum macerata, & aqua subacta, quam pastam uocant.

Massa etiam significat, quicquid densum spissumue est, ad similitudinem farinae subactæ, ut Massa auris, Massa ferri, hoc est, pilæ, & ueluti moles. Columel. libro 12. capite 5. Quædam ferri massas excurrunt, ita ut ignis speciem habeant. Virgil. & Georg. 3. 4.

Ac ueluti lentis Cyclopes fulmina massis, &c.

Massam pisces urbe reportat. Virgilius 1. Georgicor. 55. de agricola.

Ardentis massa fuligo. Iuuen. Satyr. 10. 13.

Lactis massa coacta. Ouid. 8. Metam. 134.

Dura massa & pondus iners. Ouid. 3. de Arte, 44.

Nubila massa. Vide Nubes.

Massula, pen. corr. Diminutiuum (μασσυλα) Colum. lib. 12. cap. 38. Post hæc complures ex ea massule sunt, & ita per latera serie in mæstrum demittuntur, ne altera offa super alteram perueniat.

Masso, massas, massare, in massam redigere, Conglobare, coidensare. Lucret. lib. 1. 134.

Quod si forte ulla credunt ratione potesse ignes in coctus stringi, massareque corpus.

Massa μασσα, Libye fluius, Ptolemæo: hodie Massalat.

Massalyia μασσυλια, sive, ut apud Stephanum & Strabonem legitur, μασσυλια, unico & Africae regio, à Mauris Mulucha fluius (quæ Strabo Moloch ut appellat) dirèpta. Vide Strabon. lib. 17. & Plin. lib. 5. cap. 2. Huius regionis populi Massalyi uocati fuerunt, quos Plin. testatur sua ætate extinctos fuisse.

Massagetae pen. corr. (μασσαγεται) nobiles populi Scythiæ Asiaticæ, Orientem uersus, trans Araxem: quorum studium est, in sagittandi peritiam incumbere: in festissimis sunt hospitibus, neque cum uicinis populis ullam seruare diuitum amicitiam possunt, neque fidem. frumenti ac uini usum prorsus ignorant: bibunt enim lac, cum equorum admixto sanguine: ut Dionysius scribit, item Herodotus lib. 3. & Strabo lib. 11.

Massagetes, numero singulari dicitur. Claudianus 1. in Rufinum, 63.

Est qui cornipedes in poculo uulnerat audax Massagetes. Massagete Solem pro deo uenerant: quibus optimum genus mortis uidetur, si senio confecti in frustra scindantur, & cum ouillis caribus edantur promiscue: eos qui morbo moriuntur, ut impios abijciunt, & diægnos qui à feris deurentur, ut ait Strabo lib. 2.

Massaris Vna est, quæ ex uite soluestri cum flore in Africa decerpitur, medicinae tantum & odoramentis idonea. Vide Plin. lib. 12. cap. ult. & in Proem. lib. 23.

Malsia μαλσια, Stephano, Oppidum Hispaniæ ulterioris, non procul à Tartesso, circa quod lateres fiebant ex terra pumicosa, qui siccati non mergebantur in aqua. Vide Plin. lib. 35. cap. 14.

Masica Regio Bætica, Tartessys apposta. Hanc Virgilius Maxiam appellat.

Masicus pen. corr. (μασικος) Mons Campaniæ, optimi uini ferax. Docet Seruius, Masicus in plurali facere Masicos. Virg. 7. Aeneid. 145.

— uertunt felicia Baccho Masica. Silius, libro 7. 53.

Masicus uisiferis addebat nomina glebis.

Radices Masicæ. Cic. 2. de lege Agraria, 68.

Uisifer Masicus. Stat. 4. Sylu. 3. 13.

Masicus, Adiect. (μασικος) ut, Munera Masica Bacchid. Virg. 3. Georg. 206.

Hæmor Masicus Bacchi. Virg. 2. Georg. 29.

Vina Masica. Hor. 2. Serm. Satyr. 4. 11.

Masicum, masticæ, pen. corr. (μασικον) Substantiuum, dicitur ipsum uinum ex Masico proueniens. Horatius 1. Carm. ode 1. 4.

Est qui nec ueteris pocula Masticæ, &c.

Obluiofum Masticum. Horat. 2. Carm. ode 7. 5. quod faciat obliuisci curarum.

Masilia μασσαλια, secunda syllaba correpta, Gallie Narbonensis urbs, aliquando fama rerum gestarum, abundantia opum uiriumque & doctinarum gloria florentissima, quæ à Cicerone lib. 2. Offic. 39. multis uerbis laudatur: tum etiam in oratione pro Flacco, 50. De huius origine Iustinus lib. 43. multa. A Phocensibus Asiaticis conditam esse constat, qui relictus à Phocæa illa sua Phocenses dicerentur, teste Hermolao. Animanus lib. 1. 5. A Phocide (inquit) Asiaticus populus, Harpali in clementiam uitans Cyri regis præfidi, illam nauigio petit: cuius pars in Lucania uentum, aliam condidit in Viennensi Masticam. Quæ uerba ex libro decimo notium Atticarum Gellij nutatas est. De uerbis huius uerteribus inscriptis multa libro secundo Valerij. In clyti fuisse clarissimo gymnasio, in Agricola uita Tacitus testatur. Lege Strabonem lib. 4. Masilia uulgo hodie Masseille. Lucanus lib. 3. 62.

Mores Masilienses. Plaut. Casin. tanquam optimos & probatissimos dixit. Hæc uini optimi ferax fuit: unde Martialis lib. 11. 123.

Fumea Masilia ponere uina potes. A Masilia fiunt.

Masilienfis, masiliensis, Masilitanus, Masilioticus, Adiectiuum: unde Masiliensis uiri, Masilitana uina, & Masilioticum osium.

Masurinus legum interpres, Eques Romanus, tempore Tiberij Iurifconsultus non incelebris.

Masylla pen. prod. (μασσυλλα) inquit Seruius, mediterranea est pars Mauritanie: unde haud longè sunt horii Hesperidum, & mons Atlas. Virg. 4. Aen. 97.

Hinc mihi Masylla gentis monstrata sacerdos, &c.

Massyli, masyli, eius regionis populi, de quibus Virg. 4. Aen. 27.

Massylique ruunt equites, &c. Hæc gens neque ephippijs utitur, nec frenis, sed sola uirga contenta est, quæ agitet equos, & moderetur.

Masyllus, pen. prod. Adiectiuum (μασσυλλος) ut, Arua Masylla. Silius lib. 17. 13.

Oppida Masylla. Claud. 4. Paneg. 76.

Robora Masylla. Stat. 3. Sylu. 3. 19.

Masyllus, secunda producta, Adiectiuum (μασσυλλος) Idem. Lucan. lib. 4. 138.

Et gens que nudo residens Masyllia dorso Ora leui flecitur frenorum nescia uirga.

Masyllus, Aliud adiectiuum (μασσυλλος) Martialis, libro 9. 24.

Masyllus uirga gubernat equum.

Mastaura μασταυρα, Lydiæ ciuitas: ita dicta, quod in ea Rheæ Bacchi nutriti (quæ Mâ Lydis appellatur) taurus solet immolari. Huius incolæ dicti sunt Mastauraenses, Thesauri pars 2.

Mastaurite Stephano: quorum meminit Plinius libro 5. capite 29.

Mastax mastacis (μασταξ) Locustarum genus, quæ rodunt fata: quas quidam bruchos appellant, & attacos, uti est apud Nicandrum. Alij tamen sunt, qui uniuersum locustas dicit mastacas uelint, idque in Anbracia in primis. Author Cæli. lib. 3. cap. 25.

Mastiche mastiches, pen. corr. f. g. (μαστικη) uel, ut alij Mastice, sine h aspiratione: Lacryma est, quam lentiscus arbore gummi modo sudat. Plin. lib. 12. cap. 17. 1. Sed mastiche quoque gemina est: quoniam & in Asia Græciaque reperitur herba radice folia emittens. Et paulo post, Laudatissima autem Chia, candida, cuius precium in libras xx, nigra uero xii. Chia est lentisco traditur gigni, gummi modo.

Mastigia Vide Mastix.

Mastix mastix, pen. prod. m. g. (μαστιξ) Flagellum, scutica. A uerbo Græco μαστιξ, sive mastix, flagello. Vnde Homero mastix dicitur Zoilus ille, qui contra Iliadem & Odyssæam Homeri scripsit.

Mastigophorus, Mastigophori, penultima correpta (μαστιγοφορος) Qui agonothetas in sacris certaminibus comitatur. Mastigophori, id est, flagelliferi, erant licitores agonothetarum, ad submouendam turbam, & cohibendas seditiones. Ex Budaëo.

Mastigia, mastigie, secunda producta, masc. gener. (μαστιγια) Verbero, sive qui uerberibus dignus est. Plaut. Amphit. 1. 4. 18.

Ita ego te certo cruce & cruciatu mastigo, exi foras Mastigia. Ibidem, 15. 36.

Mastigeus, mastiget (μαστιγος) Idem. Apud Plautum in Trinummio, 13. 18. legitur.

Aggrediundus est hic homo mastigeus.

Mastos herba. Plin. lib. 26. cap. 15. non procul à sine, Quæ uero mastos uocatur, inquit, indita, pilos mammarum è partu nascentium aufert, & tineas in facie, aliisque cutis uitia emendat.

Mastruca mastruca, penult. prod. (μαστρουκα) Vestis qua Sardi utuntur. Cic. pro Scauro, Quem purpura regalis non commouit, eum Sardorum mastruca mutauit.

Mastrucatus, penultima producta, Adiectiuum (μαστρουκατος) Qui mastruca utitur. Plautus Mastrucatus & pleanus puluere. Cic. de Prouincijs Consularibus, 12. Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis à Propatore una cohorte auxiliaria gesta.

Masturbator masturbatoris, Qui thalassionem indicit manibus libidinosis, fitque sine foemina maritus. Vtitur Martialis.

Mastus masti (μαστος) Latine mamma dicitur: & proprie animalium est. Hinc Tubuli mammati seu mamme in balneis & fontibus intelliguntur: quas Virgilius lib. 7. mastos Græca uoce nominauit, Athenis, inquit, ex huiusmodi locis & fontibus masti usque ad portum Pireæum ducti sunt salientes. Eas Varro libro de re Rustica, papillas conuertit.

Mataris Genus teli. Liu. Decad. 1. lib. 7. Consul Leuo humeromataris propè traiecto cesserat parumper ex acie.

Mataurus ματαυρος, Siciliæ oppidum, Loërorum opus: cuius incolæ dicuntur Mataurini, Stephanus.

Mataxa mataxa, uidetur esse restis seu funiculi species. Isidorus Etymolog. lib. 19. cap. 4. cui titulus est, De funibus: Catapirates, limea cum massa plumbea, qua maris altitudo tentatur. Lucilius, Hanc catapiratem puer eodem deferret unctum, Plumbi paucillum rudus liniq; mataxam. Descriptio est holidis, id est, instrumenti quo maris altitudo

Discere materiam quas imitetur puer. Quint. lib. 2. cap. 4. 9.
 Dare materiam exordio. Quint. lib. 4. 1. 8.
 Preformam materiam dare secundum cuiusq; vires. Quint. lib. 2. cap. 6. 3.
 Dare alicui respondendi materiam. Quint. lib. 6. cap. 3. 5. 6.
 Duplicat materiam. Quint. lib. 2. cap. 4. 16. de comparationis exercitatione.
 En gere materiam veritati quam simillima. Quintilianus libro 2. cap. 10. 3.
 Expantentur, & gaudeant materia. Quint. lib. 2. cap. 10. 4.
 Præbuit iuveni materiam adipiscendi suavis. Tacitus.
 Vita materiam præbet malis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 10.
 Præbere materiam suo damno. Ouid. 2. Metam. 4. 3.
 Amori materiam querere. Ouid. 1. de Arte, 10.
 Relinquere materiam Drusi fratris glorie. Tacit. lib. 2.
 Scribere de integro materiam retractatam. Quintilianus libro 2. cap. 4. 10.
 Suggestere materiam. Quint. lib. 5. cap. 7. 6.
 Opus superat materiam. Ouid. 2. Metam. 1.
 Trahere materiam à re aliqua. Quint. lib. 4. cap. 1. 38.
 Superans materia. Celsus lib. 3. cap. 4. Minui ergo tantum materiam superantem oportet, que naturaliter digeritur, ubi nihil noui accedit.
 Materiam benefaciendi. Plinius in Paneg. 61. Delibasse quedam, seu potius demonstrasse contentus, largam, ac propè intactam benefaciendi materiam filio reseruauit. Idem epistol. 159. 6. Liberalitatis materia gratissima.
 Mali materia. Hor. 3. Carm. ode 24. 10.
 Ea vetustissima militaribus odijs materies. Tacit. lib. 1.
 Materia campusq; tuis laudibus profertur. Vide Proferno.
 Materiam etiam appellatione, ligna etiam comprehenduntur: quod Greci *δύλω*, & *σύλω* & materiam uocent. Lilius, Multam materiam ceciderat miles. Cato de re Rust. cap. 17.
 Robur, materies item pro uida, ubi solstitiu fuerit ad brumam, semper tempestiua est. Cetera materies que semè habet, quom maturum semen habet, tum tepetiu est. Cic. pro Milone, 55. Repente lynchibus in eam insulam materiam, calem, camenta atq; arma conuexit.
 Incorrupta contra omnia uitia materia. Vide Incorruptus.
 Materiam pro ligno quod est inter corticem, accipit Colum. lib. 5. cap. 11. dicens, Cuneum ferreum uel osseum inter corticem & materiam considerat demittito, ne ledas, aut rum pas corticem.
 Materia, Palmes qui de nouello nascitur, & in tenero alligatus dependet. Colum. lib. 5. cap. 6.
 Materies, de equis etiam dicitur. Colum. lib. 6. cap. 27. Equinum pecus tripartitò diuiditur: est enim generosa materies, que circo sacrisq; certaminibus equos præbet.
 Materiarius, materiarij (*μάτρη*) Faber lignarius, uel qui materiam præstat. Plaut. Millie, 12. 4. 6.
 Ad sunt fabri, architectiq; eã quidè ad re haud imperiti. A. Si nõ nos materiarius remoratur, quod quidè opus est, Noui indolem nostrum ingenij, citò erit parata nauis.
 Materiarius, Adiect. (*μάτρη*) ut, Materiarius faber, Lignarius: Materiaria fabrica, Lignaria. Plinius libro 7. capite 56. 8.
 Materiaria incrustatio, est quod uisgò lambritium uocant. Budæus.
 Materiari (*μάτρη*) ea forma dictum, qua Lignariidemq; significat, teste Sipontino. Cæsar 7. bel. Gall. 288. Erat eo tempore & materiari & frumentari, & tantis munitiones fieri necesse.
 Materiatus, pen. prod. Adiect. (*μάτρη*) Cic. 3. Offic. 70.

Malè materiata edes, id est, composita ex mala materie, ut ex lignis non cæsis tempestiua.
 Materiatio, & materiatura, pen. prod. (*μάτρη*) apud Vitruuim legitur lib. 4. cap. 2. In ædificijs omnibus insuper collocatur materiatio uarijs uocabulis nominata. Paulò post, E quibus rebus, & à materiatura fabri in lapideis et marmoreis ædium sacrarum ædificationibus, &c.
 Materis] huius materis, suem gener. Teli genus post lanceam longius. Sisenna historiarum lib. 3. Gallia materibus, Sueuicilancibus configunt. Nonius.
 Maternus, Matertera] Vide Mater.
 Mathesis] huius mathesis, penultima producta, f. g. uel Mathematica, pen. prod. mathematicis, pen. correp. Græcè *μαθηματικά*, Latine disciplina dicitur. Ad discit hanc spectant geometria, musica, arithmetica, astrologia. Et hæ mathematica scientiæ, discipline dicuntur: eo quòd discantur planè, & per demonstrationem quandam percipiuntur. Alijs Mathematici uocantur generalitèr, astrologiq; & qui Chaldei uocantur. Cic. 1. de Orat. 6. Quis ignorat, ij qui mathematici uocantur, quanta in obsequio rerum, & quam recondita in arte, & multiplici, subtiliq; uersentur? Gell. lib. 1. cap. 9. de ordine discipline Pythagorice, Tum uerba facere, & querere, queq; audissent, scribere, & que ipsi opinarentur, exponere potestas erat: ij dicebant in eo tempore *μαθηματικοί*, scilicet ab ijs artibus quas iam discere atq; meditari inceperant: quoniam geometriam, & gnomonicam, musicam, ceterasq; item disciplinas aliores, *μαθηματικά* ueteres Græci appellabant, uulgus autem quos genitio uocabulo Chaldaeos dicere oportet, mathematicos dicit.
 Nota mathematicis genesis in a. Iuuen. Satyr. 14. 2. 5.
 Mathios] Herba, quam quum serpentes comedunt, sentiu deponunt etatis. Hec Lactantius in lib. 4. Theb.
 Matho] Apher quidam, qui supplicium formidans, quòd multa sedulo secessisset, primo Punico bello finito, sic in Carthaginenses inuectus est, ut qui aliter consuleretur surgeret, non expectato orationis principio, coniectis lapidibus eum interficeret: quo pacto multi non solum duces, uerum etiam priuati homines sunt cæsi. Meminit huius historie Cælius lib. 29. cap. 2.
 Matinus] pen. prod. (*μάτρη*) Mons est Calabria, auctore Porphyrio. Lucan. lib. 9. 37.
 & calidiluceni Buxeta Matini.
 Matinus, Adiect. (*μάτρη*) ut, Apis Matina. Hor. 4. Carm. ode 2. 6.
 Cacumina Matina. Hor. Epod. 16. 6.
 Matiolichus] *ματιόλιχος*, ut Celio uidetur, qui parum comedit, aut qui in minimis astutum se præstat. Quamquam & Matiolichus dici ualet, qui ex mensuris lucrum uenatur. Nam est mensura genus matron, & *μάτρη* lambo. Hincq; forsitan Eusebio cuidam apud Marcellinum Matiocobe scilicet cognomen tum. Vide lect. Antiq. lib. 26. cap. 21.
 Matralia] Vide Mater.
 Matreas] *ματρηάς*, Alexandrinus quidam, qui Romanis Græcisq; admirationi fuit, quòd diceret, feram à se nutrir, que ipsa semet uoraret: uel nunc anxie scrutentur multi, *τὸ ματρηάσθαιον τί ἐστι*, id est, que nam sit Matrea fera. Matrea meminit Plin. lib. 16. hist. Naturalis, huius an alterius, uitem fuisse Smyrne apud Matream triferam. Huius multæ sunt ambiguitates, quibus ludebat, ut refert Cel. Rhodig. libro 11. cap. 13.
 Matresco] Vide Mater.
 Matricaria] Vide Amaracus, & Parthenium.
 Matricida] Matricida]

Matricida, Matrimus, Matrimonium, Matrix] Vide Mater.
 Matrona, Matronalis] Vide Mater.
 Matrona] penult. corr. (*μάτρη*) flumini Gallie, ortus in finibus Lingonum, & Celtas à Belgis separans: cuius multa describuntur apud Cæsarem. Vulgò Marne. Ausonius in Mosella.
 Matroum] *ματρώου*, apud Smyrnam celebrat Strabo lib. 14. Interpret eo nomine matronarum accipit locum. Cælius Matris deum templum dici mauiit. Scribit Plutarchus, Lycurgum rhetorom ubi iam è uita demigrandum aduertit, in matroum ac buleuterium ferri se iussisse, ut eorum que in republica gessisset, penes daret, si quid foret delictum. Matroum etiam pro loco Athenis accepit Libanius, ubi concionetur Demosthenes. Vide Cel. lib. 9. cap. 7. & libro 18. capite 17.
 Matia] matia (*μάτρη*, & *ματριάς*) Stora uel teges, in quibus suppa, uel seuum, uel lane rudiores, aut aliud aliquid simile inferum est: suntq; interdum è canabe, aut scirpo. Ouid. 6. Fast. 13. 6.
 At dominus, Discedite, ait: plastroq; morantes
 Sussult, in plastro scirpea mata sunt.
 Mattea] Vide Mattya.
 Matia] *μάτρη*, Saponis erat quoddam uile genus, quo ad ruffinos crines mulieres utebantur. Martialis lib. 14. in epophoretis,
 Simul re paras longeuos cana capillos:
 Accipe matiacas (quo tibi calua?) pilas. Dicitur autem Matiacas pile, à Matiaico Germ. niæ oppido: de quo Plin. lib. 31. cap. 2.
 Matia] *μάτρη*, cognominantur homines malarum magnarum, at oribus late patentibus. Festus.
 Mattya] Mattya (*μάτρη*) prime declinationis: ut ait Georgius Merula, dicitur quodcumq; preciosum edulium. At Calderinus dicit, Mattea cum e secunda uocali, neutrum plurali, condimentum esse carnium unctum: unde Matteolicus, id est Galofus. Cælius uero lib. 9. cap. 12. Mazam, inquit, putat ex farina, oleo, & aqua confici solitam. Suidas etiam ex latetunde mox paulo nata & Mattya est: dicitq; eo nomine preciosa omnia edulia, ut scribit Athenæus. Hinc illud Martialis lib. 13. 9. 2. sunt qui ita legant,
 Inter aues turdus, si quis me iudice certet,
 Inter quadrupedes matyia prima lepus. Verba autem Athenæi, que à Celio allegata sunt, lib. 14. leguntur: ubi & inuentum à Theophrasto hoc esse inquit. Ceterum lib. 4. inter *ματριάς* seu *ματριάς* numerat, & significatione idem esse inquit. Sunt aut *ματριάς*, que post cenam apponi solent: Latini bellaria uocant, & secundas mensas, nonnunquã etiam peregrina uoce, tragemata. Suet. in Caligula, cap. 38. uidetur matreas appellasse, nisi forte mendosus sit locus.
 Matula] *μάτρη*, pen. corr. (*μάτρη*) Vas aquarium, siue ad aquam tenendam. Plaut. Mostell. 6. 38.
 Iam hercle ego uos pro matula habebò, nisi matulã datis.
 Matulam pro meticulofo, uanoq; accipere uidetur Plautus in Persa, 15. 67.
 Nunquam ego te iam esse matulam credidi:
 Quid metuis?
 Matella, matelle, f. g. (*μάτρη*) Diminutiuum à matula, Est aquarium uas, inquit Nonius. Varro Endymionibus, Diuiti aphocachias ad communem reuocat matellam.
 Matella, Vas in quod urinum reddimus. Martialis, lib. 10. 11. in Calliodorum,
 Disperam, si tu Pyladi præstare matellam
 Dignus es.

Matellio, matellionis, m. g. (*μάτρη*) Diminutiuum à matula, inquit Festus: & Varro de Lingua Lat. Idem de uitis Patrum, Postularet truelleum, matellionem, pelum. Cic. in Parad. 4. 8. Si L. Mummius aliquem istorum uideret matellionẽ Corintheta cupidiſſimè tractantem, &c.
 Maturus] pen. prod. Adiect. (*μάτρη*, & *ματριάς*) Proprie de frugibus dicitur, quod neque crudum, neq; mite, neq; caduuum, neq; nimium coctum, sed in tempore temperatum prouenit: ut Poma matura. Cic. de Senec. 65. Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, ui auuelluntur: si matura & coctã, decidunt.
 Arbuti sunt matura. Lucret. lib. 5. 188.
 Albescit messis maturis arifis. Ouid. 5. Fast. 72.
 Factus maturos edere. Ouid. de Nuce, 19.
 Fruges mature. Virg. eelog. 3. 16.
 Vne mature uinitor. Virg. 10. eelog. 8.
 Maturus æui, per translationem, pro Sena quandoq; accipitur: Virg. 5. Aeneid. 15.
 — eui maturus Aestus.
 Animi maturus. Virg. 9. Aeneid. 50.
 Animo maturus & uito. Ouid. 8. Metam. 12. 4.
 Annis maturus. Tacit. lib. 1. Ouid. 14. Met. 123.
 Militie maturus. Lilius lib. 2. Decad. 5.
 Hic sponsæ maturus, illa marito. Stat. 3. Sylu. 1. 36.
 Ad arma maturus. Sil. lib. 16. 132.
 Maturus cibo. Plin. lib. 12. cap. 27. 1.
 Conſilium maturum. Claud. de bell. Get. 2. 4.
 Dies matura. Lucret. lib. 4. 208. id est, tempus maturum.
 Facultas maturior dicendi. Cic. 1. de Orat. 47.
 Viro matura filia. Virg. 7. Aeneid. 11.
 Funeri maturo propior. Hor. 3. Carm. ode 15. 1.
 Gloria matura. Liu. 2. ab Vrbe, 32.
 Homo maturus & mitis. Cic. de clar. Orator. iudicium maturum. Cic. pro Cecinna, 5.
 Libertas matura. Liu. ab Vrbe, 201.
 Onus maturum auferre utero. Ouid. 2. Fast. 91.
 Probitas maturior æuo. Stat. 2. Syl. 1. 8.
 Partus maturus. Horat. in Carmine secul. 3.
 Puer maturus alicui rei scienda. Quint. lib. 2. cap. 1. 5.
 Reditus maturus. Horat. 4. Carm. ode 5. 1.
 Tempus maturum. Cic. ad Atticum, lib. 15. 32. 3. Non recuso id quidem, sed & componendum argumentum est, & scribendi expectandum tempus maturius. Sic de Senec. 69. Maturum tempus mortis.
 Tempus maturum uino. Celsus lib. 4. cap. 11. hoc est, ut ægroto detur uinum bibendum.
 Tempore maturo adepta coniugium. Catull. in Carm. nupt. 57. 12.
 Venter maturus. Ouid. 11. Metam. 63.
 Matura uiro uirgo. Gell. lib. 12. cap. 7. Horat. 3. Carm. ode 6. 5.
 Virginitas matura toris. Stat. 1. Achill. 59.
 Maturior. Horat. 3. ode 17. 2.
 Ab te meæ si partem anime rapit
 Maturior uis.
 Maturum, significat aliquando Festinum & repentinum. Cic. 7. Verr. 11. 5. Et etiam illa uox & illis imploratio, Cuius Romanus sum: que sepe multis in ultimis terris opem inter Barbaros & salutem tulit, e. a mortem illis acerbiorẽ & supplicium maturius ferret.
 Maturum malum. Plaut. Pseud. 5. 6.
 Celsus, ignauia corpus hebetat, labor firmat illa matram senectutem, hic longam adolescentiam reddit.
 Maturum papauer ad excipiendum lachrymam. Celsus libro 5. cap. 25.

Maturum facere, pro Cito expedire. Gell. lib. 3. cap. 7.
Maturissimus, pen. corr. Superlativum (ματῦστος) Col. lib. 4. cap. 29. 4. Fecundos & quam maturissimos surculos uiti detraxerit. Idem libro 11. capite 3. Semina quam maturissima.
Maurrimus, pen. corr. Aliud superlativum. Tacit. lib. 12. Rober etatis quam maturum precari.
Maturitas, pen. corr. fg. (ματῦρῆς, ματῦρῆ) Tempus maturi. Cicer. 2. de Natur. deor. 178. Sol mundum omnem sua luce compleat, ab eoq; luna illuminata grauiditates & partus afferat, maturitatesq; gignendi. Idem 1. Tusculan. 106. Maturitas frugum. Caesar 3. bell. Civil. 199. Maturitas frumentorum.
Ingenium celeriter maturitatem assecutum. Cicero 2. de Oratore. 49.
Festinata maturitas occidit celerius. Quint. in Proem. lib. 6. 9.
Inchoata maturitas. Vide Inchoo.
Maturitas animaduertendi. Cic. Dolabel. lib. 9. 14. 17.
Maturitas etatis. Cic. Sulpitio. lib. 4. 4. 14. Idem ad Leptam, lib. 6. 18. 7. Est abest maturitas etatis iam tamen personare aures eius huiusmodi uocibus non est inutile.
Prima dicendi maturitas. Cic. de claris Orat. 83.
Maturitas orationis. Cicero de claris Orator. 4. Quumq; ipsa oratio iam nostra canesceret, habereiq; suam quandam maturitatem, & quasi senectutem.
Maturitas sceleris. Cic. 1. in Catil. 22.
Maturitas senectutis. Cic. de Senec. 30. Ut enim infirmitas est puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis etatis: sic senectus maturitas, naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat.
Maturitas uirtutis. Cic. pro Caelio. 60.
Nondum est maturitas illud sciendi: id est, nondum est tempus maturum. Cic. ad Att. lib. 1. 15. 7. Inducendi Senatus consulti maturitas nondum est.
Assequi maturitatem. Vide Assequor.
Capere maturitatem. Vide Capio.
Maturè, pen. prod. Aduerb. (ματῦρῆ, ματῦρῆ, ματῦρῆ) Tempus, siue ad tempus. Terent. Eunuch. 2. 1. 2. Fac ita ut iusti deducantur isti, p. faciam. p. n. at dilgeter. p. fiet. p. n. at maturè. p. fiet. Ibidem, 5. 4. 11. Quomodo adolescentulus meretricum ingenia & mores possit noscere: Maturè, ut quam cognorit, perpetuo oderit. Vbi Donatus, Maturè, Cito, & ante tempus. Cic. pro A. Cecinna, 9. Sed hunc fructum maturè fortuna ademit: nam breui tempore M. Ful. inius adolescens mortuus est.
Maturè facere oculis. Plaut. Milii. 13. 43. Videm tu illum oculis maturè facere, atq; aucupium auribus: id est, ut festinat audire. Cic. 6. Verr. 86.
Quæ si fuit sine mora, maturèq; decreta facilius, & c. Cicero 5. Philipp. 203.
Maturè mittere. Cic. ad Senatum, lib. 15. 1. 12.
Redeat maturè, repetatq; relicta. Horat. 1. epist. 7. 20.
Venit ipse maturè. Cic. 3. Offic. 78.
Maturè extollere aliquem ad summum imperium per omnes honorum gradus. Cic. 1. in Catil. 20.
Maturus, Comparativum. Cic. 4. Acad. 19. Quò quidem & maturus uenimus, quòd erat constitutum, & c. Idem 4. Verrin. 28.
Maturissimè, pen. corr. (ματῦρῆστος) Superlativum: cui Tar dissimè opponitur. Dicitur etiam Maturimè, per contractionem, quemadmodum Celerrimè. Cic. pro Cecin. 5. Nā ut quæq; res est turpissima, sic maximè & maturissimè iudi-

canda est: ea in qua existimationis periculum est tardissime iudicatur. Caesar 1. bel. Gall. 137. Quibus rebus quam maturimè occurrendum putabat.
Maturus, maturas, pen. prod. (ματῦρῆ, ματῦρῆ) maturare, Accelerare, ita ut adhibeatur industriæ celeritas, & diligentie tarditas: ex quibus duobus contrariis fit maturitas, ut neq; aliquid citius, neq; serius fiat. Terent. Heaut. 3. 1. 37. Quod sensisti illos me incipere fallere, Id ut maturem facere. Salustius, Antonius Catilinam cū exercitu persequi maturet. Liu. lib. 10.
Maturare oua. Plin. lib. 9. 57. 3.
Maturare pomum. Plin. lib. 16. cap. 25. 9. Floret prima omnium amygdala mense Ianuario, Martio uero pomum maturat. Dicitur (ut ex precedentibus, & sequentibus exemplis est manifestum) Maturare, absolute, & Maturare rem aliquam. Cic. ad Brutum, 10. 1. Quod ut faceres, idq; matures, magno perè desiderabat Resp.
Annus in apricis maturat collibus uias. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 4.
Maturat arbor. Plin. lib. 16. cap. 25. 8. Seruino quadam germinatu florent, maturantq; celeriter, sicuti morus. Ibidem, cap. 27. 3.
Maturare & properare. Virg. 1. Georg. 53.
Maturare cœpta. Maturè absoluerit. Liu. 4. bel. Pun. 56.
Fugam maturare. Virg. 1. Aen. 29.
Maturare alicui mortem. Cic. pro Cluent. 136.
Maturare mortem. Cels. lib. 7. cap. 26. In vesica uero non tulo uel hi conquiruntur, uel attrahuntur: quoniam ubi illam conuulnerant, ex distentione neruorum mortem maturant.
Maturare proficisci, & Maturare facere funus. Linius 2. ab Vrbe, 162. Idem 3. ab Vrbe, 180.
Maturatum est ab eo. Liu. 2. ab Vrbe, 91.
Maturare, Perficere. Quint. in epist. ad Triphonem, Nam ipse eos nondum opinabar satis maturauisse: Quidam legunt, Maturuuisse: idq; rectius, nempe ad uerbo Maturefco.
Maturatus, penult. prod. Participium (ματῦρῆστος, ματῦρῆστος) Maturum factum. Cic. de Senec. 48. Primò est peracerbam gustauit: deinde maturata dulcescit.
Maturatum negotium, Acceleratum, aut perfectum. Et apud Plinium, Maturata concotio, Perfecita.
Maturato, ablatiuus iunctus cum hac dictione opus: ut Maturato est opus, hoc est, celeritate & maturitate. Liu. 4. bell. Punic. 107. Idem 1. ab Vrbe, 255. Ut cum singulis fidelibus amicis ueniant ita facio, maturatoq; opus esse, rem atrocem incidisse.
Maturatè, pen. prod. Aduerb. (ματῦρῆστος) Festinanter. Liu. 2. bell. Maced. 58. Iussis cæteris, quantum maximè possent maturatè sequi.
Maturatè properare. Plaut. Pseud. 20. 50.
Maturatio, Verbale (ματῦρῆσις) Author ad Herennium, lib. 3. 93. Dolus consumitur in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, maturationes, mentiones, & cæteras res.
Maturefco, maturefco, maturui (ματῦρῆστω, ματῦρῆστω) Maturefco, Maturum fieri, a matureo deriuatur. Plin. lib. 11. cap. 11. Quum mellis coeperunt maturefco, abigunt fucos. Col. lib. 4. Caesar 6. bell. Gall. 102. Ipse, quum maturefco frumenta inciperent, ad bellum Ambiorigis profectus.
Lucus maturus pleno anno. Ouid. 11. Metam. 39.
Annis nubilibus maturat puella. Ouid. 14. Metam. 67.
Parius maturefco septem nonnunquam, aut, ut plerumq; no- uem lunæ cursibus. Cic. 2. de Nat. deor. 100.
Libros nondum opinabar satis maturuuisse. Quint. in epistola ad Triphonem.
Vites maturefco. Plin. lib. 16. cap. 25. 8.

ut semen

In semen maturefco. Plin. lib. 18. cap. 16. 6.
Maturefco, Participium (ματῦρῆστω) Plin. lib. 21. cap. 3. 2.
Malus Assyria omnibus horis pomifera est, alijs cadentibus, alijs maturefcentibus, alijs subnascentibus.
Maturor, maturaris (ματῦρῆστω) Passivum, eiusdem significationis cum maturefco. Plin. lib. 15. cap. 18. 3. Contra nouissima sub hyeme maturatur chelidonia.
Matuta matutæ, pen. prod. (ματῦρῆστω) Aurora à nostris dicitur, quæ à Grecis ματῦρῆστω, Cic. 1. Tusc. 44. Quid Ino Cadmi filia: nonne Leucothea nominata à Grecis, Matuta habetur à nostris? Dicitur est, quòd matutino tempore presit. Seruius, Ino in Matutam uersa est, quæ Græcè dicitur Leucothea. Vide Ino.
Matuinus, pen. prod. Adiect. (ματῦρῆστω, ματῦρῆστω) ut Tempus matuinum, pro mane. Cic. ad Att. lib. 1. 13. 2. Itaq; quum bene completa domus est tempore matuino, quum, & c.
Alius matutini. Propert. lib. 1. eleg. 15. 10. id est, Galli.
Dies matutini. Plin. lib. 8. cap. 32. ad finem.
Matuina horæ: apud Plinium.
Matuini pastus. Plin. lib. 12. c. 17. 4.
Prima matutina. Propert. lib. 2. eleg. 10. 9.
Radix iuga subdita matutinis. Ouid. 1. Metam. 136.
Tempora matutina. Ouid. 3. Metam. 118.
Matutina umbra. Plin. lib. 16. c. 17. 2.
Matutinis omnibus, pro quolibet mane. Plin. lib. 10. cap. 43. 1.
Matutino, pro Mane: et subauditur tempore. Plin. lib. 7. cap. 53. 2. Nullis euidentiibus causis obidè, dum calcantur matuino duo Cæsares.
Matutinus homo. Virgil. 8. Aeneid. 93. Nec minus Aeneas se matuinus agebat. Vbi Seruius, Rē temporis, ad personam transulit.
Matuinum, matutini, pen. prod. Mane. Quintilian. lib. 12. cap. 8. Prædie ad se uentre, litigatorum, aut eodem matuino iubent.
Mauelin, Mauellem, Mauolo] Vide Malo, mauis.
Mauget siue Maigmed. (αυρογῆ, αυρογῆ) is qui magnam Orientis partem religione peruersa implicuit, ut prodium est: morbo comitiali fuit obnoxius. Id quum adiuuaret, uxor, & eo nomine plurimū indignaretur, ac rogaret subinde quid esset: Desine (inquit) mirari, morbus abest sed quem aduertentis numinis uim pati nequeam, mente collabor, ac stupent membra. Communis est hæc prophetarum affectio: quorum me esse unum, scias uelim. Hac fraude delimita uulner, quem odisse coeperat euentus atrocitate, commenti uersuta, ut diuinum suspicere uirum coacta est, quæ illuc deniq; prorupit fraus, ut illum moriens ex esse heredem institueret. Quæ res potentie, quam mox adesse epistulam, exordia præbuisse narratur. Cælius. **Mauors**] & p. n. (inquit Seruius) per epenthestim Mars dicitur: ut Nautia, pro Nautia: Induperator, pro imperator. Ouid. 3. Fast. 35. Sic ego sic postea dixit mihi casside Mauors. Dicitur est porrò Mauors, quòd magna uerteret. Author Cicero 2. de Natur. deorum, 97.
Fortissimus Mauors. Ouid. 2. de Arte, 118.
Fortibundus Mauors. Senec. Thyeste, 7. 3.
Inclutus Mauors. Virg. 12. Aen. 36.
Rigidus Mauors. Stat. 5. Sylla. 2. 7.
Sæuus Mauors. Sil. lib. 7. 142.
Sanguineus Mauors. Virg. 12. Aeneid. 67.
Mauortius, Adiectiuum (μαυρῆστω) ut Cyprius Mauortia. Stat. 9. Thebaid. 158.
Acta Mauortia. Claud. de bel. Get. 7.
Fata Mauortia. Sil. lib. 1. 11.

Machia Mauortia. Virg. 1. Aeneid. 56.
Terra Mauortia. Virg. 3. Aeneid. 3.
Mauritania] μαυρῆστω, μαυρῆστω, Africa regio extrema, uersus Gaditanum fretum, & Occidentalem Oceanum. In ea Antheus gigas regnasse dicitur, ab Hercule uictus. Est autem duplex, Cæsariensis à Cæsarea, & Tingitana à ciuitate Tingi. Diciturq; est Mauritania, à μαυρῆστω, quòd est nigrum: quòd nigros habeat colonos, Gignit simias, dracones, struthiones, & elephantes.
Rex Mauritaniae. Cic. pro Sylla, 42.
Mauri] μαυρῆστω, μαυρῆστω, Populi qui Mauritiam regionem incolunt. Eos fuisse Indos, & Hercule duce cum innumera aliarum gentium multitudine, in hæc loca peruenisse, multum crediderunt, ut Strabo lib. ult. scribit. Salust. cerre in Inguribino, Mauros & Numidas, reliquosq; qui maritimam Africam cultiore reddiderunt, Medos, Armenios, Persas, & Phœnices fuisse indicat. Hi Romanis, bellis Punicis, maxime autem rebus contra Iugurtham gestis innotuerunt. Vide Strabonem libro ultimo.
Incoliti corpora Mauri. Sil. lib. 17. 128.
Leues Mauri. Claud. 6. Paneg. 11.
Occidit Mauri. Lucan. lib. 3. 59.
Terrificus nigris prorumpit Maurus in armis. Sil. lib. 7. 137.
Maurus, Adiectiuum (μαυρῆστω) pro Mauritianus, siue Mauritanicus, ut Vnde Mauria. Horat. 2. Carm. ode 5. 1. id est, Mauritania.
Mauricè] Aduerbium à Mauro. Gell. lib. 2. cap. 25.
Maurusius, Adiect. (μαυρῆστω) Idem: ut, Arundo Maurusia, Silius libro 10. 80. id est, Mauricum telum, ab hoste Mauro immissum.
Præda Maurusia. Silius lib. 16. 111.
Tellus Maurusia. Claud. 3. Paneg. 56.
Maurusiacus] Adiectiuum, idem quòd Maurusius. Martial. lib. 12. epig. 67. Gemmantes prima fulgent testudine lecti Et Maurusiaci pondera rara citri.
Mausolus] pen. prod. (μαυροσολῶ) dictio trisyllaba fuit, inquit Gellius, ut Marcus Cicero ait, rex terre Carie: ut quidam Græcarum historiarum scriptores dicunt, prouincia Græcæ Præfectus, quem αμαθῆστω Græci uocant. Is Mausolus ubi fato perfunctus est, & inter lamenta & manus uxoris funere magnifico sepultus est, Artemisia luctu atq; desiderio mariti flagrans, ossa, ceteraq; eius mista odoribus, contusaq; in pulueris faciem, aqua indidit, ebibitq; multaq; alia uolenti amoris indicia fecisse dicitur. Multa quoq; est ingenti impetu operis, conseruandæ mariti memorie causa, sepulchrum illud memoratissimum, dignatumq; memorari inter septem omnium terrarum spectacula. Hæcenus Gell. lib. 10. cap. 18. De Mausoleo lege Plin. lib. 36. cap. 5. & Herodotum lib. 7. Martialis lib. 10. 68. Marmoræ parua quidem, sed non cessura uiator Mausoli saxis, Pyramidemq; lege.
Mausoleum, penult. prod. (μαυροσολῶ) tetrasyllabum, non Mausolum. Propert. lib. 3. eleg. 2. 5. Nec Mausolei diues fortuna sepulchri. Hoc sepulchrum attollitur in altitudinem uiginti quinque cubitis, cingitur columnis triginta & sex. Ab hoc sepulchro, omnia preciosa sepulchra, ex nomine eius mausolea dicuntur. Vnde Sueton. in Augusto, cap. 100. sepulchrum Cæsarium appell. uit Mausoleum, quòd extruxit Augustus. Idem in Caligula, Duobus forulis subuectos mausoleo intulit.
Mausoli] Dicitur sunt Cares, Asia populi, à Mausolo rege, Artemisia uxor, Steph.
Mausos] μαυροσ, Agri Corinthi uicinus est Steph. no. Maxies]

Maxies] *μαξίαι*, Africæ populi, à Troianis (ut ipsi gloriatur) orti, qui dextram partem capitis comatam gestant, sinistra radunt, & corpus nudo tingunt. Author Herod. lib. 4.
Maxilla] *μαξίλα* (*μαξίλα*) Diminutivum à mala, ut putavit Priscianus. Verum mala à maxilla fit, per detractionem littere medie, auctore Cicerone in Orator. 86.
Maxilla, in qua fixi sunt dentes: quamvis etiã de parte exteriori quandoq; dicitur, quæ barbam emittit. Pers. Satyr. 4. 4. *Τη, quum maxillis balatum gausape pectas, Inguibus quare detonsus gurgulio extate*
Ordo maxillarum. Plin. lib. 11. cap. 37. 34. Vide Ordo.
Thesaurus maxillarum. Vide Thesaurus.
Maxillaris, & hoc maxillare, pen. prod. (*μαξίλαριος*) Quod ad maxillam pertinet: ut, Dens maxillaris, qui & Molaris dicitur. Plin. lib. 32. Maxillaresq; ita sanari dentes præcipue putant.
Maximè] pen. corr. Aduerbum superlativi gradus à Magis. Vide Magis.
Maximinus] de cuius vita & gestis historici permulti, tanta uoracitatis, & bibendi adeo audius fuisse memoratur, ut se pe illum opera diurna uini amphoram captolinam perficasse scribat Cordus, & carnis uorasse libras quadraginta, uel sexaginta quosq; Meminit Cælib. 27. cap. eodem.
Maximopete, **Maximus**] Vide Magnus.
Maxyes] Vide Maxies.
Maza] *μαζα*, quæ & massa dicitur, solet ex farina, oleo & aqua confici, aut etiam ex lacte, secundum Suidam. Vide dictionaria Græca.
Mazaca] penult. corr. (*μαζακα*) ciuitas est Cappadocia, teste Plin. lib. 2. cap. 208. 3. sub monte Argeo, quæ nunc Cesarea. Inde Mazaca populi, eidem, lib. 6. cap. 7. Eusebius in Chronicis, Tiberius Archilao pulso, & Cappadocia in prouinciæ formam redacta, nominauit Cesaream. Hinc
Mazaceni, & **Mazaces**, **Mazacis** (*μαζακαίωνες*) Sueton. in Nerone, Turba Mazacum.
Mazæum] *μαζαίον*, Bithyniæ oppidum, teste Stephano in dictione *μαζαίων*.
Mazæi] *μαζαίοι*, Pannonie populi sunt, apud Strabonem lib. 7.
Mazares] *μαζαρες*, Ex Medorum satrapis fuit, qui Priene in Cyri ditionem redegit. Vide Herod. lib. 1.
Mazara] pen. corr. Genus teli, quo antiqui in bello utebantur. Cæsar. bell. Gall. 10. 2. Et nonnulli inter carnos rotasq; mazaras ac tragulas subiciebant, nostrosq; uulnerabant. Liuius 7. ab Vrbe cond. 105. Vbi quidam legunt, machera: alij, matari.
Mazax] *μαζαξ*, Africæ populus, qui in torquendis missilibus non est inferior Medis. Beroaldus in illud Lucani lib. 4. 137. *— equaturusq; sagittas Medorum, tremulum quum torfit missile Mazax.*
Mazetas] Fluvius in ora maris Hyrcani. Vide Plinium libro 6. capite 16.
Mazeres] Cyri regis miles apud Herodotum.
Mazonomum] pen. corr. (*μαζονομο*) Græca dicitio, qua lanx grãdior significatur, ut ait Acron, quo cibi feruntur in conuiuia. Horat. 2. Serm. Satyr. ult. 18.
Mazonomo pueri magno discepta ferentes.
Membra gruis. Var. 3. de re Rust. cap. 4. 2. Vt in eodẽ tecto ornithonis inclusum triclimum haberet, ubi delicatè cœnitaret, & alios uideret in mazonomo positos coctos, alios uolitare circa fenestras captos.

M E

Me] Accusatiuus (*με*) ab Ego, mei.
Me, pro Mihi, inquit Festus, dicebant antiqui: ut Ennius, quum ait libro 2,

Siquid me fuerit humanitas, ut teneatis, &c.
Meapte] A latinitate, cum syllabica adiectione: Mea propria siue Mea ipsius. Terent. Heaut. 4. 3. 8. *Ita me di ament, ut ego nunc non tam meapte causa Letor, quam illius.*
Meabilis, **Meatus**] Vide Meo, mea.
Mearus] Fluvius est Hispanie in ore Asturum, ut est apud Pomp. Melam lib. 3.
Mecaphroditon] *μυκαφροδιτον*, Species est papaueris, spumeum habens semen: unde etiam à Dioscoride *μυκαφροδιτον*, hoc est spumeum papauer appellatur.
Mecastor] Iurandi aduerbium. Festus, Mecastor & Mehercules, iusurandum erat: quasi diceretur, ita me Castor, ita me Hercules: ut subaudiatur, iuriet. Terent. Heccyra, 1. 2. 8. *— b salue Parmeno.*
*s. v. Salue mecastor Parmeno. Vbi Donatus, Olim saluantes addebant iusurandum, ut hoc sedulo facere uiderentur. ME, aut adiectio est, & abundat: aut positum est pro uia syllaba, ut Græci *μὲν τὸν ἀπὸ καὶ λέγουσι* dicunt.*
Mecastor, iusurandum erat femininarum proprium, sicut uiri per Herculem deierant. Aedepol autem, quod est per Pollucem iurare, uiro & femine commune est. Rationem uide apud Gellium lib. 21. cap. 6.
Mechanicus] *μηχανικός*, pen. corr. (*μηχανικός*) Faber, optifex eorum operum, quæ ingenio simul ac manibus fiunt. *ἀπὸ τῆς μηχανῆς, quod inuentionem significat.* Sueton. in Vesp. Augusto, cap. 18. Mechanico quoq; grandes columnas exigua impensa perducturum in Capitolium pollicenti, præmium pro commento non medio cre obtulit.
Mechanicus, Adiectiuum (*μηχανικός*) ut, Ars mechanica, id est fabrilis.
Mecoenas] *μηνόκενός*, Equestris ordinis Hetrurie regibus oriens, Horatio & Propertio authoribus. Propertius lib. 3. ad Meccoenatem,
Mecoenas Eques Hetrusco de sanguine regum Intra fortunam qui cupis esse tuam. Horat. lib. 1. Carm. ode 11.
Mecoenas ataus edite regibus. Aretini suum faciunt. Amicum in super Cesaris Augusti uel præcipuum, & poetarum ea tempestate amantissimum, omnes fatentur. Delicatus præterea, non solum cultu ac moribus, sed etiam stylo commemorant: quare eum Augustus Malacium uocabat, exagitationisq; frequenter ut Cacozelum, teste Tranquillo in Augustis, cap. 86.
Teneri Meccoenates. Iuuenal. Satyr. 12. 4.
Mecone] *μηνόκενός*, Ciuitas in Sicyone, in qua honores distribuerunt aij, quod significat Hestodius, quum ait, *ἡ δὲ πόλις ἐστὶν ἰσχυροτέρου θεοῦ θυγατρὸς τῆ ἀβδρακτοῦ μηχανῆς.*
Sed & Callimachus Meconem appellat *μηνόκενός* id est, beatorum sedem. Meminit huius Cælib. 12. cap. 12. Vide & Strabon. lib. 8.
Meconis] pen. prod. huius meconidis, pen. corr. f. g. Lactuca atræ genus, à similitudine quadam ad meconium, id est, papaueris succum. *ἡ δὲ μὲν enim papauer Græcis dicitur.* Plin. lib. 19. cap. 8. Est etiam nium alia distinctio atræ, quæ meconis uocatur, à copia lactis saporis: quoniam omnes somnũ parere creduntur. Apud antiquos Italia hoc solum genus earum fuit, & ideo lactucæ nomen adeptæ. Idem libro 20. capite 7. sub finem. Et amara lactensq; quam meconidem uocauimus.
Meconites] *μηνόκενίταις*, Gemma est, papaueris similitudine exprimens: de qua Plin. lib. 37. cap. 10.
Mecum] *μετ' ἐμῆ*, id est, cum me. Cicer. in Orat. 86. Ex eo est mecum, & tecum: non, cum me, & cum te: ut esset simile illis, uo-

illis, uobiscum atq; nobiscum. Plaut. Cist. 8. 15. *— nihil mecum tibi:*
Mortuus tibi sum: hanc ut habeo, certũ est non amittere.
Indignabar mecum. Virg. 2. Aeneid. 19.
Mecum simul. Cicero ad Atticum, lib. 3. 48. 6. Atq; uim iam ante uideres, neq; totum animum tuum maiori mecum simul dedisses.
Mecum unã. Terent. Heccyr. 1. 2. 56. *— Vi colloqui mecum unã possit.*
Mecum unã simul. Terent. Heaut. 5. 1. 34.
Mecum facit: id est, mecum sentit. Insulse dicitur. Facti pro me. Cic. pro A. Cecinna, 58. Nam uerba ipsa sponsonis facerent mecum, si uellem diligenter attendere. Horat. 2. epist. 1. 14. *Et si pit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo.* Vide Facio.
Mecum sentit. Idem. Terent. And. 2. 1. 26.
Mecum, intra me, uel apud me. Terent. Heccyra, 1. 2. 32. *— haud propterea te rogo*
— Vi hoc proferam: sed uia tacita mecum gaudeam.
Mecyberna] Macedonia oppidum: & Mecybernus sinus, eadem oppido adiacens. Vide Plin. lib. 4. cap. 10.
Meddix] *μῆδι*, magistratus nomen erat apud Oscos. Ennius, *Summis tibi capitur Meddix, Occiditq; aliter.*
Medea] pen. prod. (*μῆδεια*) filia Aetæ regis Colchorum, ex Iduia coniuge, ut uult Cicero, 3. de Natur. deor. 65. *Que Iaso nomen ex Thejsilla cum Argonautis profectum amauit. Cui quum iurasset ille, eam se nunquam relicturum, adiumento fuit, ut uellus aureum acquireret, & draconem occideret: quum igitur cum Iasone clam abiret, & pater eam persequeretur, ut illum retineret, fratrem suum paruulum, nomine Agialeum uel Absyrtum, quem secum habebat, occidit, & eius corpus membra in dissepersit. Vide Cic. pro lege Manil. 15. *Quum iam multis annis cum Iasone uicisset in Græcia, & aliquot filios ex illo suscepisset, Iason eam repudiavit, & Glaucam, siue Creusam, ut alij uocant, Creonidis regis filiam duxit. Medea repudiata filios Iasonis occidit: & regis incendens, Glaucam & Creontem exussit. Iason uero seipsum interfecit. Postea Medea facta est uxor Aegæi, regis Atheniensis. Deinde in Asiam refugit, ubi ex rege Medii filium suscepit, à quo Media prouincia appellata est.* Vide Iustinum lib. 4. 2. Fuit autem Medea uenefica, & incantatrix insignis. Vocatur etiam Aetias, à nomine patris: & Colchis, à regione patria. Vide Ouidiũ libro 7. Metam. & eundem epist. 12.
barbare Medea uenena. Horat. Epod. 5. 14.
Medeis] pen. prod. Medeidis, pen. corr. Patronymicum, f. gen. pro possessiuo. Ouid. 2. de Arte amandi, 21. *Non facient ut uincat amor, Medeidis herba, &c.*
Medela] Vide Medeor.
Medeon] *μῆδειον*, Duorum uicorum nomen est apud Strab. lib. 9. quorum alterum in Phocide collocat, ad sinum Crisæum: alterum in Boeotia, non procul ab Onchesto.
Mederga] *μῆδεργῆ*, pro Erga me: interpositum est d, propter hiatus uocalium. Plaut. Epid. 9. 9. *— quasi quid filius meus*
Deliquisset mederga.
Medeor] mederis, pen. prod. (*μῆδεω*, *μῆδεω*, *μῆδεω*, *μῆδεω*) mederi, Deponens: A medius deducit Spononius, quod medij quibusd. m. hoc est, temperatis rebus hoc fieri oporteat. Est autem mederi, Remedium asferre. Plin. libro 12. cap. 3. 1. Malus Assyria, quam alij uocant medicam, ueneficis medetur.
Mederi, cum accusatiuo. Terent. Phorm.*

Quas, quum res aduersæ sint, minus mederi possis.
Mederi contra serpentium ictus. Plin. lib. 9. cap. 31. 3.
Mederi uitijs & erroribus. Plin. epist. 109. b. lib. 4. Idem in Pa. negyr. 75.
Mederi uulneribus, per translationem Cic. pro Quintio, 4.
Mederi alicui. Cic. ad Tironem, lib. 16. 19. 4.
Mederi rei alicui. Cic. ad Castum, lib. 12. 10. 10.
Mederi & conseruare. Cic. 6. Verr. 102.
Amori mederi. Ouid. 9. Metam. 131.
Mederi inopia. Cæsar 5. belli Gal. 91.
Labori alicuius mederi. Ouid. 7. Metam. 176.
Mederi Reipub. pro Opem ferre. Cic. pro Sestio, 24.
Timori alicuius mederi. Ouid. 9. Metam. 156.
Medendi, medendo, medendum. Virg. 12. Aen. 10. *— exuperat magis, egrescatq; medendo.* Vbi Seruius, *Medendo, dum ei medetur: nam gerundi modus est à passiuo significatione.*
Ars medendi. Ouid. 2. de Arte, 147.
Vitilis medendi rad. x. Ouid. epist. 5. 30.
Vnicè mederi. Plin. lib. 24. cap. 11. 4.
Medens, Participium (*μῆδων*) ut Artes medentum. Ouidiũ 15. Metam. 116.
Verba medentia. Stat. 2. Sylu. 11.
Medendæ ualitudinẽ nullam diuinam humanamq; opem non adhibuit. Sueton. in Tito, cap. 8.
Medela, medele, pen. prod. (*μῆδεια*) Iulius Firmicus lib. 4. cap. 2. Tales decernit egritudines, quibus curadi gratia, medela cauteriorum adustionibus cõseratur. Gellius lib. 17. cap. 16. *Ipsum autem regem asiduo talium medelarum usu à cl. indefinitis epularum insidijs cauiffe. De Mithridate loquitur, & eius antidoto. Idem lib. 20. cap. 1. Non enim profectò ignoras legum opportunitates & medelas, pro temporum moribus, & pro rerum publicarum generibus, ac pro utilitatum presentium rationibus, proq; uitiorum, quibus medendum est, feruoribus, mutari atq; flecti. Quintil. Declam. tione, 13. Nobis habere medelam non liceat, uobis liceat habere uenenis.*
Medelæ] animorum & corporum. Gell. lib. 4. cap. 13. *Tanta prorsus est affinitas corporibus hominum, mentibusq; & propterea quoq; uitijs aut medelis animorum & corporum.*
Facere medelam. Gellius lib. 12. cap. 5. *Quum Taurus & medicos accersisset, colloctusq; de facienda medela esset, &c.*
Medi, edi] Vide Mediusfidius.
Media] Media, prima syllaba producta (*μῆδία*) regio in Asia: à Medo, Medæ & Aegæi Atheniensium regis filio sic nominata, ut Solinus refert: à qua Medi populi dicti sunt. Hos tamen Iosephus Antiquitatum lib. 1. cap. 11. scribit à Medeo Iapheth filio dictos fuisse. Hæc regio, ut Ptolemæus ait, à Septentrione Hyrcano mari terminatur, ab Occasu maiori Armenia & Assyria, à Meridie Perside, ab Oriente Hyrcania ac Parthis, quæ montibus excluditur. Sunt qui Mediam in duas partes diuidunt, quarum alteram Matorem uocauerunt, alteram Ambropathiam.
Medus, Adiect. (*μῆδός*) Qui est ex Media.
Horribilis Medus. Horat. 1. Carm. ode 29. 1.
Braccati Medi. Persius Satyr. 3. 6.
Decoripharetra Medi. Horat. 2. Carm. ode 16. 2.
Medica, medica, pen. corr. (*μῆδική*) Herba equorum pabulo quamoptima. Seruius scribit, medicam à Medis in Græciam translata, quo tẽpore eam inuasit. Colum. lib. 2. cap. 11. *Pabulorum genera complura, &c. Sed ex ijs quæ placent, excimia est herba medica: quod quũ feritur, decẽ annis durats quod per annum, deinde rectè quater, interdum etiam sexies demittitur.*

demetitur: quod agrum stercoreat: quod omne emaciatur armentum ex ea pinguescit: quod egrotanti pecori remedium est: quod iugerum eius toto anno tribus equis abunde sufficit. De eadem Cato de re Rust. cap. 42. Et Varro 1. de Re rust. cap. 42. Virg. 1. Georg. 43.
— tunc te quoque medica putres
Accipiunt sulci, et milio venit annua cura.
Arbor medica. Plin. lib. 12. cap. 3. 1. Malus Assyria, quam alij uocant medicam, uenenis medetur. Virg. 2. Georg. 26.
Media fert tristes succos, etc.
Dicta est medica, à Media regione, ut dictum est, non à mendendo. Dicimus enim Medus, Medius et Medicus, auctore Stephano.
Mediastinus] Vide Medius.
Medica] herba. Vide Media.
Medico] medicas, penult. corrept. (μεδικός) medicare, Mederi. Virg. lib. 1. Georg. 39.
Semina uidi equidem multos medicare ferentes. Plin. lib. 16. cap. 27. 4. Ficus sola ex omnium arborum factu maturitatis causa medicatur.
Capillos medicare. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 1.
Medicor, pen. corr. medicaris (μεδικός) medicari, Deponēs, uel status quam Medico.
Datiuo aliquando iungitur. Terent. Andr. 5. 4. 42.
Quum ego possum in hac re medicari mihi. Virgilius 2. Georg. 27.
— senibus medicantur anhelis.
Accusatio. Plaut. Mostel. 6. 39. Virg. 7. Aen. 152.
Sed non Dardaniam medicari cupidus idum
Eualuit. Vbi Seruius, Medicor illam rem, et illi rei.
Aufferre dolorem medicando. Tibull. lib. 3. eleg. 6. 1.
Medicatus, pen. prod. Adiect. (μεδικός) Quod medicamentis admixtis confectum est, ut Medicata ficus. Plinius lib. 23. cap. 7. 5.
Medicate fruges. Virg. 6. Aen. 84.
Papauera medicata. Silius lib. 10. 71.
Medicata pocula. Martial. lib. 9. 99.
Res medicatissima. Plin. lib. 28. cap. 7. 9.
Medicatus spor, uel odor. Plin. epist. 173. b. et lib. 2. 5. cap. 8. 17.
Somnus medicatus. Ouid. epist. 12. 22.
Medicata suffitio uina. Col. lib. 1. cap. 6. 13.
Tela medicata ueneno. Silius lib. 7. 92.
Medicatio, Verba (μεδικός) Colum. lib. 2. cap. 10. 13. Potest tamen etiam cura istam medicationem cineri mista com modo seruari.
Medicus, medici, pen. corr. (ιατρός, ἰατρὴς, ἰατρὴς, ἰατρού) Nota significationis. Cic. pro Cluentio, 44. Iam hoc quoque prope iniquissime comparatum est, quod in morbis corporis, ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quaeritur in periculis capitis: ut quaeque causa difficillima est, ita deterrimus, obscurissimusque patronus adhibetur.
Cura solers medicorum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7. 7.
Celer atque fidelis medicus. Horat. 2. Seru. Satyr. 3. 30.
Fidi medici. Horat. 1. epist. 8. 2.
Medicus securus. Celsus lib. 2. cap. 6.
Medicum adhibere. Cic. de Fato, 46.
Conuocare medicos. Catull. de Acme, epigram. 39. 2.
Mistrare iussa medicorum. Ouid. epist. 19. 27.
Medicus, Adiectiuum (ιατρός) Quod est medici. Virgilius 3. Georg. 91.
Dum medicas adhibere manus ad uulnera pastoris abnegat.
Ope medica iuuare aliquem. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 2.

Ars medica. Tibull. lib. 2. eleg. 33.
Vfus medicus. Plin. lib. 22. cap. 8. 2. 1. bidem, cap. ult. ad finem
Et frugum quidem haec sunt in usu medico.
Medicina, medicina, penult. prod. (ιατρική, ἰατρικὴ, ἰατρικὴ, ἰατρικὴ) Cic. 5. de Finib. 28. Quonia ut medicina ualetudinibus, navigationis gubernatio, sic uiuendi ars est prudentia.
Adulatio medicina. Quint. lib. 2. cap. 15. 17.
Requies et medicina cura. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 24.
Somnus publica medicina cura. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 9.
Furoris medicina. Virg. 10. eclog. 12.
Mali medicina. Propert. lib. 1. eleg. 5. 6.
Imbecillus medicina. Vide Imbecillus.
Medicina deducta ad experimentis. Celsus in Proem. lib. 1.
Medicinam adhibere Reip. Cic. pro Seft. 119.
Admittere medicinam. Vide Admitto.
Afferre medicinam. Cic. 2. in Catill. 37.
Efficere medicinam. Cic. ad Att. lib. 1. 13. 4.
Facere medicinam. Cic. Terent. lib. 14. 7. 2. Ita sum leuatus, ut mihi deus aliquis medicinam fecisse uideatur. Idem pro Quinctio 5. Medicinam facere morbo. Plaut. Cist. 2. 65.
Facilitate medicinam. Quint. lib. 7. cap. 3. 22.
Fungi munere medicina. Ouid. 2. de Remed. amor. 80.
Parare medicinam. Ouid. 1. de Remed. amor. 19.
Vulnera posunt medicinam. Sil. lib. 11. 33.
Vates medicina. Plin. lib. 1. cap. 37. 85. Descriptus ab Herophilo medicina uate.
Temeraria medicina. Celsus lib. 3. cap. 9. Neque ideo tamen non est temeraria ista medicina: quia plures, si protinus à principijs excepti, intererit. Id est, contra artem, sine consilio et prudentia tentata. Temeritas et ratio contraria.
Excolere medicinam. Celsus in Proemio lib. 7.
Trunca medicina, et debilis, sine naturae rerum cognitione. Celsus in praefatione lib. 1.
Reperire medicinam incommotis. Cic. 1. Verr. 39.
Sera medicina struitur dolori. Stat. 5. Syl. 1. 4.
Temporibus medicina ualeat. Ouid. 1. de Remed. amor. 27.
Medicam, inquit Nonius, dicitur et uenenum tractum à Graecis, qui uenenum φάρμακον appellant. Accius Phoenicis, Sterilem esse illius opera medicinam autumans.
Medicina, medicinarum (ιατρικὴ) Medicorum taberna, uiculus thurarius, taberna aromataria, ubi pharmacopola obuersantur, et pharmacia uenduntur, hoc nomen in album Latinitatis acceptum est, et eo utitur Macrobius, in 1. 1. 7. Graecè medicinam, hoc est, medicorum officinam significat. Plaut. Amphib. 13. 5.
In medicinis, in tonstrimis, apud omnes aedes sacras.
Medicinalis, et hoc medicinale, penult. product. (ιατρικὴ) Quod ad medicinam pertinet: ut, Herba medicinalis. Plin. lib. 32. cap. 10. 9. Celsus, Vix ulla perpetua praecipua ars medicinalis recipit.
Medicinalis digitus dictus est minimo proximus, ut ait Macrobius: quoniam arteria quaedam à corde nata, pergit usque ad quartum digitum manus sinistrae. Ob quam causam nouus nuptus huic digito tanquam cordis uicario, sua sponse imponit anulum.
Medicabilis, et hoc medicabile, pen. corr. (ιατρός, ἰατρικὴ) Cui medicina adhiberi potest. Ouid. 1. Metam. 106.
Hei mihi quod nullis amor est medicabilis herbis.
Cura medicabilis nulla arte. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 5.
Medicabilis, pro Medicinalis aliquando ponitur. Col. lib. 7. cap. 10. 7. Quippe ligni succus medicabilis, epotus intestinum uentrem compefcit. (le, ut ait Festus.)
Medibilis, et hoc medibile (ἰατρός) Idem quod medicabile Medicamentum

Medioamen, pen. prod. medicaminis (μεδίομεν) Idem quod Medicina. Plin. auuncul. lib. 7. cap. 16. 1. Inunctis medicaminibus oculis.
Fortia medicamina. Ouid. 2. de Arte, 98.
Viste medicamen. Ouid. 6. Metam. 28.
Violenta medicamina. Cic. in Dionem, 9. Et quum isto ore fecido teterrimam nobis popinam in balasses, executione te uti ualetudinibus: quod dices uolentis te quibusdam medicaminibus solere curari: hoc est, uino imbutis.
Medicamen, pro succo purpure. Plin. lib. 9. cap. 38. 9. Centenas atque quinquagenas medicaminis libras aequari, etc. Medicamentum, pro eodem, ibidem, cap. 40. 1.
Medicamentum, medicamentum (μεδίομεν, ἰατρικὴ) Quo homines et cetera animalia curantur. Cicero secundo de Natura deorum, 199. Medicamentorum salutarium plenissima terra.
Medicamentum, Venenum etiam significat, ut Graecè φάρμακον, auctor Nonius. Medicamentum praesentatiuum. Plin. lib. 28. cap. 13. 5.
Opitalantur medicamenta. Celsus lib. 5. in Proemio.
Vinci medicamentis. Celsus lib. 5. cap. 28.
Medicamenta doloris. Cic. 2. de Finib. 38.
Medicamentarius, Substantiuum (φάρμακον) Qui medetur, uel medicamenta conficit. Plin. lib. 19. cap. 6. 10. Seditui duo genera: herbaceum folio incisuris eius euidentibus, quo uiuunt medicamentarij.
Medicamentarius, Adiect. (φάρμακον) Quod ad medicamentum perinet. Plin. lib. 7. cap. 56. 6. Herbariam et medicamentariam. Scilicet artem.
Medicamento'us, penult. prod. (φάρμακον) Aliud adiect. Quod remedium adfert, et medicamenti uice est. Cato cap. 15. 2. Et primum scito de omnibus brassicis, nulla est illiusmodi medicamentofior.
Medidles] medidiei, non dicitur, sed meridies (μεριδία) Cic. in Orat. 89. Ipsum meridiem, cur non medidie me credo quod erat insuauis.
Medietas] Vide Medius.
Medimnus] et Medimnum, medimni (μεδίων) Genus mensurae, quā minimam aedimus. Lingua enim uernacula primū minium, per syncope, postea minnum pro medimno posuit. Lucilius Satyr. lib. 15.
Praeterquam in precio primus semisse, secundus Numo, tertius iam plures quam totus medimnus. Buius auctor est, medimnum fenos modios capere. Cicero. 5. Verr. 92. In iugere Leontini agri medimnum ferè tritici feritur perpetua atque aequabili satione: ager efficit, cum octiduo bene ut agatur: uerum ut omnes dii adiuent, cum decimo: quod si quando accidit, tum fit ut tantum decuma sit, quantum feueris: hoc est, ut quot iugera sunt sata, totidem medimna decumae debeantur. Idem ibidem plura.
Mediocris, Mediocritas, Mediocriter, Mediocritas] Vide Medius.
Mediolanum] siue Mediolanū (μεδίολαν) Ptolemaeo, Britanniae urbs: uulgo Manchester. Item Mediolanum eisdem, Germaniae urbs. Hodie Monasterium, uulgo Munsler. Mediolanum aliud, Santonum urbs, auctore eodem. Vulgo Santes ut scribit Strabo lib. 4. ad Oceanum uergēs, inter Aquitanias maxima ex parte arenosa et agro tenui, ex milio alimoniam captans, reliquis fructibus sterilis.
Mediolanum] pen. prod. (μεδίολαν) Urbs est Cisalpina Galliae: de qua Strabo lib. 5. Insubres hac etiam etate sunt, qui Mediolanum metro polim habuere. ea quidem pridē uicus erat: omnes enim uicem habitabant: hac uero tempestate eximia dignitatis trans Padum ciuitas est, Theauri pars 2.

quodam modo Alpibus finitima. Vide Plin. lib. 3. cap. 17.
Mediolanum Insubres Galli edificarunt, ex nomine reliqui ab eis Mediolani, quod Ptolemaeus inter Cenomanos ponit. Haec tenus Volaterranus. Lilius autem Decad. 1. lib. 5. sic, Galli, inquit, per Taurinos saltus Iuliae Alpibus transcederunt: fustisq; acie Tuscis haud procul Ticino flumine, quū, in quo confederant, agrum Insubrium appellari audissent, cognominem Insubribus pago Heduarum: ibi omen sequentes loci, condidēre urbem, Mediolanum appellarunt. Haec tenus Lilius. Aufonius in urbium catalogo,
Et Mediolani mira omnia, copia rerum,
Innumerae cultaeque domus: sacunda uirorum
Ingenia, etc.
Mediolanensis et hoc Mediolanense (μεδίολαν) Quod ex Mediolano est, siue Mediolanum habitat. Cicero in Titon. 49.
Mediolanū] medίολαν, Ptolemaeo lib. 2. cap. 6. Hispaniae urbs. Vulgo Medina cali.
Mediomatrites] medίοματρικες, populi sunt inter Belgas, Leucis et Eburonibus uicini: Metenses scilicet, et his uicini Lotharingae populi. Plin. et Strab. Mediomatricos uocant, Vulgo Metz en Lorraine.
Medion] medίολαν, Herba est Mediae peculiaris (unde et nonomen accepit) in locis umbrosis petrosisque nascens. Romani Trifolium odoratum uocant. Vide Dioscoridem libro 4. capite 20.
Medioxi] di]. Vide Mediocris in Medius.
Medipontus] medιοποντι, instrumentum funariū, apud Catonem de Re Rustic. cap. 3. 3. Funes lorcos priuos, uel sces ferinos, fibulas duodenas, medipontos priuos lorcos, trochleas Graecicas binas. Idem cap. 12. Alio loco apud eundem legitur et medipontus: sed corrupte.
Meditor] pen. corr. medicaris (μεδίομαν) Quasi medio animo uersari, proprie enim est Cogitare, et ut ait Seruius, Mentē pertractare. Terentius Phorm. 2. 1. 12.
Quamobrem omnes, cum secunda res sunt maxime, tum maxime
Meditari secum oportet, quo pacto aduersam eorumnam serant. Cic. Curioni, lib. 2. 4. 5. Tu tamen ea para, meditare, cogita, quae, etc. Idem 2. Offic. 20. 2. Vi si quisquam causam sit acturus, in itinere aut in ambulatione secum ipse medietur, aut si quid aliud attentius cogitet, non reprehendatur.
Meditari male iugis. Plaut. Pseud. 20. 99.
Amorem meditari. Virg. 4. Aen. 34.
Arma meditari. Propert. lib. 3. eleg. 4. 1.
Meditari exilium. Cic. ad Att. lib. 14. 317. 2.
Meditari fugam. Col. lib. 9. cap. 8. 3. de ceruis.
Insidias aut dolum meditari alicui. Virg. 5. eclog. 12.
Meditari poenam in fratrem. Cic. 4. Tuscul. 12. 5.
Meditari ad. Cic. ad Curionem, lib. 2. 2. 3. Aut ne ad id mediteare, imperatum te offondam.
Meditari aduersus aliquem causam suam. Cicero ad Attic. libro 5. 110. 18.
Meditari de. Cic. ad Lent. lib. 1. 8. 9. Haec ego ad te ob eam causam maxime scribo, ut iam te tua quoque ratione meditare.
Meditari quomodo. Cic. ad Att. lib. 9. 190. 1.
Meditari regnare. Cic. 2. Phil. 12. 1.
Meditari se, Est se exercere. Plautus Stichus, 5. 31. Virgilius 6. eclog. 2.
Agrestem tenui meditabor arundine musam, id est, causam rusticam scribam, inquit Seruius.
Dicitur meditor, à Graeco. Seruius, Quod Graeci μεδίομαν dicunt, per

per antificum meditor dixerunt Latini. l. enim & d, inter dum sibi inuicem cedunt: unde & sella pro seda dicitur, a sedendo.

¶ Meditans, pen. cor. Particip. (μελετῶν) ut, lectum obliquum meditans. Horat. 3. Carm. ode 22. 2.

Longam & continuam absentiam paulatim meditans. Tacitus lib. 3.

¶ Meditatus, penult. product. Particip. (μελετησέν) Terent. Andr. 2. 4. 3.

Veni meditatus alicunde ex solo loco.

Plinius in Panegy. 5. Igitur quod temperamentum omnes in illo subito pietatis calore seruamus, hoc singuli quoque meditati teneamus, & c. Meditati id est, preparata oratioe.

Paratus & meditatus. Cic. pro Quintio, 21.

¶ Meditatus (μελετησέν) in passiva significatione reperitur. Terent. Phormione, 2. 1. 18.

Meditata mihi sunt omnia mea incommoda. Cicer. 1. Offic. 40. Leuiora enim sunt ea que repentino aliquo motu accidunt, quam ea que meditata & preparata insistantur.

Verba meditata componere. Ouid. 9. Metam. 165.

¶ Meditate, Aduerb. (μελετησέν) Plaut. Bacch. 11. 16. Ne tu illorum mores perquam meditate tenes.

Quasi dicat. Probe calles illorum mores, tu illos ad unguem nosti, ex longa meditatione & usu, siue experientia.

¶ Meditatio, Verbale (μελετη, μελετημα) Cic. 2. Tusc. 71. Tantum exercitatio, meditatio, consuetudo ualeat.

Commentatio & meditatio. Cic. 2. de Orat. 65.

Meditatio atq; exercitatio. Cic. 2. de Diuinat. 144.

Dicendi meditatio. Quint. lib. 2. cap. 10. 2.

Suilla est meditatio futuri mali. Cic. 3. Tusc. 37.

Verfari meditatione. Cic. pro Cluentio, 66.

¶ Meditamentum (περιτρομα) Idem. Tacit. lib. 15. Nomina similia curæ, & medicamenta. Idem lib. 20. Et ceteris belli meditentis militem firmabant.

¶ Meditatum, pen. prod. (μελετησέν) Dicitio facta a Grammaticis, qui Meditatum uerbum appellant, quod sensum quandam meditandi uideatur habere. Vide Priscianum & Vallam.

Mediterraneus, Meditullum Vide Medius.

Meditina pen. prod. Medicamentorum dea, Festo.

Meditrialia Torum, Sacra dea Meditriae. Mos erat, ait Festus, Latinis populis, quo die quis primum gustaret mustum, dicere omnis gratia, Vetus nouum unum bibo: ueteri nouo morbo medeor. A quibus uerbis etiam meditriae dea nomen coepit, eiusq; sacra Meditrialia dicta sunt. Varro de lingua Lat. lib. 5. Meditrialia, dies dictus a medendo: quod, ut ait Flaccus, Flamen Martialis dicebat, hoc die solitum unum nouum & uetus libari, & degustari medicamentis causa: quod facere solent etiam nunc multi, quum dicant, Nouum uetus unum bibo: nouo ueteri morbo medeor.

Medius Fuit quidam ex Alexandri adulatoribus, ac uelut hexarchus, & sophistes corypheus in optimum quenque. Hic alios hortabatur, calumnias in quenuis audacter coflarent. Nam etiam si, inquit, uulnus perforarit, in quem morsum infixeris, nihilominus cicatricosus conuulsetur locus. Ceterum ne lingua nostra sit gladius acutus, dum sale multo hunc illumq; defricamus, meminerimus. Author Cael. lib. 15. cap. 25.

Medius Adiect. (μέσος, μέσος, μέσος) Quod mensuratum equaliter distat ab extremis. A Græco deduci putat Sponimus, quod est μέσος.

Medium dicitur etiam, quicquid inter duo extrema est, etiam si non equaliter distet. Virgilius,

Iam medium tenuere rates. Terent. in Prolog. Phorm. 17.

Is sibi responsum hoc habeat, in medio omnibus Palmam esse positam, qui artem tractant musicam.

Medium inter. Cicero 8. Philipp. 236. Quum inter bellum & pacem medium nihil sit, necesse est tumultum, si bellum sit, pacis esse.

Medius æstus. Virgil. 1. Georg. 60.

At rubicunda Ceres medio succiditur æstu. id est, per diem, quando æstus est. Seruius.

Media mulieris ætas. Plaut. Aulul. 6. 32. Et paulo post, 35. Post mediam ætatem qui mediam ducit uxorem domi, & c. id est, medietatis uxorem.

Medius amicus, qui duorum hostium amicis, eorum cōtentio nibus & odijs se non miscet. Liu. lib. 5. bel. Maced.

Medius annus. Plin. in Pan. 100. Dies, Col. lib. 7. cap. 3. 7. Nox, Cesar. 5. bel. Gal. 32. Sic apud Liuium lib. 7. bel. Pun. 259.

Medium diei.

Per medias rapit ira cædes. Horat. 3. Carm. ode 2. 3.

Dies medius, Meridies. Virg. 3. Georg. 61.

In medios dormire dies. Horat. 1. epist. 2. 6.

Medius digitus. Plin. lib. 11. cap. 43. 2.

In foro medio, uel per medium forum. Cic. pro Domo sua, 39. Idem ad Quint. frat. lib. 2. 7. 9.

Frigoribus medijs. Virg. 10. eclog. 13.

Medium ingenium erat in Anco. Liu. 1. ab Vrbe, 140.

Medius mundi locus. Cic. 1. Tusc. 63.

In medio mundo terra sita est. Cic. 1. Tusc. 62.

In media nuntiorum nocte. Virg. 1. Georg. 66.

Plus media parte. Ouid. 3. Metam. 9.

In media potione exclamauit mulier. Cic. pro Cluent. 22.

Sermonem medium abrumpere. Virg. 4. Aeneid. 77.

Sonus medius. Plin. lib. 10. cap. 29. 6. Modulatus editur sonus.

Et paulo post, Summus, medius, imus.

Medium tempus. Plin. epist. 111. cap. Idem lib. 3. epist. 5.

Medio tempore, pro interea. Sueton. in Cesare.

In uoce media resistit. Virg. 4. Aen. 16.

Pacis & belli medius. Horat. 2. Carm. ode 19. 6.

Mediam locauit. Virg. 1. Aen. 141. hoc est, in medio.

Medium arripere: hoc est, Per medium corpus. Terentius Adelph. 3. 2. 18.

Sublimen medium arripere, & capite primum in terram stauerem.

Mediam mulierem complectitur. Terent. Andr. 1. 1. 106.

Medium responsum. Dubium. Liu. 9. bel. Maced. 163.

Medius & ambiguus sermo. Plin. epist. 190. f.

Media uocabula dicuntur, que in bonam & in malam partem accipi possunt. Qualia sunt tempestas, ualetudo, facinus, dolus, gratia, industria, periculum, uenenum, contagium. Et apud ueteres, honor quo significabatur iniuria.

Medie artes. Quint. lib. 2. cap. 21. 1.

Medium tenere. Plin. epist. 74. 6.

Cursum medium tenere. Cic. in Vatium.

Medius, importunus, incongruus. Virg. 1. Aen. 138.

Ne qua scire dolos, mediusue occurrere possit.

Interiectus ac medius, uel interiectus medius. Cicero 4. Actadem. 31. Is ipse alia interiecta & media numerabat. Idem de Opt. gener. orator. 142. Alios eis interiectos & tanquam medios putet. Et 10. Philipp. 276. Qui duorum fratrum ætatibus medius interiectus, utriusq; cum utroque certabat.

Medius, Manifestus. Virg. 2. Aen. 76.

—sensit medios delapsus in hostes. Seruius, manifestos. ut idem Virg. 2. Aen. 107.

—quanquam in media iam morte tenetur.

¶ Afferre in medium. Cic. 1. Offic. 34. Et communes utilitates in medium afferre mutatione officiorum. id est, in communem usum. Vide Afferro.

In medium consulere, pro In commune. Virg. 11. Aen. 67.

¶ Medio discedere: pro secedere & occultari. Suet. in Cesare, in principio. Budæus.

¶ Medio excedere, pro Mori. Terent. Phorm.

Pellere è medio. Cic. 3. Offic. 47.

Ponere in medio, Idem quod afferre in medium. Cicero 1. de Natura deorum, 20. Ponam in medio sententias Philosphorum.

Proferre aliquid in medium, Idem. Cic. 2. Verr. 18. Idem Senatus, lib. 15. 2. 16. Sed tamen illud tempus, cum rem nunquam in medium propter periculi metum protulisse.

¶ Quæere in medium. Virgilius 1. Georg. 26. id est, in commune. Seruius.

Recede è medio, per alium transigam. Cicero pro Sextio Roso, 66.

Relinquere in medio. Cicero pro Cælio, 37. Mulierem nullam nominabo: tantum in medio relinquam, si qua, & c. id est, controuersum relinquam, nihil statuum, uel constituam. Budæus. Vide In.

In medio esse, uel situm aut positum esse: quibus contrarium est, obcurum. Cic. 4. Verr. 72. Tabule sunt in medio. ibidem, 1. de Oratore, 72. Dicendi autem omnis ratio in medio posita. Et 5. Tusc. 134.

In medio sit. Suet. Sed quod discrepat, in medio sit, id est, sit pro incomperio. Bud.

Sumere è medio. Cic. pro Domo sua, 106.

De medio tollere, pro Occidere. Cicero pro Roscio Amærimo, 12.

Venire in medium, & Procedere in medium. Cic. 4. Verr. 126. Et 2. de Inuent. 153. Item 1. de Finib. 21. Prima ueniat in medium Epicuri ratio.

Vocare in medium. Cic. pro Cluent. 61.

Medio campi, medio montium, medio diei, & similes locutiones. Tacit. lib. 1. Idem libro 13. Medio temporis contradicere liceret.

Medio tempore, pro Interea. Sueton. in Cesare.

Medius, pro Mediocri. Liu. lib. 6. ab Vrbe. Apparebatq; nec ueri iudicij mediæ gratiam, nec falsi offensionem fore.

Medius, secundum Priscianum, in libello De duodecim carminibus, à modo dicitur, hoc est, à mensura: unde & modius: & differentie causa, medius mutauit o in e. Vel dicitur à Græco μέσος, ut dictum est.

Medic] aduerbio, frequenter utitur Firmicus libro 2. cæa pite 28.

¶ Mediale, huius medialis, pen. prod. neut. gē. Solinus cap. 653. Lignū omne atq; medicale, eadem ferme & facie & nitore, qui est in lapide gagate. hoc est, omnes hebeni partes, tam extere quam medie seu medullaceæ, similes sunt gagate lapidi. Idem cap. 33.

¶ Medietas, pen. cor. medietatis (μέσότης, μέσος) Cic. de Vniuersitate, 30. Vt in singulis essent bina media, uix enim audeo dicere medietates: quas Græci μέσότητες appellat: sed quasi ita dixerim, intelligatur: erit enim planius. Paulus iuriconsultus in l. antiqui. ff. si pars hereditatis pet. Prudentissimi uis auctores medietatem quædam secuti sunt: ut quod fieri non raro admodum possit, intuerentur.

Mediocris] & hoc mediocre, pen. corr. (μέτριος, μέτριος) Quasi mediam tenens.

Astor medicris caesarum. Horat. 2. de Arte, 75.

Ars medicris. Cic. 1. de Orat. 4.

Cura non mediocris. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 19.

Infortunium mediocre. Plaut. Curcul. 11. 5.

Ingenium mediocre. Cic. 2. de Orat. 63.

Innitiu mediocre. Sueton. de claris Grammat. 1.

Iracundia mediocri iratus. Plaut. Curcul. 11. 1.

Malum mediocre. Cic. 3. Tusc. 38.

Orator medicris. Cic. de claris Oratoribus.

Pœna medicres. Plaut. Bacch. 8. 21.

Spacium mediocre. Plin. lib. 7. cap. 38. 1.

Sponsalia medicria. Plin. lib. 9. cap. 35. 13.

Statura medicris. Plaut. Rud. 9. 9.

Status medicris. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 61.

Non mediocre telum ad res gerendas fama. Cic. de Amic. 5. 5.

Vitia medicria. Horat. 1. Serm. 4. 28.

¶ Mediocritas, penult. corr. (μετριότης) Medium dicitur, ut ait Nonius. Cicero 4. Academ. 244. Mediocritates illi probabant, & in omni permutatione naturalem uolebant esse quandam modum. Colum. libro 4. Mediocritas in electione loci maxime probatur: quoniam in confinio boni maliq; posita est.

Mediocritas ingenij. Cic. 2. Phillip. 29.

Minus superba medicritas præceptoris ad suscipiendas elementorum molestias. Quint. lib. 2. cap. 3. 2.

¶ Mediocriter, penult. ebr. Aduerb. (μετρίως) Medio quodam modo: hoc est, Prudenter & moderatè. Cic. 1. de Finib. 10. Quid Theophrastus, medicriter ne delectat, quum tractat locos ab Aristotele ante tractatos?

Nemo medicriter quidem doctus ignorat. Cic. 2. Tusc. 11.

Etiã medicriter à me tibi commendatus. Cicero ad Sulpit. lib. 13. 29. 1.

Non medicriter ferre. Cic. 5. Verr. 79. Idem pro Quint. 43.

Tamen esset non medicriter conquerendum.

Mediocriter doctus. Plin. epist. 10. b. Cic. 2. Tusc. 11.

Haud medicriter. Plaut. Merc. 5. 13.

Mediocriter facere. Terent. Andr. 1. 1. 32.

Mediocriter uelista ueste lugubri. Terent. Heaut. 2. 3. 45.

¶ Medioximus, uel medioximus, pen. corr. Adiectiuum (μέσιστος) Mediocris, siue medius. Vnde Medioximi diij uocantur potestatis mediæ. Seruius in librum 8. Aeneid. dicit, Herculem communem deum utriusq; nature, medium & inter mortalitatem & inter diuinitatem. Sunt numina aliqua tantum terrestria, aliqua tantum cœlestia, aliqua media, quos medioximos Apuleius uocat. Plaut. Cistel. 5. 36.

At ita me di deeq; superi, inferi, & medioximi, & c.

Medioxima uxor. Plaut. Cistel. 7. 68.

Medioximè] aduerbium, Medio modo. Varr. Modio, Quid aliud est quod Delphica canat columna literis suis, & c. uel uideam uos facere addit mortalem modum medioximè, ut quondam patres nostri loquebantur. Ex Nonio.

Mediusfidus] μέσος φίδος (inquit Festus) compositus uidetur, & significare Iouis filium, id est, Herculem: quod Iouem Græci φίδος θεός, & nos Iouem ac fidium, id est, pro filio: quod saepe antea pro L. litera, D utebantur. Quidam existimant, uisurandum esse per diui fidem: quidam per diuini temporis, id est, diei fidem. Hæc Festus. Alij sic, Mediusfidus, hoc est, per deum fidium. nam Fidius deus est, qui si dei præest. Plaut. Asin. 3. 8.

Per dium fidium queris iurato mihi. Cicer. pro Roscio Amer. 57. Quæ ita aperta & manifesta sunt, ut mediusfidus, iudices inuitus ea dicam.

¶ Mededi, pro Mediusfidus. Titinius, An quia pol ad te pol fabulare, mededi. Verba sunt adolescentis qui in somniant deo generat: proindeq; hoc iusturandum non audeant ea loqui, quum religio esset mulieribus illud proferre. Et quæ

Suet. in Calig. cap. 5.
Mehercule] penultima correpta (μὲν τὸν ἠγανάκην) **Adura-**
bium iurandi, Per Herculem. Cicero Attico, libro 10.
 205, 13, Epistola tua gratissima fuit meae Tulliae, & me-
 hercule mihi semper secum aliquid afferunt literae tuae. In
 dem 5. Ver. 25.
Mehercules, Idem (μὲν τὸν ἠγανάκην) **Festus, Meccator** &
Mehercules iurandum erat: quasi diceretur, ita me Ca-
stor, ita me Hercules: ut subaudiatur, iuuet. Cic. 6. Verr. 27,
 Verè mehercules hoc iudices dicam. Idem in Oratore, 89,
 Impetratum est, inquit, à consuetudine, ut peccare suauita-
 tis causa liceret, & pomeridianas quadrigas, quam post-
 meridianas libentius dixerim: & mehercule, quam me-
 hercules.
Mei] uel mis (μῆς) **genitiuus ab Ego. Vide suo loco.**
Meio] meis, mimi, mictum (μῆς, μῆς) **meiere, Vrinam e-**
mittere. Diomedes praeteritū meij esse dicit, sed in usu mi-
 xi. Persius Sat. 7. 12,
 —sacer est pueri, locus, extra Mijte. Martial. li-
 bro 3. 36,
 Mimiisti corrente femel Pauline carina,
 Meiere uis iterum, iam Palinurus eris.
Mictum, Supinum. Horat. 1. Ser. Satyr. 8. 8.
 —atq; in me ueniat mictum atq; cacatum
 Iulius, & fragilis Pedatia.
Mula meiens. Catul. de Amylio, epigr. 92. 2.
Micturio, micturis, pen. corr. micturire, Desideratiuum uer-
bum à Meio. Iuuenal. Satyr. 6,
 Noctibus hic ponunt lecticas: micturiunt hic, Pro primi-
 tiuo Meio uidetur hic positum.
Mel] mellis, n. g. (μῆλι) **Notè significationis. Vide Plin. lib. 11,**
cap. 14. 1. Cic. 3. de Finib. 53, Mel, est dulcissimum est, suo ta-
men proprio genere saporis, non comparatione cum alijs,
dulce esse sentitur.
Mel, à Græco μῆλι fit. Plaut. Trucul. 4. 72,
 —in melle sunt lingue sitæ nostræ atq; orationes
 Corda in selle sunt sita, atq; acerbo aceto.
Dulcior melle. Ouid. 5. Trist. eleg. 5. 6.
Aerij mellis caelestia dona. Virg. 4. Georg. 1.
Antica mella, de fauis. Ouid. de Medicamine faciei, 17.
Constructa mella. Virg. 4. Georg. 43.
Dulcia mella. Virg. 4. Georg. 21.
Flaua mella. Ouid. 1. Metam. 23.
Flagrantia mella thymo redolent. Virg. 4. Georg. 34.
Humida mella. Virg. 4. Aeneid. 97.
Liquata mella expressis fauis. Ouid. 4. Fast. 30.
Liquentia mella stupant apes. Virg. 1. Aen. 88.
Liuentia mella ueneno. Valer. 1. Argon. 13.
Pressa puris mella condit amphoris. Horat. Epod. 2. 3.
Purissima mella. Virg. 4. Georg. 33.
Redolentia mella flore thymi. Ouid. 15. Metam. 16.
Reperia à Baccho mella. Ouid. 3. Fast. 148.
Rosida mella. Virg. 4. eclog. 7.
Spumantia mella cogere pressis fauis. Virgilius quarto Ge-
orgic. 28.
Tenacia mella figunt. Virg. 4. Georg. 12.
Generandi gloria mellis. Virg. 4. Georg. 4. 1.
Poetica mella. Horat. 1. epist. 20. 9.
Muscaum dulce mel. Lucret. lib. 4. 5.
Mel, pro eloquentia, seu dicendi suauitate. Ouid. ad Pisonem,
 Inebria Nestorei cedit tibi gratia mellis.
Mel meum, Blandentis uox: quæ admodum est, Meum suauit.

Plaut. Curcul. 4. 8.
Melliculum, melliculi, pen. corr. (μῆλιγγον) Dimin. blandiē-
tis. Plaut. Casina, 2. 1. 15,
 Meum corculum, melliculum, uerulum. Idem Cur-
 cul. 2. 11.
Mellillum, mellilla, mellillum (μῆλιγγον) Diminut. alterum
similiter blandientis. Plaut. Casina, 3. 4. 5,
 Mea uita, mea mellilla, mea festiuitas.
Mellarius, Adiect. Quod ad mel pertinet. Plin. lib. 21. cap.
14. 4. Vasa mellaria aut fauos lauari aqua præcipiunt: hæc
etiam apiaria dicuntur.
Mellarius, Substant. (μῆλιγγον) Qui mellis opus ex-
ercent. Varro libro 3, de Re rust. cap. 16. 13, Ad extrema,
qua mellarij fauum eximere possunt, opercula imponunt
aluicis.
Mellarium, Substant. (μῆλιγγον) Vbi apes nutriuntur. Var-
ro de Re rust. lib. 3. cap. 12. 6. 9, Mellitonas ita facere oportet,
quos alij melitrophia appellant: eandem rem quidam
mellaria.
Meliturgus, meliturgi (μῆλιγγον) Idem quod Mellarius,
qui mellaria exercent. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 2, Merna-
la, ut cetera fecit historicos, quæ sequi meliturgi solent,
demonstrabit.
Mellatio, mellationis (μῆλιγγον) Mellis uindemia,
quum mel eximitur. Plin. lib. 11. cap. 16. 2, Hæc ergo mella-
tio sine uindemia & Vergiliarum occasu. Idem lib. 11. cap.
15. 12, Aestiuu mellatione decimam partem Thasio Diony-
sio apibus relinqui placet.
Melleus, Adiectiuum (μῆλιγγον) Quod ex melle est, uel
mellis quantitatem refert ipso gustu: ut, Melleus sapor, &
apud Plinium libro 15. capite 14. Et libro 11. capite
16. 7, Fæx statim mellei coloris. Et lib. 2. 1. cap. 14. 5, Mela-
leus odor.
Melleus, aliquando pro Dulci accipitur, ut, Vox mellea.
Mellitius, pen. prod. Adiectiuum (μῆλιγγον) Quod est mela-
le conditum. Plin. lib. 3. cap. 19, Mellites succum remittit:
dulce, mellitiusq; tuis. Varro 3. de Re rustica cap. 16. 17, Et
fauis mellitius ponendi à faucibus longè. Porro mellita
uocantur, cibaria dulciora, melle condita, quum luxuria no-
dum saccharum materiam gancæ fecisset. Antiquius enim
saccharum ad medicinæ duntaxat usum adhibebatur: cuius
hac tempestate tam frequens usus est ad gula condimenta.
Bellaria mellita, Vide Bellaria.
Placentæ mellite. Horat. 1. epist. 10. 3.
Mellitius puer, pro Suauis & iucundo. Cic. ad. Attic. lib. 1. 13. 2.
 Catul. ad Iuuenentium, epig. 4. 5. 1,
 Mellitos oculos tuos Iuuenenti, &c.
Mellifluus, Adiectiuum (μῆλιγγον) Ex quo fluit mel,
uel fluere uidetur: hoc est, Dulce, iucundum: ut, Melliflua
oratio.
Mellifer, pen. corr. Adiect. (μῆλιγγον) Ouid. 10. Metam.
 Mellifera apes.
Mellifico, mellificas, penult. corr. (μῆλιγγον) mellifica-
re, Mel facere. Plin. lib. 11. cap. 18, Alium quæ in arborib.
mellificant.
Mellificus, penult. corrept. Adiectiuum (μῆλιγγον) Quod
mel facit. Colum. lib. 9, Vt ab opere mellifico euocata apes
foetibus expleant.
Mellificium] mellificij (μῆλιγγον) Mellis artificium. Var-
ro de Re rustica, libro tertio, capite 16, Sed ut hoc aptissi-
imum ad sanitatem apium, sic ad mellificium thymum. Col-
lib. 9. cap. 12, Apes magis mellificijs, quam foetibus suadent.
 Mellis

Melligenus] penult. corrept. Adiect. (μῆλιγγον) Quod
est eiusdem generis cum melle. Plinius libro 16. cap. 7. 2,
Fert & aliam inuitilem pilulam cum capillo, uerno tamen
tempore melligeni succi. hoc est, eiusdem succi, cuius est
mel ipsum.
Mellina, mellina, fœm. gen. Potio est confecta adiectio mela-
te. Plaut. Epidicò,
 Nissi in idulo, aut in mellina attulisti. id est, nisi si
 in scortea eum habes mantica, aut in œnophoro, uel lagena
 melline, ex Turnebo.
Melana] melana insula est, quæ alio nomine Corecyra ap-
pellatur. Stat. 12. Theb. 12. 4,
 Icarij, Cœleijq; domus, uiridesq; Melane.
Melamphyllum] melamphylli (μῆλιγγον) Species
acanthi herbae, à siliorum nigredine sic dicta, quasi melano-
phyllum. Plin. lib. 22. cap. 22.
Melampodium] melampodij (μῆλιγγον) Genus ni-
gri bellebori, à Melampode uate dictū. Plin. lib. 25. cap. 5. 9,
Melampus] Melampodis, pen. corr. (μῆλιγγον) fuit, teste
Homero lib. Odyssæ 15, filius Amythaonis ex patria Ar-
go. Stat. lib. 3. Thebaid. 91,
 —Amythaone cretus,
 iam senior, sed mente uirens Phœboq; Melampus
 Affociat. Dicitur etiam fuisse medicus illustis, &
 filius Pœni sanauisse belleboro. Virgilius 3. Georg. 110,
 Quæ sita q; nocent artes: cœsere magistri
 Philyrides Chiron, Amythaonidq; Melampus.
Melampus, nomen canis apud Ouid. 3. Metam. 41. Dicit sic.
 τὰ μὲν τὸ μέλας ἔχου τὸν πόδας, quod nigros habeat pe-
 des. Ouid. 3. Metam. 42,
 —primusq; Melampus Ichnobatesq; sagax latra-
 tis signa dederunt.
Melampygos] Lapis in Thermopylarum monte, legitur
apud Herodotum historia 7. ubi desinit Anopæa uia, quæ
grassantes Persæ Pylus occupauerunt, Epialte duce.
Melampygos] 4, um. Vide Passalus.
Melancholia] melancholie (μῆλιγγον) Latine dicitur
atra bilis, quæ sepe in furorem agit homines. Cic. 3. Tuscul.
18, Græci uolunt illi quidem, sed parum ualent uerbo, quæ
nos furorem, μῆλιγγον ipsi uocant: quasi uerò atra bilis
solum mens, ac non sepe uel iracundia grauiore, uel timo-
re, uel dolore moueat.
Melancholicus, penult. corr. Adiectiuum (μῆλιγγον) Qui
atra bile plurimum abundat. Cic. 1. Tuscul. 12. 6, Aristot-
eles quidem ait omnes ingeniosos melancholicos esse. Idem
1. de Diuin. 139.
Melanchlani] μῆλιγγον, Scythia populi, à nigris ue-
libus quas ferunt, ita nominati Stephanio.
Melanocoryphus] melanocoryphi, penult. corr. (μῆλιγγον)
avis quæ & ficedula dicitur: sed ficedula no-
men habet, potissimum Autumno, ab edendis ficis. alijs
temporibus melanocoryphus, quod νοβρὸν μέλας, hoc
est uerticem nigrum habeat, Latine atricapillam dicere
possunt: mutat enim formam et colorē. Plin. lib. 37. ca. 8. 6.
Melandryum] μῆλιγγον, Genus herbae. Plin. lib. 26.
 cap. 7. 7. Martial. lib. 3. 35,
 Teq; iuuant gerres, & pelle melandrya cana.
Melanes] uel Nigri montes (μῆλιγγον) iuxta desertā A-
rabia. Ptolemæo lib. 5. cap. 17. Hodie mons Sinai, mons
S. Catharinae: sur desertū Hebræis, à Mauris Tur dicitur.
Melanla] melania, pen. corr. fœminini generis, Idem quod
Nigritia seu nigredo. Plin. lib. 24. cap. 8. 1, Et lentiginem et
carcinomata, melanias quoque ueteres addito melle emen-

dant. Meminit etiam Hieronolus.
Melaneus] penult. corr. tribyllabum, Nomen canis apud O-
uid. 3. Metamorphoseos,
 Harpalos & Melaneus, hirsutaq; corpore Lachne.
Melanteria] tria. Scribonius Largus, Melanteria, quæ cre-
ta sutoria dicitur, qua ligule calceolorum demigraunt. De
la pierre noire.
Melanthia] teste Aristarcho in 10. Odyss. Homeri, filia fuit
Deucalionis ex Pyrrha.
Melanthium] melanthij (μῆλιγγον) Herba, quæ uulgò
Nigella appellatur, à seminis nigredine: unde etiam Græcis
melaspermon appellatum est. Plinius lib. 20. cap. 17. 7,
 Gith ex Græcis alij melanthion, alij melaspermon uo-
 cant: optimum quàm excitatissimi odoris, & quàm
 nigerrimum. Medetur serpentium plagis & scorpionum.
Melanthius] Nomen uiri: qui quum Gorgia inimicus es-
set, dixit, Hic nobis de concordia præcepit, qui tres in una
domo concordare non potuit.
Melanthius item, Nomen est uiri Troiani, quem Eurypilus
in bello Troiano interemit, ut scribit Homerus. Alius eius-
dem nominis pastor est apud Theocritum. Alius item pi-
stor fuit, cura pingendi præcipuus. Author Quintil. lib.
12. cap. 10.
Melanthus] Vnus eorum quos in Delphines mutauit Bac-
chus. Ouid. 3. Metamorph.
Melanurus] melanuri, pen. prod. (μῆλιγγον) Piscis sic
dictus, quod nigricantem caudam habeat, & inter saxatiles
numeratur. Etmus,
 Melanurum, turdum, merulam, timbramq; marinam.
 Vbi primam produxit, penultimam corripuit: quum ta-
 men Græcè scribatur μῆλιγγον. Proinde rectius Lippius
 in 3. Oppianici,
 Haud facili paruus melanurus fallitur arte. Plinius
 lib. 32. cap. 2. 7. Vide Cælium libro 25. cap. ultimo.
Melapium] melapij (μῆλιγγον) Malum maius est
appij. Plinius libro 15. cap. 14. 4. Cetera è causis traxer-
re nomen: germanitatis coherentia, & gemella, nunquam
singula in fœm, coloris serica, cognationis melapia.
Neque enim accipiendum est melappia (sic enim ferè
in omnibus exemplaribus legitur) cognationis nomen à
gente uel familia Appiorum accepisse, sed à cognatione,
quæ ea ipsa mala cum pyris habent. & enim pyrura
est Græcis, μέλας malum siue pomum. Quod autem Pli-
nii ipse non aliter quàm melapia scripserit, & ut dica-
norum malorum mentionem fecit, quæ ex Appio è claudia
gente sunt cognominata, & melapiorum nomen nobis
ex gente, sed ex causa cognationis tractum esse ait.
Melas] μέλας, Maltorum flumiuu nomen est. Nam unū esse
in Mygdonia ostendere uidetur Ouid. 2. Metam. 50,
 Mygdoniusq; Melas. Alium in Sicilia describit Ouidius
 lib. 4. Fast. Sacratumq; Melam pascua lata bouum.
Melas] melanos, masc. g. Vtiliginis species. Vide Alphos.
Mele] μέλι, Nominatiuus plur. Græcus, à μέλι, idè quo à
carmina & modulationes. Lucret. lib. 2. 83, —equè
 Ac musea mele per choras, organici quæ
 Nobilibus digitis expergefæcta figurant.
 Cygea mele. Lucret. lib. 2. 102.
Meleager] uel Meleagrus, penult. corr. (μῆλιγγον) Tydei
frater fuit, Oenei filius, qui quum aprū Calydonium inter-
fecisset, eiusq; pellem & caput Atalantæ amicae sue dona-
uisset, Thestiade eius auunculi uirumq; illi ademerunt. Quæ

re cognita, ille eos interfecit. Althea Meleagri mater ob fratrum suorum eadem filio irata, eum execrata est, eius interitum exoptavit. Quum Calydon postea à Curetibus oppugnaretur, neque iam Calydonij impetum hostium sustinerent, Meleager neque patris, neque matris iam placate rogatu open ferre patrie uoluit. Flexus tandem, et uictus Cleopatrae uxoris precibus, hostes à moenibus Calydonis propulsauit. Althea autem odio renouato, facem ei à Parcis donatam, inflammavit. Vide Homerum lib. 1. Iliad. et Ouid. lib. 8. Metamorph.

Meleagraa] Calydon urbs dicitur, quoniam Meleager in ea imperauit. Sipontinus.

Meleagrides] penult. corrept. (μελαγριδες) Gallinae Africae. Plin. libro 10. cap. 26. Simili modo pugnant meleagrides in Bœotica Africa: hoc est, gallinæ genus gibberum, uarijs sparsum plumis, quæ nouissime sunt peregrinarum auium, in mensas receptæ propter ingratum uirus. Verum Meleagri tumulus nobiles eas fecit. Colum. lib. 8. cap. 2. 2.

Melesigenes] pen. corr. Nomen proprium fuit Homeri poetae, qui propter cecitatem Homerus est appellatus: ut supra scripsimus.

Melia] μέλαινα, A' Græcis dicitur arbor, quam Latini fraxinum uocant. Vide Ruell. lib. 1. cap. 82. Est et Melia Carie oppidum, apud Hecateum. lib. 1. Genealog.

Melia terra] μέλαινα γῆ, Terra genus est Bretrie cineræ non dissimile, quod digitis confricatum stridorem reddit trito pumici similem. Vires habet in medicina eadem ferè cum alumine, paulò tamen ignauiore. Picioribus etiam usui est, ad diuturniorem colorum firmitatem. Plinius Melinum uocat, nomine deducto à melo, insula una Sporadum, unde aduehi solet.

Melibœa] μέλιβοια, Vrbs est litoralis Magnesiæ, propinqua Thessaliæ: ut testis est Herodotus lib. 6. Eius etiã patria Phicolaete, dicente Luciano lib. 6. 71.

— precioso, nefandæ Lampados, Herculeis fortis Melibœa pharetris Fulgens Melibœa purpura. Lucret. lib. 2. 101.

Melibœus, Adiect. Vnde Purpura Melibœa, hoc est, Melibœensis, ait Seruius.

Meliceris] pen. prod. meliceridis, f. g. uel Meliceria, meliceriæ (μελιμυρία) à cera et melle nomen accepit. Tuberculi mellis crassitudine in cubitis et genibus: interdum quoque alijs partibus, et in ore ipso, et in capite: quod ita nominatur, quia humor in eo melli similis includitur, nec pressum remittitur, ut id quod ganglion siue ganglion appellant in eadem parte, sed molle cedensque. Plin. lib. 20. cap. 21. 11. Radice meliceris et lepras curant. Idem lib. 21. cap. 20. 13. Et contra meliceridas efficax. Sunt qui scribunt, meliceris. Vide Celsum lib. 5.

Meliceria] μελιμυρία, Filius Athamantis et Inus: cum quo mater, quum uideret Athamanta, regem Thebarum maritum furentem, in mare se precipitem dedit: et postquam in numina sunt comutati, Græcè Leucothea et Palemon sunt appellati: Latine Portunus, et mater Matuta. Author Seruius apud Virgilium 1. Georg. 88.

Votâque seruati soluent in litore nautæ, Glauco, et Panopee, et Inoo Meliceriæ. Fabulam describit Ouid. 6. Fast. 99.

Melichros] penult. corrept. Lapis modò niger, modò flavus, à mellis colore uocatus. Plinius libro 37. capite 11.

Melichrysis] penult. prod. Gemma, quæ ex India mittitur, quasi per aurum sincero melle translucens. Plin. libro 37. cap. 9.

Melicus] penult. corr. (μελιος) Adiect. à μέλι, Idem quod Musicus. Vnde poetae lyrici, melici dicti sunt. Ausonius.

Tumelicus, lyricosque modos. Cicero de Opt. genere Orator. 1. 4. 1. Poematis enim tragici, comici, epici, melicæ tiam ac dityrambici, etc.

Melicum] ab imperito uulgo dicitur gallinarum genus, quod medicum dici debet, teste Columella libro 8. cap. 2. his uerbis. Præcipue Tanagricum genus et Rhodium probabant, nec minus Chalcidicum et medicum, quod ab imperito uulgo litera mutata melicum appellatur: nobis nostrum uernaculum maxime placet.

Meligene] penult. corrept. Ptolemæo libro 2. capite 17. Melytusa Polybio dicitur, quam nos Melitem insulam uocamus, ad mare Adriaticum, ante Dalmatiam sita.

Meligunis] μελιγυνη, Insula est Sicilia adiacens, una ex Aeolijs, quæ notiore nomine Lipara dicitur. Plinius libro 3. cap. 9.

Melilotos] penult. prod. scem. gen. (μελιλωτος) Herba quam Columella Serulam Campanam appellat, quod in Serta urbe Campanie frequentissima sit. Plinius lib. 21. cap. 11. 3. Melilotos ubique nascitur. Laudatissima tamen in Attica.

Melime] melimelis, pen. corr. n. g. (μελιμελι) Sapor meli Cydonij ita conditi, ut melli quiddam simile referre uideatur. Colum. lib. 12. cap. 45. 2.

Melime] melimeli, penult. prod. (μελιμελιος) Dicitur pomum musteum, siue dulce, quasi mel pomum, nam μέλι Græcis dicitur mel, et μέλιον mali, quod mellis saporis habeat. Plinius musteum à celeritate nascendi denominatum dicit, lib. 15. cap. 14. 4. Mustea, à celeritate mitescenti: quæ nunc melimela dicuntur, à sapore melleo. Orbiculata à figura orbis in rotunditatem circumacti. Martial. libro 7. 2. 4.

Infanti melimela dato, fatuasque mariscas. Plinius lib. 23. cap. 6. 4.

Melime] rubere. Horat. 2. Serm. Satyr. 81. Post hæc me docuit melimela rubere minore Ad Lunam delecta.

Melinum] melini, Apiastrum uocat Varro de Rustica, lib. 3. cap. 16. his uerbis. Et ortum habuisse, ac reliquum thymo et cythiso obfuisse et apiastro: quod alij meliphylion, alij melissophyllon, quidam melinum appellant.

Melinum] μέλινον, Oleum ex flore malorum. Plin. lib. 23. cap. 6. 3. Fit et oleum ex his, quod melinum uocantur, quoties non fuerint in humidis nata. Ideo utilissima, quæ ex Sicilia ueniunt.

Melinum, Vnguentum. Plin. lib. 13. cap. 1. 4. Postea eodem loco prelatum est melinum, Cyprinum in Cypro.

Melinum, Coloris candidissimi species. Plin. lib. 35. cap. 6. Melinum candidum et ipsum est, optimum in Melo insula. in Samo quoque nascitur: sed eo non utuntur pictores, propter nimiam pinguedinem. Plautus Mostel. 4. 106. Quidam uolunt esse colorem medium inter album et fuscum, qui dicitur giluus.

Melina, melina, μέλινα, Genus uestis apud Plantum in Epidico, 2. 21. — ubi ergo est: nisi in uidulo.

Aut

Aut si in melina attulisti. Est item genus tibie acutissimè sonitæ Vestis ait.

Melior, Meliusculus, Meliorefco, Melioro] Vide Bonus.

Meliphylion] μέλιφυλλον, Nomen herbe. Varro lib. 3. de Rust. cap. 16. Reliquum thymo et cythiso obfuisse, et apiastro, quod alij μέλιφυλλον, alij μέλιφυλλον, quidam μέλιφυλλον appellant. Virg. 4. Georg. 13.

Tritum meliphylia, et cerynthe ignobile gramen. Vide Melissophyllum.

Melipontus] Adiectiuum, ut Melipontus fanis. Cato cap. 68. Vbi legitur et medipontus. Vide suo loco.

Melis] huius melis, f. g. (μέλι) Animal quod et taxo, siue taxus dicitur, quod sit melli auditissimum, et alueribus semper infestum, in cauernis utens, asperum, mordaxque, magnitudine uulpis, colore felis: ex cuius pelle pharetras et canum collaria obtegunt. Plin. lib. 8. cap. 38. 2. Varro 3. de Rust. cap. 12. 3. Alterumne felis, aut melis, aliæque bestia intrare possit.

Melissa] Vide Melissus.

Melissophyllum] melissophylli (μελισσοφυλλον) Plin. lib. 20. cap. 11. 4. Apiastrum Hyginus quidè melissophyllum appellat: sed in confessa damnatione est uenenatum in Sardinia. Virgilius per syncopam dixit, 4. Georg. 13.

Tritum meliphylia.

Melissus] μέλισσα, Fuit rex Cretensis antiquissimus, qui, ut scribit Lactantius Institutionum lib. 1. primus dejs sacrificauit. h. b. uitijs filius Amaltheam et Melissam, quæ Iouem puerum caprimo lacte ac melle aluerunt, unde Melissa apes dicitur: Amalthea capra eiusdem nomè accepit. Colum. lib. 9. cap. 2. 2. Nec sane rustico dignum est sciscitari, si uine mulier pulcherrima species Melissa, quæ Iupiter in apè conuerit. Vnde et apes Græcis μέλισσαι dicuntur. Fuit itè Melissus grammaticus muneris datus Meecenati, ac manuissus ab eo. Author Tranquillus. Melissus præterea Samius, Parmenijs auditor, Philosophus ciuibus suis charus, quibus præcepta plura dedit. Rempublicam administrauit, classisque in bello præfuit, ut refert Apollodorus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 6.

Et tua cum focco Musa Melisse leuis. Fuit et alter Melissus, Helius nomine, summi quidem loci inter Grammaticos sui temporis, Roma, sed matore in litteris iactantia quæ opera Memini Cellius lib. 18. cap. 6.

Melite] Melites, siue Melita, Melite, pen. corr. (μελιτη) Insula inter Italiam Epirumque posita, et (ut scribit Strabo) ante Pachynum sita. Cic. 6. Verr. 91. Melita insula satis lato ab Sicilia mari, periculosoque disiuncta: in qua eodem nomine oppidum. Vnde Melitæ canes, paruuli, olim in delictijs sceleratissimorum. De hac Ouid. 3. Fastorum, 114. Fertilis est Melite. Est et urbs hoc nomine Carthaginiensium colonia. Diodorus refert in Melita insula pretiosam tenuitate ac mollitie telâ fieri. Cic. 4. Verr. 127. Vestem Melitensem nominauit.

Melites, et Melitenis, Adiect. (μελιταιος) Mel, Canes Melitæ et Melitenes. Plin. lib. 30. cap. 5. 6. Melitensem rosam commendat Cic. 7. Verr. 22.

Catuli Melitæi. Plin. lib. 3. cap. ult.

Melites] Gemma est mali coloris, ut inquit Plin. lib. 31. cap. 11.

Melittes] pen. prod. Plin. lib. 36. cap. 19. Melittes lapis succum remittit dulcem, mellitumque ius.

Melittes, melittis, pen. prod. m. g. (μελιττιος) Pottio ex melle melle facta, auctore Plinio, lib. 2. cap. 2. 4. 8.

Meliton] melitonis, pen. prod. m. g. (μελιτων) Vbi apes nutriuntur. Varro de Rust. lib. 3. cap. 16. μέλιτωνες ita

facere oportet: quos alij μέλιτωνες appellant, eandem rem quidam mellaria.

Meliturgus] Vide Mel.

Melium] μέλιον, herba est in aquis nascens, et locis uliginosis, semen habens lini semini non dissimile, aliquando tamen maius et firmius, et præ leuore splendens. Alio nomine Satyrion rubens appellatur. Vm habere creditur incendens di ad libidinem. Dioscorid. lib. 3.

Melius] Comparatiuum à Bene, et Meliuscule. Vide Bene, in Bonus.

Melizardrus] Melisius, Lapitharum et Centaurorum bellum scripsit, ut est author Aelianus de uaria historia.

Mella] μέλλα, Fluuius Gallie est, iuxta quem Amello herba frequens nascitur. Seruius Blondius in Italia illustrata, Brixiam, inquit præterlabitur fluuius Mella. Quod etiam testatur Catull. in epigr. ad Iuanam his uerbis, Flauus quam molli percurrit flumine Mella, Brixia Veronæ mater amata mee.

Flumina curua Melle. Virg. 4. Georg. 56.

Mella, melle, f. g. Aqua e melle sic fieri solita, uel potius è ceris quibus adhuc non nihil mellis adhaerebat. Quum secundarium mel de fauis erat exceptum, cere statim minuitè resoluebantur ac rumpebantur, et aqua fontana uel celestis m. cerabatur. Expressa deinde aqua colabatur, et in uase plumbæum desufa decoquebatur, omnisque spurcicia cum spumis eximebatur, quæ decocta, quum ita crassa esset quàm defrutum, refrigeratur: et bene picatis lagenis condebat. Hac mella quidam pro aqua malsa utebantur, nonnulli etiam pro defruto in condituris oliuarum. Author Columella lib. 12. cap. 11. Erat igitur mella uelut ablutio cerarum, aliquid mellis adhuc habentium, aqua uerò malsa ex optimo melle fiebat, ut idem author scribit capite proximo.

Mellaria] Vrbs Hispaniæ Beticæ, patria Pomponij Mellæ, ut ipse testatur lib. 2. cap. 6. sub finem. Oliuarius dicit Mellariam hodie non extare.

Mellartum, Mellartius, et Mellatio] Vide Mel.

Melliceris] Vide Meliceris: nam unico scribi debet.

Mellicatio, Mellicor, Mellicico, Mellitus] Vide Mel.

Melligo] pen. prod. melliginis, f. g. (μέλιγω) Succus è lacrymis arborum, siue florum, quem apes deuorant, quemque postea ad alueos regressæ euomunt, operandoque componunt. Plin. lib. 11. cap. 6. 2.

Melligo etiam, pro quocunque succo florentis fructus adhuc, atque immaturi. Plin. lib. 12. cap. 27. 1. In prima lanugine demettitur uua, eiusque melligo. Reliquum corpus sole coquitur.

Mellonia] uel Melona, Mellis dea à Romanis putabatur.

Melo] Fluuius, qui et Nilus et Gebon appellatus est. Ausonius in enigmate.

Melobosis] penult. corrept. Nympha est: sic dicta ab ouibus pascendis, teste Hesiodo in Theogonia.

Melocabus] μέλοναβος, Germanicæ urbs apud Ptolemæum lib. 2. cap. 11. Vulgò Choburgh.

Melocarpus] μέλοναρος, Herba est quæ alio nomine Aristolochia longa appellatur. Dioscorid. libro 3. capite 4.

Melodes, Melodia] Vide Melos.

Meloesia] Insula ex Syrenis una, non tam à pomorum, quàm à pecoris abundantia dicta. Vide Plinium libro 3. cap. 10.

Melomeli] μέλονέλι, à Colum. lib. 12. cap. 45. 3. uocatur, quæ mala maturissima, integræ, sine macula in lagena in melle sub-

le submergunt. Sed rectius legitur melimeli. Vide suo loco.
 Melones] dicitur à Palladio genus peponis, quod alijs melopepo appellatur, quasi pepocyonius, uel cotoneus, quod mali sydonij figuram habeat. dicitur enim *από το μήλο* hoc est à pomo uel malo, quod absolute Græcis malum cotoneum significat.
 Melopepones] *μυλοπέπων*, Fructus sunt ex genere pepo- num, qui mali figuram rotunditate imitantur. Non pendent hi, sed humi rotundantur, & odorem iucundissimum habent, ubi maturuere. Palladius Melones uocat. Vide Ruell. lib. 1.
 Melos] *μῆλος* indeclinabile, Cantus suauitas, uel dulcis modulatio. Perf. in Prolog. 3. Cātare credas Pegaseū melos. Sic Calepinus. Græci autem, quorum hæc est dictio, τὸ μέλος, τὸ μέλεος, ἢ μέλος, τὸ μέλεος. Lactātius Firmianus de- clinationem Latinam formauit. Hoc melos, huius meli, &c. apud quæ ablatiuus melo, in carmine de Christi resurrectione, legitur. Fitq; repercussio dulcior aula melo. Melos, inquit Budæus, ad flexum uocis pertinet, constat enim canore ac sonis: rhythmus uero modulatione, pertinet enim ad cor- poris gestum & collocationem uerborum, ut docet Quintil. lib. 1. in sit. de musica loquens.
 Longus melos. Horat. 3. Carm. ode 4. 1.
 Mele] *μῆλον*, Nominatiuus plur. Græcus à *μῆλον*, idem quod carmina & modulationes. Lucretius lib. 2. — æque Ac misæa mele per chordas, organici quæ Mobilibus digitis expergefæcta figurant.
 Cygnea mele. Lucret. lib. 2.
 Melodia, melodia (*μελωδία*) Dulcis cantus, siue melleus.
 Melodes, pen. prod. (*μελωδός*) Qui dulcia carmina cantat; Sidonius, Proculus melodes insonare pulsibus.
 Melicus] pen. corr. (*μελικός*) Adiectiuum, à *μῆλον*, idem quod musicus. Vnde poeta lyrici, melici dicti sunt. Auso- nius, Tu melicos lyricosq; modos. Cicero de Optimo genere Orat. Poematis enim tragici, comici, epici, melici, etiam ac diuhyrambici, &c.
 Melos] Insula inter Cycladas Pomponio numeratur, lib. 2. Nunc uulgò Mil. alijs Milo.
 Melota] Melote, pen. prod. f. g. Pellis ouilla: sed non tam pel- lem ouis significat, quam exuium, hoc est, pellem corpori detractam unâ cum lana. Erasmus in epist. ad Hebræos, capite 11. De Melota uide Gesnerum pag. 279.
 Melothrum] *μελοθρόνον*, Herba est, quæ alio nomine *αμα- πλον* λουίζ, hoc est, uitis alba appellatur. De hac Diosco- rid. lib. 4.
 Melpomene] pen. corr. (*μελπομένη*) una Musarum, Vide in dictione Musæ. Horat. 1. Carm. ode 24. 1. — præcipe lugubres Cantus Melpomenei cui liquidam pater Vocem cum cithara dedisti. *μῆλο* idem significat quod Canto, celebris.
 Membliarus] *μυμβλιάρης*, Insula est maris Aegæi, una Spo- radum, non procul à Thera & Anaphe. Plinius libro 4. cap. 12.
 Membrum] membri (*μέμβρον*, *μέμβρον*, *μέμβρον*) Sipontia- nus, Artus à membris ita distinguuntur, quod artus dici- mus ossa cum nervis & uenis: membra autem propriè uo- camus carnem artus tegentem. Vnde membrana, superior membri pars, hoc est, pellis ipsa appellabatur. Silius li- bro 2. 94. — & uenis malè iuncta trementibus ossa Extant consumptis uisu deformia membris. Quædam exemplaria legunt, neruis.

Membrum, etiam pro singulis corporis partibus ponitur. Ci- cero 3. de Finibus, 29. Iam membrorum, id est, partium corporis alia uidentur propter eorum usum à natura esse donata, ut manus, crura, pedes, &c. alia autem nullam ob utilitatem, quasi ad quendam ornatum, ut cauda pavoni. Iners membris. Vide Iners.
 Artus magni membrorum. Virg. 5. Aeneid. 85.
 Flexus membrorum. Quintil. lib. 1. cap. 1. 17.
 Grauitas membrorum. Lucret. lib. 3. 97.
 Abalienata membra. Vide Abalieno.
 Acconimoda bellis membra. Stat. 4. Sylu. 4. 13.
 Aegra membra. Ouid. epist. 20. 38.
 Auulsa membra. Virg. 9. Aeneid. 99.
 Cesa membra. Ouid. 6. Metam. 82.
 Candida membra. Ouid. 2. Metam. 122.
 Curua membra. Ouid. 3. Metam. 56.
 Debilia membra. Silius lib. 10. 79.
 Direpta membra manibus. Ouid. 3. Metam. 147.
 Discerpta membra grauis. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 18.
 Dissecta membra laceri corporis. Senec. Hippol. 12. 20.
 Exanguia membra. Silius lib. 7. 137.
 Exilia membra. Ouid. 5. Metam. 87.
 Fessa membra diurnis ministerijs. Ouid. 4. Metam. 43.
 Hispida membra. Iuuenalis Satyr. 2. 2.
 Immania membra. Ouid. 12. Metam. 102.
 Implicita membra. Lucan. lib. 3. 138.
 Liquefacta membra. Silius lib. 1. 36.
 Muliebribus membris puer. Lucretius libro 4. 212. Id est, puer tener.
 Procreta membra. Silius lib. 16. 71.
 Rigentia membra fugiente uita. Lucan. lib. 2. 5.
 Saucta membra. Ouid. 2. Metam. 131.
 Squalida membra. Lucret. lib. 5. 191.
 Tenuera membra. Lucret. lib. 4. 222.
 Truncata membra. Claud. de bello Get. 53.
 Turpia membra udo fimo. Virg. 5. Aeneid. 72.
 Valida ac iuuenalia membra. Iuuenalis Satyr. 11. 1.
 Velocia membra. Silius lib. 17. 109.
 Vieta membra. Horat. Epod. 12. 2.
 Viuida membra. Silius lib. 7. 13.
 Lassata membra abluere. Ouid. 6. Metam. 71.
 Abscindere membra. Lucret. lib. 3. 29.
 Languida membra cadunt. Ouid. epist. 2. 0. 32.
 Captus membris. Vide Capio.
 Componere membra. Vide Compono.
 Defessa componere membra. Virg. 4. Georg. 88.
 Correpunt membra pauore. Lucret. lib. 5. 2. 45.
 Viua membra dilaniat. Ouid. 6. Metam. 129.
 Dissoluantur membra, fluantq; . Lucretius libro 4. 186. de fomno.
 Diuidi à membris suis. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 8.
 Curata membra dare sopori. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 17.
 Placidam membris dat cura quietem. Virgilius 4. Aeneid. dos 1.
 Durare membra in duro opere. Lucret. lib. 5. 273.
 Erigere membra cubili. Silius lib. 7. 58.
 Pauor membra excutit. Senec. Thyeste. 1. 1.
 Expressus membris infans. Quintil. lib. 2. cap. 4. 5.
 Irrigare quietem per membra. Virg. 1. Aeneid. 140.
 Languescunt membra. Lucret. lib. 4. 194.
 Laxare membra quiete. Virg. 5. Aeneid. 168.
 Leuare membra baculo. Ouid. 8. Metam. 140.
 Luxuriant membra. Ouid. 7. Metam. 59.
 Membra madent uino. Vide Mædeo.

Mollia

Mollia membra mouere. Lucret. lib. 4. 298.
 Murrata membra posuere solo. Ouid. 6. Metam. 4.
 Horor membra quatit. Virg. 3. Aeneid. 6.
 Genitalia membra recidere. Ouid. 2. Amor. eleg. 3. 1.
 Soluantur frigore membra. Virg. 12. Aeneid. 191.
 Soluta langiore membra. Ouid. 11. Metam. 123.
 Vales membris. Virg. 5. Aeneid. 87.
 Puer tabida uenit membris. Virg. 3. Aeneid. 28.
 Vigor habilis uenit membris. Virg. 4. Georg. 84.
 Dicuntur & membra in status: ut, fundere membra statuæ. Quintil. lib. 2. cap. 1. 9.
 Membrum, in oratione. Est (inquit Valla) sensus numeris con- clusus, sed à toto corpore abruptus, & per se nihil efficiens. Vide authorem ad Herenn. lib. 4. 173. Cicero in Orat. 12. 2. Quam Græci *υπερμετρον* & *καὶ δὲ* nominent, nos non rectè incisa & membra dicamus. Idem 1. Verr. 2. 4. Quid quum accusationis tue membra diuidere cœperit, et in digitis suis singulas partes cause constituere? Membrum dormitorium dixit Plin. lib. 2. epist. 17. Adhæret dormitorium membrū transitu interiaccente. Id est, pars do- mus, quieti corporum dicata. Plin. lib. 5. Dormitorium cu- biculum uocat. Quin & partem domus Columella cū Apu- leio membrum nominat. Et Vlpianus de manifestantibus, Querit, inquit, potest, si fabris duobus uel pictoribus tem- plum, uel membrum depictum esset. Membrifosus, pen. prod. Vnde comparatiuum Membrifosor, id est, mentulatio.
 Membratim, pen. prod. Aduerb. (*μεμβρατῶς*, *μεμβρατῶ*) Per singula membra. Plin. lib. 9. cap. 15. 4. Hi membratim cæsi, ceruicæ & abdomine commendantur.
 Membratim tractare aliquid. Plin. lib. 11. cap. 37. 1. Cicero in Partit. 67. Narratio autè accusatoris erit, quasi membratim gesti negocij suspiciosa explicatio.
 Generatim & Membratim, contraria. Plin. lib. 25. cap. 11. 1. Sensem uitalem membratim deperdere. Lucret. lib. 3. 107.
 Inuicè & membratim dicere. Cicero in Orat. 123.
 Membratim & cæsim Quintil. lib. 9. cap. 4.
 Membrana pen. prod. (*μεμβράνη*) Pellis quæ artus tegit, ut sita perius dictum est. Cic. 2. de Nat. deor. 213. Quæ primum oculos membranæ tenuissimis uestiuit & sepist. Plin. libro 9. cap. 29. 4.
 Squamea membrana chelydri. Ouid. 7. Metam. 58.
 Membranas mittunt utiuli de corpore summo. Lucret. lib. 4. 12.
 Membrana ligni. Plin. lib. 16. cap. 14. 1. de tilia, inter corticè & lignum tenues tunicas multiplici membrana.
 Violare membranam. Celsus lib. 8. cap. 3.
 Membrana, Charta pergamena, è pellibus animantium concin- nata. Plin. lib. 13. cap. 11. 4. Mox emulacione circa bibliote- cas rerum Ptolemei & Eumenis, supprimente chartas Pto- lemeo, idem Varro membranæ Pergami tradidit repertas. Quintil. lib. 10. cap. 3. Martial. lib. 1. 33.
 Hos eme quos arctat breuibus membrana tabellis. Ho- rat. de Arte, 79.
 Membranis intus positis delere licebit Quod non edideris.
 Bicolor membrana. Persius Satyr. 3. 1.
 Consecrare in tenues membranas. Vide Consecro.
 Direpta plumbo membrana. Catul. ad Varum, epigr. 19. 2.
 Lutea membrana nituèu inuoluat libellū. Tibull. libro 3. eleg. 1. 2.
 Membrana pro Superficie, figura, & simulacro aliquo rerū ut, Membrana summi coloris, &c. Lucret. lib. 4. 18.
 At contra, tenuis summi membrana coloris Quæ tacetur, nihil est quæ dæ discerpere possit, &c. Ibid. 10.
 Membranula, pen. corr. Diminutiuum (*μεμβράνυλον*) Cicero ad

Atticum, lib. 4. 73. 2. Uisq; imperes, ut sumant membranulâ ex qua indices fiant.
 Membranaceus, Adiect. (*μεμβρανῆος*) Quod similitudinem membranæ habet. Plin. libro 16. cap. 31. 1. Quibusdam cor- tex membranaceus, ut uiti. Idem libro 10. cap. 61. 1. Vo- lucrum animal parit uespertilio tantum, cui & membrana- cæe pinnae uni.
 Membraneus, Aliud adiect. (*μεμβρανῆος*) Quod ex membra- nis est. Vlpianus de legat. 3. 1. librorum appellatione. Quod si in codicibus sint membranæ, uel chartaceis, uel etiam eboreis.
 Membrari, (*μεμβρῶ*) Per membra formari: quo uerbo uti- tur Censorinus.
 Membratura, membrature, pen. prod. (*μεμβράσις*) Mem- brorum compositio.
 Meme] Accusatiuus geminatus, maioris uehementiæ gratia, ab Ego primitiuo. Virg. 9. Aeneid. 86.
 Meme, adsum qui feci, in me conuertite ferrum
 Rutuli. Vbi Seruius, Meme, subaudi, interficite: & est interrupta elocutio dolore turbati. Idem 12. Aeneid. 53.
 — meme duce ferrum Corripite ô Rutuli, &c.
 Memecylos] *μεμῆκυλος*, Species est arbuti. Plin. lib. 15. cap. 2. 4. de unedone loquens, Duobus tamen hoc nomini- bus appellant Græci Comaron, & Memecylon, ex quo ap- paret totidem esse genera apud nos. Vide Dioscoridens lib. 1.
 Memet] Pronomen compositum, pro Meipsum. Plaut. Capt. 7. 69. Nec me secus unquam ei facturum quicquam, quam memet mihi. Idè Cistell. 10. 2. 6. Sed nunc ego memet moror.
 Memini] penul. corr. (*μνήσκω*, *μνήσκω*) Verbi dicitur factiuum in preterito tantum coniugatur, & temporibus à preterito formatis, præter hæc habet etiam in imperatiuo, memento, mementote, penul. prod.
 Memini, A Mæno antiquo uerbo fit, quo ueteres usi sunt pro Recordor, & in mentè reuoco. Quamuis sit preteritū hoc uerbum, in presenti tamen ferè semper accipitur, teste Val- la in Raudensem. Plaut. Persa, 5. 8.
 — potim ne moneas memini & scio, Et calleo, & commemini. Terent. And. 5. 5. 13.
 Facturum quæ uoles scio esse omnia, p. memini. Cicero pro Quintio, 32. Memini, uetus est, de scurra multò facilius diuitem quam patrem familiâs fieri posse.
 Bene memini. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 14.
 Maxime memini. Vide Magis.
 Libentius meminit illud. Horat. 2. epist. 1. 53.
 Longissime memini. Vide Longus.
 Memoriter memini. Vide Memor.
 Animus meminisse horret. Virg. 2. Aeneid. 3.
 Doloris pars est meminisse. Ouid. 9. Metam. 59.
 Meminero, pen. corr. Plaut. Afin. 3. 105.
 Ibi liquid opus fuerit. l. meminero.
 Memineris unde sit oriundus. Plaut. Aulul. 20. 6.
 Meministi quantum. Cic. de Amicitia, 2. Meministi enim pro- fectò, ut opinor, Attice, &c. quanta esset hominum uel admi- ratio uel querela.
 Memini cõprimere. Plaut. Epid. 11. 13. Terent. And. 2. 5. 18.
 Ego illam uidi uirginè, forma bona memini uidere. Vbi Donatus, Memini uidere, aut memor sum me uidisse: aut, memini me uidere: hoc est, intelligo, scio: aut, Memini quod uiderim. Memini uidere, pro uidisse. Cic. 6. Verr. 12. 9. Hoc me memini dicere. Idem 1. de Legib. 18, iuri studere, te me- mini. Virg. 9. eclog. 10.
 Cantando puerum memini me condere soles. Valla in Raudens.

Raudenssem, Hic (inquit) uersus magis licentiam poeticam ostendit, qua ego non uter duntaxat in prosa. Dicerem enim sic, Memini me puerum condidisse, seu condere solitum esse dies cantando. Hactenus Valla: cuius sententia refragatur exempla ex Cicerone producta.

Memini permisisse. Cic. Attico, lib. 1. 6. Idē pro Rosc. Amer. 72. Meministi me ita distribuisse initio causam.

Memineris meminisse. Plaut. Capt. 5. 54.

Meminisse et commemorare. Cic. pro Pompeio, 33.

Memineris de. Cic. pro Sylla, 32. Ne qui possit tantum aut de Reipub. aut de alicuius periculo meminisse, quantum uellet.

Memini diei. Terent. Eun. 4. 7. 31.

Faciant ut huius loci, dieiq; meiq; semper memineris. Cic. Titio, lib. 13. 76. 2. Quare uelini mihi ignoscas si illius uoluntati obtemperans, minus uidebor meminisse constantie tue.

Meminit officium suū. Plaut. Casina, 5. 43. Plin. lib. 8. cap. 40. de canibus, Intra quāuis longa meminerit. Terent. Phorm. 2. 3. 40. Si meministi quod olim dictum est, subijce. Cic. 4. Acad. 10. Ea sepe audiendo facile cognouit, quæ uel semel audita meminisse potuissent.

Numeros memini, si uerba tenerem. Virg. 9. eclog. 8.

Meminerunt omnia amantes. Ouid. epist. 21. 9.

Memini Cinnā, uidi Syllā, modo Cæsarem. Cic. 5. Philip. 175.

Memini disputata ab eo. Cic. de Amicitia, 4.

Memini, pro eo quod est Mentionem facio: recusat accusatiū, postulatq; gentium, uel ablatiuum cum præpositione de: ut Quintil. lib. 11. cap. 2. Neq; omnino huius rei meminit usquam poeta ipse. Et iterum, De quibus multi meminerūt. Hæc Valla lib. 3.

Memor, memoris, pen. corr. (μνημων) omnis generis, secundum Priscianum, à Memini fit. Virg. 9. Aeneid. 90.

Nulla dies unquam memori uos eximit æuo. Terent. And. 1. 5. 46.

Unum hoc scio, hanc meritam esse ut memor esses sui. Virg. 4. Aeneid. 108.

Et bene apud memores ueteris stat gratia facti.

Adiisti memor. Ouid. 1. Metam. 77.

Ventura huius memores apes. Virg. 4. Georg. 32.

Facere aliquem memorem sui. Virg. 6. Aeneid. 133.

Vive memor quam sis qui breuis. Horat. 2. Sermon. Satyr. 6. 20.

Memor et gratus. Cic. 4. Verr. 124.

Memor, cuius nos memores sumus. Virg. 1. Aeneid. 2.

— seu memorē Iunonis ob iram. Horat. 1. Carmin. ode 13. 3. — sue puer sirens

Impresit memorem dente l. bris notam. Hoc est, tam uehementem, ut non facile excidat memoria.

Aure memori uocem condidit. Ouid. epist. 19. 20.

Cura memor. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2. 2.

Ira memori te iudicat. Ouid. epist. 20. 2.

Mens memor. Horat. 2. Sermon. Satyr. 6. 7.

Memoria, memoria (μνησις, μνησικα, μνησικα, μνησικα, μνησικα) Est (inquit author ad Herēnum) firma animi rerum et uerborum dispositionis perceptio. Cic. 2. de Inuent. 240. Memoria est per quam animus repetit illa que fuerunt. Terent. And. 5. 4. 41.

Nunquid meministi? R. id quero. P. egone huius memoriam patiar meæ

Voluptati obstare, quā ego posim in hac re medicari mihi.

Memoria et recordatio. Cic. de claris Orator. 5. (hic)

Ad memoriam. Vide Ad Præpositionem.

Insigne ad memoriam. Vide Insignis.

In memoriam sempiternam. Vide In præpositionem.

Annalium memoria. Tacit. lib. 4.

Memoria patrum. Cic. pro Fonteio, 12. Quod per se per se sita, et patrum memoria sapientissimi iudices, de clarissimis nostræ ciuitatis uiris dubitandum non putauerunt.

Memoria rerum. Asinius Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 326. Et quidem quum ageretur, fleuit memoria rerum gestarum commotus.

Post hominum memoriam. Cic. ad Plancum, lib. 10. 16. 1. Nihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidere uidi.

Ex omni memoria etatum, temporum, ciuitatum. Cic. 1. de Oratore, 9.

Omnis memorie facile princeps. Cic. post reditum in Senatu, 4. Cn. Pompeius omnium gentium, secularum omnium, omnium memoria facile princeps. Idem 3. Offic. 7.

Omni memoria, uel in omni memoria: pro la omni tempore. Cic. de Arusp. resp. 33.

Inauditum in omni memoria. Vide Inaudio.

Multū etiam superiore memoria ciues Romani, etc. Cicer. pro Corn. Balbo, 21.

Vsq; ad hanc memoriam, hoc est, Vsq; ad hoc tempus. Liu. 2. ab Urbe, 175.

Ut mea memoria est. Cic. ad Atticum, lib. 13. 286. 3. Id est, quatum possum meminisci.

Mea memoria, Memoria tua: hoc est, quantum meminisse possumus. Cic. pro Sestio, 28. Nec uero huic tate multitudinis, quanta mea memoria nunquam ullo in iudicio fuit, deero. Idem pro Rabirio perduel. reo, 19. Causam enim suscepisti antiquiorem memoria tua. Ablatiuus est.

Alta memoria. Vide Altus.

Bona memoria. Vide Bonus.

Egregia memoria. Tacit. lib. 4.

Exoleta memoria. Liu. lib. 7. Decad. 4.

Immortalis memoria. Vide Immortalis.

Leta memoria. Tacit. lib. 3.

Ab recenti memoria perfidia, aliquanto minore cū misericordia auditi sunt Carthaginensium legati. Liu. 3. Decad. lib. 10.

Id est, ob recentis perfidia memoriam.

Sæcra memoria. Tacit. li. 20. Quippe Sorani sancta memoria.

Memoria sempiterna. Cic. de Amicitia, 14.

Tenacissima memoria. Quintil. lib. 1. cap. 1. 14.

Et uetere memoria. Tacit. lib. 3.

Abijcere memoriam doloris. Vide Abijcio.

Abit memoria. Vide Abeo.

Accipere memoria. Vide Accipio.

Adequare memoriam. Vide Adequo.

Adhibere memoriam. Vide Adhibeo.

Adimere memoriam. Vide Adimo.

Afferre memoriam. Vide Afferro.

Memoria offigere. Quintil. lib. 10. cap. 1.

Agitare memoriam. Quintil. lib. 1. cap. 8. 10.

Amittere memoriam. Vide Amitto.

Amplecti memoriam. Vide Amplector.

Augere memoriam. Vide Augeo.

Celebrare memoriam nominis alicuius. Vide Celebro.

Circumferri a uorum memoria. Vide Circumfero.

Colere memoriam. Vide Colo.

Commendo memoria. Vide Commendo.

Complecti memoriam. Cic. 2. de Diuina. 216. Vide Complector.

Comprehendere memoria. Vide Comprehendo.

Consecrare nominis memoriam. Vide Consecro.

Consignata literis memoria. Vide Consigno.

Memoria continere. Quintil. lib. 9. cap. 4.

Animo percipere, et memoria custodire. Cicero 1. de Oratore, 63.

Custodiri

Custodiri hominum memoria. Vide Custodio.

Memoria alicuius dare operam. Cælius ad Ciceronē, lib. 8. 1. 3.

Memoria falli. Plin. lib. 10. cap. 42. 3.

Firmare memoriam. Quintil. lib. 2. cap. 4. 11.

Vetus memoria firmat. Tacit. lib. 5.

Eugiet memoriam iudicis. Quintil. lib. 2. cap. 5. 3.

In memoria habere, Meminisse. Terent. And. 1. 1. 13. Vbi Donatus, in memoria habeo, Plus est quam si dixisset Scio: nam que scimus, possumus obliuisci: que uero memorie mandamus, nunquam amittimus.

Implorare memoriam alicuius. Vide Imploro.

Incidere in memoriam cōmuniū miserari. Vide Incurro.

Inducere aliquem in memoriam rei alicuius. Vide Induco.

Inferre memoriam sempiternam in domū suam. Vide Infero.

Infixa mentibus memoria Consulatus amici. Vide Infigo.

Inheret oculis memoria imaginis. Vide Inhareo.

Insidere memorie. Vide In fido.

Insidet in memoria. Cic. 2. de Orat. 66. Vide Infideo.

Intercidit memoria. Vide Intercido.

Labat memoria. Vide Labo, labas.

Memorie mandare. Cic. de Amicitia, 3. Vide Mando.

Manet memoria. Vide Maneo.

Memoria memini facile. Plaut. Capt. 7. 33.

Mortui memoria. Vide Morior.

Obruere memoriam. Vide Obruo.

Occidit memoria. Vide Occido.

Perdere memoriam. Vide Perdo.

Memoria prodere sermonem alicuius. Cic. lib. 3. de Orator. 9.

Memoria proditum. Cic. 1. de Orat. 89.

Prodere memoriam alicuius rei posteris. Cælius Ciceroni, lib. 8. 3. 8.

Memoria proditum est. Cic. de Amicitia, 37. Tum etiam cum ijs, et inter se conuictissimos fuisse M. Curium, et T. Cornelianum memoria proditum est.

Memoriam alicuius sibi proponere atq; imaginem. Cic. de Amicitia, 85.

In memoriam redire et regredi. Vide In præpositionem.

Referre memoriam alicuius. Cic. pro Sylla, 18.

In memoriam redijt Quintius, quo die, etc. Cic. pro Quintio, 39. Et de Inuent. 110. Ita in memoriam redibit auditor.

In memoriam redite que se libido istius fuerit. Cicero 3. Verr. 84.

In memoriam redigere, et Reuocare animos ad memoriam, siue Reducere in memoriam. Terent. Phorm. 2. 3. 36. Cic. pro Flacco, 47. Et 1. de Inuent. 110.

Reficenda memoria breui repetitione rerū. Quintil. in Prooem. libro 4. 5.

Arem sui memoriam relinquunt. Tacit. lib. 15.

Memoriam generis inter mortuum renouare. Cic. pro L. Murræna, 14.

Repeterre memoria. Quintil. lib. 1. cap. 6. 6.

Repeterre memoria euentus aliorum, siue uetera. Cic. 1. de Orat. 1. Idem Titio, lib. 5. 16. 4.

Antecedentem memoriam sequuntur. Quintil. lib. 1. cap. 1. 19.

Melior memoria esse. Vide Melior in Bonus.

In memoria esse alicui. Cic. pro Sylla, 27.

Memoria est. Plaut. Trucul. 5. 10. Id est, memini.

Subeat tibi memoria nostri. Senec. Medea, 7. 26.

Memoria tenere, siue retinere, Apud Ciceronem pro Roscio Amer. 19. Et 3. in Catil. 63. Idem Philipp. lib. 13. 75. 1. Et si non dubito pro tua in me obseruantia, proq; nostra necessitudine, quin commendationem meam memoria teneas.

Tenere, siue retinere memoria alicuius. Cic. 3. de Finib. 13. Et 2. de Orat. 5. Deberi hoc à me tantis hominum ingenijs putat.

Theauri pars 2.

ui, ut cum etiam nunc uiuam illorum memoriam teneremus, hanc immortalē redderem si possem.

Traditum est memorie. Cic. in Parad. 27.

Memoria tradidit. Colum. lib. 8. cap. 13. 1.

Turbari memoria. Quintil. lib. 4. cap. 1. 42.

Venerari memoriam alicuius. Tacit. in uita Agricole.

Memoria alicuius usurpare cū charitate. Cic. de Amicitia, 28.

Memoria, memoriarum, in plurali. Gel. Noct. Attic. lib. 10. cap. 12. Nam et pleriq; nobilium Græcorum, et Phælorianus philosophus memoriarum ueterum exequentissimus, asseruatiissime scripserunt, etc.

Memoria, pro uetustate, antiquum. Pacu. Chryse, Perq; nostrā egregiā unanimitatē, quā memoria delugat. Nonius.

Memoriola, pen. corr. Dimin. (μνησικα) Cic. ad Attic. lib. 12. 232. 3. Sed quod scribis igniculum matutinum, uel uel uel, est memoriola uacillare.

Memorialis, et hoc memoriale. pen. prod. Adiectiuum.

Memorialis liber, Enchiridion ad uiuandam memoriam. Suetonius in Cæsare, cap. 56. Epistole quoq; extant ad Senatū, quas uidetur primum ad paginas et formam memorialis libri conuertisse.

Memoriter, pen. corr. Aduerbiū (ἀπό τοῦ μνησικα, ἀπό μνησικα, ἀπό μνησικα) Quod Barbari dicunt. Mente tenuis. Cic. 4. Acad. 114. Si te, inquit, Luculli oratio flexit: quæ est habitus memoriter, accuratè, copiosè.

Memoriter cognoscere: hoc est, Optime, et mente memori tenere. Terent. Eunuch. 5. 3. 6.

Memoriter colligere. Cic. 1. de Fin. 53.

Memoriter memorat. Plaut. Amphit. 4. 263.

Memoriter meminit. Plaut. Capt. 5. 56.

Memoriter narrare. Cic. de Amicitia, 1. Terent. Phorm. 2. 3. 47. — primum esses memoriter.

Prøgentem uestram usq; ab uno atq; a quo profrens.

Memoriter respondere. Cic. in Vatinius, 7.

Memoriter exponere aliquid. Cic. 4. de Fin. 1. Næ tu inquit, Cato ita exposuisti tā multa memoriter, tam obscura dilucide.

Memoriter me uocat. Plaut. Asin. 11. 38.

Memorabilis, et hoc memorabile, pen. corr. (μνησικα, ἀπό μνησικα, ἀπό μνησικα) Quod est dignum memoria. Terent. And. 4. 1. 1. Hocine credibile est, aut memorabile, etc. idem Heaut. 2. 3. 73. Hæc tu, non sit sine periculo facinus magnū et memorabile. Cic. de Amicitia, 4. Sic quum accepissemus à patribus maxime memorabilem C. Lælij et P. Scipionis familiaritatem. Virg. 4. Aeneid. 19.

— magnum et memorabile humen,

Vna dolo diuim si scemina uicta duorum est.

Memorable ingenium. Plin. lib. 5. cap. 10. 1.

Memorabili causa, sed eueniū misero. Plin. lib. 7. cap. 43. 6.

Lethum memorabile. Silius lib. 11. 35.

Munus memorabile. Tibull. lib. 2. eleg. 1. 12.

Nomen memorabile. Virg. 2. Aeneid. 117.

Gloriosa et memorabilis uirtus. Cic. 3. de Fin. 18.

Memoro, memoras, pen. cor. (μνησικα, ἀπό μνησικα, ἀπό μνησικα) Memorare, in memoriam reducere. Plantus Pœnul. 16. 100.

Patris atq; matris memini. P. memorandum mihi, Si noui forte, aut si sunt cognati mihi.

Memorare, Commemorare, narrare. Cic. de Legib. Nam quid Accium memorem? Ibidem, lib. 2. 97. Honoratorum uirorum laudes in concione memorentur.

De re aliqua memorare. Tacit. lib. 11.

Ordine memorare. Vide Ordo.

Bella memorare. Propert. lib. 2. eleg. 1. 5.

Memorant, pro Aiunt, ferunt. Liu. lib. 1. Heracleūq; in ea loca

Xy Geryone

Geryone interempto boues mira specie abegisse memorant. Memorare memoriter. Vide Memoriter in Memini.
 Verbum est verum quod memoratur: hoc est, quod dicitur, uel circumfertur. Plaut. Trucul. 18. 30. Cic. 6. Verr. 95. Emma autem, ubi ea que dico, gesta esse memorantur, est loco præcelso atq; edito.
 Memorare, Dicere, Efferre, Pronuntiare. Plaut. Trin. 13. 38.
 Agedum nomen tuum primum memora mihi. Virgil. 1. Aeneid. 3. Misisti mihi causas memora. Ibidem, Sic memorat: id Lepidè memora. Vide Lepidus. (est, ait.)
 Memoror, penult. corr. memoraris (ἀπομνημονοῦμαι) Pas- sium. Plaut. Amphit. 6. 14. Experiri istuc mauellem me, quam mihi memorarier. Salust. Incredible memoratu est, quam facile coaduerint. Id est, dictu.
 Memorandus (ἀπομνημονεύω) Ouid. 13. Metam. 3. Nec memoranda tamen uobis mea facta Pelasgi Esse reor. uisidistis enim.
 Post nullos memorandus: id est, omnium primus memorandus. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 1.
 Longum memorandus. Stat. 1. Syllu. 3. 3.
 Iuuentis memorandus. Virg. 10. Aeneid. 159.
 Iuuenta memoranda. Virg. 4. Georg. 57.
 Hoc memorandum contigit urbi. Lucan. lib. 3. 78.
 Nomen memorandum condere. Silius lib. 4. 8.
 Memorator, pen. prod. Verbale (ἀπομνημονεύω) Propert. lib. 3. eleg. 1. 7.
 Necnon ille tui casus memorator Homerus.
 Memoratus, huius memoratus. Aliud uerbale, penult. prod. (ἀπομνημονεύω) Idem quod Memoria. Gellius lib. 11. cap. 4. Eos uersus non minus frequenter astiduoq; memoratu dignos putat, quàm philosophorum de officijs decreta.
 Memmianus (Μέμμιος), Cuius Romanus, qui de ambitu postulatui fuit à Q. Curio, teste Cicerone ad Q. fratrem lib. 3. 18. 4. A quo Memmiorum familia.
 Memmiorum familia nomen habere putatur à Mnestro Troiano Aeneæ comite. Virgilius Aeneid. 5.
 Velocem Mnestheus agit acriter emige Pristin, Mox Italus Mnestheus genus à quo nomine Memmi. Mox Italus, subaudi, futurus. Ipse enim familiam Memmiorum constituit. Nobiles autem fuisse familias à Troianis iuuen. ostendit, Sat. 1. — ubi et præcone uocari ipsos Troiogenas: A quo nomine, scilicet Mnesthei, ducit Memmij genus. Seru. Memmius, Ad quem scribit Lucretius, Caius prænomine dicitur. L. Memmij filius, qui à deuicta Achæa cognomen accepit, et urbem Corinthum diruit, signis ac tabulis spoliavit. Hæc ex Petro Crinito. Lucretius etiam Memmiatam uocat.
 Memnon] Memnonis, pen. corr. (Μέμνων) Filius Titoni et Aurora, qui Troianis ex Oriente ferens auxilia, et fortiter pugnans, ab Achille occisus fuit. Ad cuius sepulchrum, quod est prope Ilium, quotannis ex Aethiopia uolant aues, quas uocat Memnonias. Lege Strabonem lib. 15. ubi agitur de sepultura eius. Ouid. 13. Metam. 117.
 Niger Memnon. Virg. 1. Aeneid. 99. Memnon dux Aethiopum fuit, non Aethiops, et à Sisy Perfurum, et Choaspis flumine oriundus: illas gentes sub imperio habens, ut ait Suidas.
 Memnonius, Adiectiuum (Μεμνονίος) ut, Color Memnonius, Niger. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 20.
 Domus Memnonie. Propert. lib. 1. eleg. 6. 1.
 Regna Memnonia. Lucanus libro. 3. 57. Intelligit Parthos et Babylonios.
 Memnonides (Μεμνονίδης) aues ex cineribus Memnonis. Ouid. lib. 13. Metam. 132. (mtrn.)
 Memor, Memoria, Memoriter, Memoro] Vide Memphus] Μίμψις, Aegypti urbs, quam Ogdorus rex Aea-

gypti condidit, ambitus stadium centum et quinquaginta, urbem omnium Aegypti præclarissimam opportuniori totius eius orae loco, ubi Nilus in plures scissus partes efficit formam Δ, quo fit, ut tanquam in Nili clauistro posita aditu præbeat, prohibeatisq; ad superiora loca nauigantibus: et ad cohibendam aquarum inundationem uersus Notum aggeres ingentes opposuit: et à partibus ceteris undiq; effossus est lacus ingens ac profundus, qui urbem efficit munissimam. Unde et posteri reges serè omnes relictis Thebis, cæ sibi regiam delegerunt, ut scribit Diodorus Siculus lib. 2. Hodie Alacayrum uulgò uocant, de hac etiam Martialis lib. 1. 1.
 Barbara pyramidum sileat miracula Memphis, Memphus, Ptolemæo, lib. 4. cap. 5. in finibus Arabie ciuitas, quam Nophet et Migdol Hebræis, hodie Messer.
 Carens Sythonia niue Memphis. Horat. 3. Carm. ode 26. 2.
 Memphi, populi Memphin habitantes. Vide Taphnis.
 Memphitis, pen. prod. Memphitidis (Μεμφίτις) Patronymicum scem. gen. Iuuenal. Satyr. 15. 13.
 — anne aliam terra Memphitide sicca Inuidiam facerent nolenti surgere Nilo?
 Memphites, pen. prod. (Μεμφίτης) Patronymicum mafc. ponitur loco adiectiuum.
 Bos Memphites. Tibull. lib. 1. eleg. 7. 6.
 Memphiticus, pen. corr. Adiectiuum (Μεμφίτικος) Martialis, Dat chartis agiles calamos Memphitica tellus. Ouid. 1. de Arte, 16. Neu siq; Niligene Memphitica sacra iuuenca, Ensis Memphiticus. Lucan. lib. 10. 1.
 Mempricus] Rex Britannie, qui fratrem Malym exiit uita, ut et mortuo regnaret. Auctor Volaterranus.
 Mena] apud Romanos fuit dea, quæ mensuris suoribus præesse putabatur. Quo etiam nomine dicitur est piscis quidam breuis, qui hyeme candidus, et state nigrior sit: de quo in dictione sequenti.
 Mena] mensuris, piscis quidam breuis, qui hyeme candidus, et state nigrior sit. Cic. 2. de Finib. 14. 6. Qui uoluptatem contemnunt, eis licet dicere, se accipisorem menæ non antepanere. Vide Mæna, et Plin. lib. 31. cap. 7.
 Menæchmi] Μενεχχμῶν, Apud Plautum comœdia, in qua Menæchmus introducitur. Legitur et Menæchmi sine c.
 Menæchmus, Philosophus Platonius, Proconnesius, scripsit libros tres in libros Platonis de Republica. Menæchmus uero Sicyonicus historicus, scripsit historiam Alexandri Magni. Memnit utriusq; Suidas.
 Menalippe] Μενάλιππος, fuit Antiope Amazonum reginæ soror. Hæc ab Hercule capta fuit in bello quod contra Amazones gestit. Satyr. 8. 23.
 Syrma uel Antigones, seu personam Menalippes.
 Menalippides] Μενάλιππιδης, pen. corr. Poeta Melius genere, scripsit Dithyrambicorum plures libros, et poemata epica, et epigrammata, et eligos. Huius ex filia nepos Menalippides iunior, item poeta, scripsit Lyrica et Dithyrambica. Vixit, mortuusq; est apud Perdicam regem Macedoniam. Suidas.
 Menalippus] Μενάλιππος, Tydei fuit interfector, cui caput ante obitum coruosi Tydeus ex rabie, qui apud Statium, 8. Thebaid. 14. 4. ita uociferatur, — caput ò caput, ò mihi si quis Adportet Menalippe tuum. Fuit et alter Menalippus Tydei frater, quem Tydeus in uenatu fertur peremisse: ob id fratricidium exulasse.
 Menander] Μένανδρος, Atheniensis comicus nouæ comœdiæ, strabus fuit, mente acutus amore in mulieres insanus, scripsit fabulas LXXX. et epistolam unam ad Ptolemæum regem, aliq; nonnulla soluta oratione. Hæc Suidas. Vide Quintilianum,

Quintilianum, libro 10. cap. 1.
 Facundus Menander. Stat. 2. 22.
 Fabula iucunda nulla est sine amore Menædri. Ouid. 2. Trist. 7. 4.
 Menandrus, et Menander, utroq; modo dicitur. Propert. lib. 3. eleg. 2. 1. Librorumq; tuos dote Menandre sales.
 Menandrus, pen. prod. Adiectiuum (Μενανδρῆς) Propert. lib. 2. eleg. 6. 1.
 Turba Menandrea fuerat nec Thaidos olim Tanta.
 Menapij] Μενάπιοι, Populi Gallie inter Belgas, Treueris, Condruis, Ardennen flua, Rheuog; finitimi.
 Menaria] Insula est Plinio libro 3. cap. 5. contra Magonem: sic dicta à piscium multitudine, qui Menæ dicuntur.
 Menas] Sex Pompeij liberus diuissimus fuit, qui quum nemi in apud Romanos gestare aureum amulum, præter Senatore: et Equites, esset permissum, ab Augusto id ius impetrasset, ut scribit Dion. Memini et Cælius lib. 6. cap. 12.
 Menda] menda: et Mendum, mendicatio (Μένδα) Error, siue erratum, ponitur etiam pro uitio corporis. Cic. Attic. lib. 2. 22. 6. Castricianum mendum nos corrigemus. Cic. ad Atticum, lib. 13. 28. 1. 2. Tantum liberiorum menda tolluntur.
 Facies menda caret. Ouid. 3. de Arte, 55.
 Continere mendam. Vide Continere.
 Eximere mendas de corpore. Ouid. 2. de Arte, 131.
 Nocte latent mendæ. Ouid. 1. de Arte, 59.
 In toto nusquam corpore menda fuit. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 4.
 Mendosus, penult. prod. Adiectiuum (Μένδοσος) plenum mendis et erratis: ut, Exemplar mendosum, apud Plinium in Mendosior historia. Cic. de claris Orat. 31. (epistolis.)
 Mendosum est deesse aliquam partem et superare, et c. Cic. 2. de Orat. 4. 6. Id est, uitiosum, inquit Budæus.
 Mendosus librarius. Cic. 4. Verr. 13. 7.
 Mendosus et mendax. Horat. 1. epist. 17. 8.
 Facies mendosi. Ouid. 12. Metam. 80.
 Natura mendosa, Vitiosa. Horat. 1. Seru. Satyr. 6. 14. Budæus.
 Mores mendosi. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 1.
 Mendosè, pen. prod. Aduerbiu. Incorreptè, inemendatè, Cic. ad Q. frat. lib. 3. 2. 1. 8. De Latinis uerò quò me uertam nescio, ita mendosè et scribuntur et ueniunt. Idem 1. de Inuen. 13.
 Mendosè colligis, inquit Persius Satyr. 5. 9. Id est, uitiosè.
 Reddere mendosè causas. Lucret. lib. 4. 103.
 Mendacium] mendacij (Ψευδῆς, Ψευδομυθία, Ψευδολογία) Orationis uanitas.
 Lingue blandæ mendacia, Ouid. epist. 21. 11.
 Callidum mendacium. Vide Callidus.
 Non est infacetum mendacium. Vide Infacetus.
 Magna mendacia. Stat. 4. Syllu. 6. 9.
 Magnum et impudens mendacium. Cic. pro Cluentio, 13. 4.
 Prodigiosa mendacia. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 4.
 Accommodare mendacium. Vide Accommodo.
 Componere mendacia. Vide Compono.
 Conflare mendacium. Vide Confluo.
 Dicere mendacium alicui. Cic. de Petitione Consul. 31.
 Mendacium dicere et Mentiri, quemadmodum distent, P. Nigidius (inquit Nonius) bonarum artium præclarissimus, manifestissimè separauit, Qui mentitur, ipse non falsus, alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipse fallitur, quantum in se est. Vir bonus prestare debet ut non metiatur: prudens, ne mendacium dicat: alterum iudicet in homine, alterum non. Eludat mendacium mendacio. Quintil. lib. 6. cap. 3. 55.
 Facere mendacium. Quintil. lib. 5. cap. 4. 1.
 Improbi hominis est mendacio fallere. Cic. pro Muræna, 58.
 Perducere aliquem ad mendacium. Vide Perduco.
 Mendacunculium, mendacunculi, pen. corr. Diminutiuum (Ψευδοκύνιον) Cic. 2. de Orat. 133. Quod tamen est mendacium Thefauri pars 2.

ciunculis aspergendum. Quidam hic legunt mendaciolis.
 Aspergere mendacunculis. Vide Aspergo.
 Mendax, mendacis, pen. prod. om. gen. (Ψεύδης, Ψεῦδος) Proprie qui per errorem frequenter dicit mendacium. Cic. pro Roscio Comædo, 17. At quid interest inter periuurum et mendacem? qui mentiri solet peierare consueuit. Plautus Menæh. 8. 53. — depol haud mendacia Tua uerba.
 Fui mendax mihi: id est, Falso mihi persuasi. Ouid. epist. 2. 3.
 Splendidè mendax. Horat. 3. Carm. ode 11. 7.
 Mèdax huius rei est: id est, de hac re metitur. Plaut. A sin. 16. 5.
 Dannum mendax. Ouid. 1. de Arte, 87.
 Fama mendax. Propert. lib. 4. eleg. 2. 4.
 Form. mendax. Ouid. 3. Metam. 88.
 Fundus mendax, Qui plus promittit, quàm præstat. Horat. 3. Carm. ode 1. 6.
 Nuntius mendax. Claud. de bello. Get. 7. 4.
 Os mendax. Ouid. 9. Metam. 65.
 Somnus mendax. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 3.
 Speculum mendax. Ouid. 3. Trist. eleg. 7. 8.
 Vir mendax. Virg. 8. Aeneid. 12. 9.
 Mendacior, Comparatiuum. Horat. 2. epist. 1. 23. Inuenior Parthis mendacior. Ex eo sunt Parthi mendaces, quòd fugientes et tergo uerso simulent se pugnare nolle, què tamen fugiendo maxime pugnent. Alij, Parthos omnium hominum esse mendacissimos. Et rei argumèto esse, quòd apud eos mendacium acerrimis pœnis uindicatur; ut narrat Herodotus. lib. 1. Et quidem ita Muretus hunc locum explicat: sed priorem sequitur Lambinus.
 Mendaciloquus, pen. corr. Adiectiuum (Ψευδολόγος) Qui mendacium loquitur. Plaut. Trinum. 4. 120.
 — nihil est profectò stultius,
 Neq; stolidus, neq; mendaciloquus, neq; arguti magis.
 Mendaciter, Aduerbiu. Arnobius libro 5. aduersus gentes.
 Mendè] uel Mendis, Ciuitas est in Thracia, ut est apud Apollodorum: unde Mendæum uinum. Sunt et in Sicilia prope Palicos Mendæ. Vide Rhodig. lib. 18. cap. 37.
 Mendesium] Μενδεσίον, Vnguentum dictum à Mendoso Aegypti urbe, uel à loco ubi Mendis, quod Aegyptijs caprù significat, colebatur. Hermolao teste. Est autem Mendis hircus, itemq; Pan deus, Aegyptia uoce à lingua uocatus, què hirci effigie Mendisij uenerantur: ut etiam ipsi inde appellationem inuenerint. Vide Herodotum in Euterpe.
 Mendicula] penult. corr. Vestis genus. Plaut. Epid. 5. 40.
 Quid erat induta: an regillam induclam, an mendiculam?
 Mendicus] pen. prod. Adiectiuum (Μένδοκος, Ψευδοκός, Μενδοκός) Inops, et pauper. Festus, Mendicum dicit Verrius putat à mente eius quam fessillerit fortuna: uel quòd precetur quæq; ut uite suæ medeatur cibo, uel quòd manu indicet. Varro 4. de lingua Latina. Mendicus à minitis: cui quò opus est, minus nullo est. Plaut. Bacchid. 9. 16.
 Mendicum malim mendicando uiuere. Cic. 5. de Finibus, 14. 4. Paupertas si malum est, mendicus beatus esse non potest, quamuis sit sapiens.
 Iustus Bassus apud Senecam, lib. 6. Controuers. uocat pueros mendicos, eius cui mendicabant, meritorios, quia ille ex stipibus collectis comestabatur.
 Mendicum, dicitur uelut quod in prora ponitur. Festus.
 Mendicum instrumentum et exiguum, per translationem: hoc est, infirmum et imbecillum. Cic. 3. de Oratore, 51.
 Mendicissimus] pen. corr. (Μένδοκιστος) Forma superlatiui prolatum à Cicerone, pro Muræna, 56. Solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos si mendicissimi diuites.
 Mendiculus, pen. corr. Diminutiuum (Μένδοκίον) Cic. in Catil. 28. Collectum ex senibus desperatis, ex aegri luxuria,

ex rusticis mendiculis, ex decotribus, &c.
 Mendico, mendicas, penult. prod. $\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega$, $\mu\epsilon\delta\iota\kappa\epsilon\omega$, $\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega\sigma$ ($\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega$) mendicare, Vitæ alimenta ostiatim postulare. Iuven. Stat. 6. 55. Arcanam ludæa tremens mendicat in aurem. Mendicare sibi malū, p̄ metaphorā dixit Plaut. Amphit. 1. 4. 12. Mendicarius, pro Mendicare, apud Plautum in Vidularia, Malim moriri meos quam mendicarius. Nonius.
 Mendicans, penult. prod. Participium ($\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega\sigma$) Plautus Capt. 6. 73. — ubi minime honestū est mendicantē uiuere.
 Mendicatus, pen. prod. ($\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega\sigma$) Aliud participium: ut, Cibo mendicato pasci. Ouid. 5. Trist. eleg. 9. 3.
 Mendicitas, penult. corr. mendicitatis ($\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega\sigma$) Cicero pro Sex. Roscio, 52. In hac enim causa quum uiderent illos amplissima materiā possidere, hunc in summa mendicitate esse. Offerre mendicitatem. Vide Offerro.
 Confors mendicitatis. Vide Confors.
 Mendicatio, Verbale. Seneca epistol. 102. Quid sibi uult tam fœda uite mendicatio?
 Mendicimonium, mendicimonij ($\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega\sigma\tau\epsilon\iota\sigma$) pro eodem accepit Laberius, teste Nonio.
 Mendicabulum, mendicabuli. pen. corr. ($\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega\sigma$) antiquum, pro Mendicatione. Plaut. Aulul. 2. 4. 3. Nam istos reges ceteros memorare nolo hominū medicabula. Nonius.
 Mendosus, Mendum] Vide Menda.
 Menecheus] oraculo edito largitus est patrie suum sanguinem. Author Cic. 1. Tuscul. quæst.
 Menecina] Vrbis in Oenotria, à qua.
 Menecinet, & Meneceni populi. Stephanus de Urbibus.
 Menecrates] pen. corr. ($\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega\sigma$) Syracusanus medicus, nullam dicitur accepisse mercedem medendo. Curabat in primis sacrum morbum, tantum hac mercede contentus, ut liberatis ipsius esse seruus fateretur: se uero Iouem appellabat. Alter Menecrates comicus poeta fuit, ut scribit Suidas. De superiore scribit Aelianus de Varia historia.
 Menedemus] pen. prod. ($\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega\sigma$) nobilis inter Socraticos philosophos, Phædri discipulus, pauperis architecti filius, oriundus ex Eretria ciuitate: à quo philosophi Eretriaci dicti sunt, teste Cicero. 4. Acad. 23. 4.
 Menedemus alter Rhodius, Aristotelis auditor ac discipulus præcipui nominis, de quo uide Gellium lib. 13. cap. 5.
 Menelæetus] Auis ex aquilarum genere, minima magnitudine, uiribus præcipua, colore nigricans, quæ sola sectus suos alit, frequensq; uersatur in montibus. Vide Plin. 10. cap. 3.
 Menelaus] pen. prod. ($\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega\sigma$) filius Atrei, frater Agamemnonis, rex Spartæ ciuitatis, & maritus Helene, quam rapuit ei Paris.
 Menelaum ipsum, dulcem illum quidē tradit Homerus, sed pauca dicentem. Cic. de claris Orat. 2. 4.
 Meneleus] pen. corr. trisyllabum, vnus ex Centauris. Est & vnus ē canibus Actæonis apud Ouid. 3. Metamorphoscos, Harpalos, & Meneleus, hirsutaq; corpore Lachne. Alij legunt Meneleus, per primam uocalem in secunda syllaba.
 Menenia gens] Romæ fuit, ex qua Agrippa Mnenius C. F. Lanatus COS. cum P. Postumio ANN. CCL. Casiodorus. De Sabinis triumphauit. Legatus ad plebem in sacrum montem ANN. CCLX. Mortuus est Casio, Cominio iterum COS. ANN. CCLX. Eius funus publica impensa elatum. Dionysius lib. 5. & 6. Liu. lib. 2.
 Menephron] pen. corr. ($\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega\sigma$) ubi proprium, qui cū matre concubuit, authore Ouidio, lib. 7. Metam.
 Mences] teste Herodoto, primus omnium hominū in Aegypto regnauit, sub quo tota Aegyptus præter Thebaticam plagā palustris fuit.
 Meniana] nō à mœnibus dicta, sed à Menio quodam, qui pri-

us id genus ædificij inuenit extensis tignis ultra columnas, quo superiora ampliarentur: uulgo nunc quoq; meniana, siue podioli dicitur. Suet. in Caligula, cap. 18. Pauci ex proximis menianis spectabant. Hermolauus, Meniana Græcè oras uocant, si Honorio & Theodosio principibus credendum in mentione de priuatis ædificijs. De origine menianorum, & de columna Menia, ad quam ferri & fiores alligabatur. Cic. pro Sestio, 108. Pædianus, Festus, Vide Columna menia, in Columna.
 Meninx] $\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega\sigma$, Insula est, teste Plin. lib. 5. ca. 7. Circa Africā clarissima, longitudine xxxv. mill. pass. latitudine xxv. ab Eratosthene Lotophagitis appellata. Vulgo Gelues.
 Menippus] Phoenix, Philosophus Cynicus, nihil memoria dignū edidit: porro ipse, librisq; eius ridendi. Cumq; habendi cupidissimus esset, bonis amissis laqueo uitā finiuit. Author Diogenes Laertius. Menippus poeta comicus fuit, auctore Suida. Menippus itē alius Stratonicensis, in tota Asia disertissimus, præceptor Ciceronis, ut ipse in Bruto testatur, post à me, inquit, Asia tota peragrata est, cū summis quidē oratoribus, quibuscumq; exercebar ipsi libetibus: quorū Princeps erat Menippus Stratonicensis, meo iudicio tota Asia illis tēporibus disertissimus: & si nihil habere molestiarum, nec inceptiarum Atticorum est, hic Orator in illis numerari rectē potest. Hactenus Cicero. Alium præterea eius nominis Macrobius adducit Menippum, quem Philosophum & seruum fuisse tradit, scripsisse libros, quos in Satyris M. Varro imitatur, quas Menippeas nominauit: alij uero Cynicas. Vide ipsum Macrobi. lib. 1. Saturn. cap. 11.
 Menis] Vide Mena piscis.
 Menius] $\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega\sigma$, Lycaonis filius, qui quum, patre in lupum uerso, & domo conflagrante, Iouem detestaretur, ab eodem fulmine percussus est. Ouid. in Ibm. 96. (cid.)
 Menlaria] Ptolemæo lib. 4. ca. 6. Hispanie urbs, vulgo Mar Menoba] $\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega\sigma$, Vrbis est Hispanie apud Melam lib. 2. ca. 6. Oliuarius dicit eā nunc uocari uulgo Velezmalaga.
 Menodotus] $\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega\sigma$, Medicus insignis ætate Serapionis, cuius meminit Galen. in Therapeut.
 Menœceus] Iuuenis Thebanus, filius Creontis, qui pro patrie salute sanguinem suum, atq; aded uitam ipsam spontē profudit. Vide Statium 10. Thebaid.
 Menœtes] $\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega\sigma$, Nomen unius ex socijs Aeneæ, qui gubernator fuit nauis cui nomen erat Centauro. Virg. 5. Aen. Rectorem nauis compellat uoce Menœtem.
 Menœtius] $\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega\sigma$, filius Actoris, pater Patrocli. Vnde & Patroclum Menœtalem uocant Poetæ. Ouid. epist. 3. 5. Ipse Menœtiades tunc quum tradebar, in aurem, &c. Propert. lib. 2. eleg. 1. 8.
 Menoles] pen. corr. dictus est Dionysius, quod Latine totum furentem significat, cui Bacche Orgia celebrabant, & crudas carnes comedentes, sacro furore initiabatur. Euan Euan conclamantes. Quæ uox adspirata, secundum exquisitam Hebræorum linguam fœminæ sexus serpentem significat. Scribitur & eum & diphthongo Menoles.
 Menophilus] pen. corr. ($\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega\sigma$) Eunuchus fuit, cui Mithridates à Pompeio uictus filiam seruandam dedit in arce quadā: quam quū Manlius Briscus obsidisset, defensoresq; deditione parare Menophilus sentiret, gladiū in uiscera sua compegit, ueritus ne captiua puella raperetur & uiolaretur. Author Ammianus Marcell. lib. 16. Est & alius Menophilus apud Martialem, lib. 7.
 Menosgada] $\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega\sigma$, Germaniæ urbs apud Ptolemæū. Hodie Eggra, Eger.
 Mens] mentis, fœm. gen. ($\mu\epsilon\delta\iota\kappa\omega\sigma$) Quasi eminens: est enim altior animi pars, qua etiam diuina percipimus. Lat. Stantius

Stantius lib. 7. Primum non idem est mens & anima, aliud est enim quo uiuimus, aliud quo cogitamus, nam dormientū mens, non anima sopiuit: & in furiosis mens extinguitur, anima manet. Cicero. 2. Offic. 147. Hominis autem mens discedo alitur, & cogitando semper aliquid aut inquit, aut agit, uidentiq; & audiendū delectatione ducitur.
 Mens animi. Plaut. Cistell. 5. 6. Nullam mentem animi habeo.
 Mens, Voluntas, sententiā, & quam uulgus intentionem uocat. Virgil. 1. Aeneid. 62. — in primis regina quietum Accipit in Teucros animum, mentemq; benignam Teuerent. And. 1. 137. Mala mens, malus animus.
 Vna mens omnibus. Virg. 4. Georg. 43.
 Hac mente: id est, eo animo. Cic. 1. de Orat. 88. Ego autem defenderem hac eum mente fuisse, &c.
 Mens pro memoria. Cic. in Brut. de Curione, Tum Brutus admirans, Tantāne fuisse obliuionē, inquit, in scripto præsertim, ut ne legens quidē unquam senserit quantum flagitij commisset: Paulū post, iam qui hac parte animi, quæ custos est ceterarū ingenij partū, tam debilis esset, ut ne in scripto quidē meminisset, quid paulū antē possisset, huic minime mirū est, ex tempore dicenti solitū effluere mentē. Id est, memoriā.
 Mens, pro Consilio. Virg. 1. Aeneid. 137. Quæ facere id possis, nostram nunc accipe mentem. Seruius. Vide Accipio.
 Mens & cogitatio. Cic. 7. Ver. 28.
 Mens & sententiā. Cic. pro Muræna, 1.
 Mens & uoluntas. Cic. de Arusp. resp. 37. In querelis mens. Vide In.
 Anxius mentem. Stat. 12. Thebaid. 39.
 Agitatio percussus est. Ouid. in Ibm. 96.
 Alienatio mentis. Plin. lib. 2. i. cap. 21. 4.
 Mentis compos, idē quod sane mentis, uel sua mentis. Cic. in Di. Discordia mentis. Ouid. 10. Metam. 88. (sonē, 37.)
 Exil mentis. Ouid. 9. Metam. 82.
 Facies mentis. Ouid. 5. Metam. 114.
 Ferox mentis. Ouid. 8. Metam. 124.
 Gaudia mala mentis. Virg. 6. Aeneid. 56.
 Mens inops. Ouid. 2. Metam. 40.
 Integer mentis. Vide Integer.
 Parentes mentium. Quintil. lib. 2. cap. 9. 1.
 Non potens mentis. Seneca Thyeste, 7. 1.
 Præstigia mentis. Ouid. 6. Metam. 102.
 Questio mentis. Quintil. lib. 3. cap. 6. 29.
 Ruina mentis. Ouid. epist. 12. 7.
 Sacrarum mentis. Stat. 3. Thebaid. 50. Arcem hanc æternam, mentisq; sacraria nostræ Testor. Verba sunt Iouis.
 Templam mentis. Lucret. lib. 5. 21. Hoc est, secreta mentis & interioris animi, qui res à sensibus cognatas iudicat & discernit.
 Tumulus mentis. Horat. 2. Carm. ode 16. 2.
 Vitium mentis. Ouid. 4. Metam. 40.
 Abderitica mens: id est, stupida. Vide Abderita, Abderite.
 Adultera mens. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 1.
 Aegra mens. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 4.
 Alta mentis capax animal. Ouid. 1. Metam. 16.
 Antiqua mens. Ouid. 2. Metam. 97.
 Arida mens est. Valer. 7. Argon. 50.
 Armata mens dolis. Silius lib. 1. 38.
 Arrecte mentes, stupescitq; corda. Virg. 5. Aeneid. 129.
 Aversa de a mens: id est, non fauens nobis. Virg. 2. Aeneid. 34.
 Angusta mens. Ouid. 15. Metam. 29.
 Auida mens bellis. Luc. lib. 6. 6.
 Thefauti pars 2.

Bona mens. Persius Satyr. 2. 1.
Inanis metus urget mortales. Lucet. lib. 3.200. Metus, pro religione: quoniam ut docet Seruius, ex timore nata est. Virg. 7. Aeneid. 12, —multosque metu seruata per annos. Meticolus, meticolus, penul. corr. Diminutiuum. Meticolosus, penul. prod. (particip. Meticolosus) Adiectiuum a meticolus diminutiue, Timidus. Plaut. Amph. 4.139, Nullus est hoc meticolosus aequus. Meum] Meum, Herba est caule folijsque amiso non absimilis, quae in Italia non nisi a medicis feritur, et ijs admodum paucis. Duo genera eius describit Plin. lib. 20. cap. 23.1. Meuania] Meuania, ciuitas Umbriae, incho. Propertio a lumno. A qua Meuanates populi. Plinius libro 35. capit. 14. In Italia quoque lateritius murus Aretij et Meuaniae est. Lucan. lib. 1.44, —tauriferis ubi se Meuania campis Explicat. Vbi committitur, Meuania est pars Tusciae, cuius nominis et insula Hybernis proxima Meuania dicitur. Meuania, oppidum est in Umbria ad uiam Flaminiam, iuxta quod labitur clitumnus fluius, cuius aqua pota caedidos boues facit. Vide Clitumnus. Meuius] Meuius, pessimus poeta, Virgilio et Horatio inimicus. Virg. 3. ecolo. 4.18, Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui. Horat. Epod. 10.1, Olens Meuius. Meus] Adiect. Pronomen possessiuum (particip. Meus) Plaut. Trinum. 6.47, Nam quod tuum est, meum est: omne meum, est autem tuum. Terent. Heaut. 3.1.22, Meus gnatus? sic est, m. uenit? c. certè, m. Clinia Meus uenit? c. dixi. Meum, uel Mea est negare. Plaut. Pseud. 7. 68. Cic. ad Attic. lib. 5. 100.4, Et si intelligis quam meum sit scire, et curare quid in Rep. fiat. Mea, mea tu, et huiusmodi. Terent. Adelph. 3.1.2, —modo dolores, mea tu, occipiunt primulum. Idem Eun. 4.3.14, Haec obsecro mea Pythias, quid istucnae nostri sunt? Mea tu, inquit Donatus, blandimentum est, sine quo non progreditur colloqui seminarum, et maxime trepidanti. Cum mei unius salute, ciuitatis filius conuincat: pro Me Cicero in Vatinius, 6. Sic Budaus. Vetus tamen exemplar legit, mea salute. Meum non est mentiri, Quod uulgò dicitur, Non est mea natura. Terent. Heaut. 4.2.8. Meum est, pro Meum est inuentum, Excogitauit illud. Terent. Eunuch. 3.1.39, Tuum obsecrone hoc dictum erat uetus credidi. r. Audieras? s. sepe: et fertur in primis. r. meum est. Mea est descriptio id est, Ego ipse descripsi, non alius. Cicero de Senect. 55. Meus sum: id est, mea potestatis, mei iuris. Pers. Satyr. 5.9. Meus, tuus, aliquando substantia sunt. Virgilius 4. Aeneid. 96, —dulcesque meorum Reliquias. Idem lib. 3.98, —cape dona extrema tuorum. Terent. Phorm. Ego meorum solus sum meus. Mea quidem sententia, pro Vt ego sentio, Vt opinor. Terent. Adelph. 1.1.40. Meus carnifex. Terentius And. 4.1.27. Donatus, Id est, in me carnifex, qui me torserit: ut alibi, Deo irato meo: hoc est, in me irato Deo. Meo pretio emptus, A me factus, a me statutus, inquit Donatus: Terent. in Prolog. Hecyrae, 55. De meo. Vide De praepositionem. De meo nihil addo. Cic. de Arusp. resp. 36.

Mea ma

Mea manu litera. Cic. ad Att. lib. 5. 101. 1. Meopte ingenio id repereri. Plaut. Mostel. 3. 52. Meapte malitia, Meapte causa. Plaut. Trucul. 9. 18. Terentius Heaut. 4. 3. 8. — ita me diament, ut ego nunc non tam meapte causa Lator, quam illius. Mezentius] Pater Laus, deorum contemptor, apud Virg. lib. 7. Aeneidos, Primus mit bellum Tyrrhenis asper ab oris Contemptor diuim Mezentius, &c. Fuit enim impius in homines, sine deorum respectu, inquit Macrobius.

Mi] Dandi castus, & genitio mis. Virg. 6. Aeneid. 25. — & mi genus ab Ioue summo. Id est, mihi. Catull. ad Lesb. 48. 1. ille mi par esse deo uidetur.

Mi uo catus, pro Meus. Terent. Adel. 2. 4. 5. O mi Aeschine, o mi germane. Idem Phor. 2. 1. 42. Mi patrie salue. D. salue. Vbi Donatus, Mi uim blandimentum habet. nā significat meus.

Mi homo. Terent. Phor. 5. 9. 13. Idem Eun. 1. 2. 15. Ne cruciate obsecro anime mi Phedria. Donatus, Foeminarum oratio, est non blanditur, blanda est.

Miacorus] penul. prod. (μιακός) Chalcidis oppidum apud Theopompum libro 25. referente Stephano. A quo fit gentile Miacorius.

Mica] mica (μικρά) Pulvisculus ille qui in arena quasi argenti, fulget. A quo & panis, & omnium rerum frustula, quae tractantibus nobis aliquem rem, inde emicant, mica appellantur. Colum. libro 6. capit. 30. Thuris mica. Plin. lib. 12. capit. 14. 9. Micas concussis elisas mannam uocamus. Catullus, de Quinctia & Lesbia, epigr. 81. 13. Nulla in tam magno est corpore mica salis. Hoc est, nihil in tā magno corpore est ridiculum. Sic exponit Qy, lib. 6. capit. 4.

Auri mica. Lucret. lib. 1. 172. Lucida mica salis. Ouid. 1. Fast. 68. Saliens mica. Horat. 3. Carm. ode 23. 5. Salientem micam, salis granum intellige, quod saliat, quum in ignem missum sit. Propheyy.

Mico, micas, micui (μιχο) micare. Est subinde & per interualla, ut mica faciunt, resplendere. Virg. 1. Aeneid. 19. — crebris micat ignibus ether.

Micare digitis. Lusus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, ut repente porredis digitis certantium, uterque numerum diuinet. Per translationem dictum, quod d talis quaedam uariatio, dum digitis sortitur, apparet. Huius Cicero mentionem facit lib. 2. de Diuin. 127. Quid enim fors est? idem propemodū, quod micare, quod talos iacere, q. tesseras M. Varro, Micandum erit cum Graeco, utrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. Ex Erasmo.

Qui certissima esset fide, eum antiqui dignum dicebant, qui cum in tenebris micaretur. Cicero 3. Offic. 102. Idem 2. de Finib. 85. Cur iustitia laudatur? aut unde est hoc contritum uetustate prouerbium, quicum in tenebris? Porro, quicum mices in tenebris, ei liberum est, si uelit, fallere. Proinde dignus quicum in tenebris mices dicitur, qui sit usq; adeo certa fide, ut nec sit tuō possit, uelit quempiam mendacio fallere. Ex Erasmo.

Ardor flammæ micat. Lucret. lib. 5. 221. Micat animus. Lucret. lib. 3. 59. Ardor micat oculis. Lucret. lib. 3. 59. Cor timore micat. Ouid. 3. Fast. 8. Enses triste micant. Stat. 4. Thebaid. 31. Auribus micat equus. Virg. 3. Georg. 17. Gemma micat. Virg. 10. Aeneid. 27.

Micant gladij. Liu. 6. ab Vrbe, 56. Ignis micat oculis. Virg. 12. Aeneid. 21. Linguis micat ore trifidulis. Virg. 3. Georg. 88. Nubila micuerunt celeri flamma. Ouid. 1. Tristiteleg. 2. 9. Oculi micant igne. Ouid. 8. Metam. 57. Sinus micuere metu. Ouid. epist. 1. 9. Sidera micuerunt. Ouid. 7. Metam. 4. 4. Sidus Iulium micat. Horat. 1. Carm. ode 12. 10. Micant uene. Cic. 2. de Nat. deor. 35.

Micans, Participium: ut, Aurum micans. Ouid. 2. Metam. 1. Aera micantia. Virg. 2. Aeneid. 47. Cor micans. Ouid. 6. Fast. 68. Crura micantia. Ouid. 9. Metam. 8.

Labelum micans. Catul. in Epithal. Iulie. 56. 44. Membra micantia. Claud. de nup. Honorij. 57. Sidera micantia. Catul. in Epithal. Iulie. 56. 42.

Micca] Filia fuit Aristodemi Eliensium tyranni, quae moribunda Megisthonenem rogauit, ne se post mortem turpiter nudatam iacere patereur. Meminit Plutarchus libro de claris Mulier. cap. 15.

Michale] penul. corr. (Μιχαῖλη) Foemina uenefica inter Centauros. Senec. Herc. Oeth. 4. 59. Hoc docta Michale Thejalas monuit nurus: Vnam inter omnes luna quam sequitur magam Afris relicta.

Micipsa] Numidarum rex, Massinise regis filius, qui lugurtham Manastabalis fratris filium, unā cum Adherbale & Hyempsale filijs regni participem reliquit. De quo Salustius de bello Iugurthino.

Microcosmus] (μικροκόσμος) Latine Paruus mundus dicitur Micrologia] (μικρολογία) a Graecis appellatur anxia cura circa minutula, & sedulitas quouis modo rem augendi, is quoq; qui rem uilem magni facit, & tenuissimum lucellum undecunq; aucupatur. Micrologus appellatur.

Micropsychos] penul. prod. Pusillanimus dicitur, & timidus, (μικροψυχός) Plin. libro 22. cap. 24. 4. Inuenio apud auliores hunc potum bibendum aliossitem animi humilis ac praeparci, quos illi dicere micropsychos.

Micropythia] (μικροπυθία) Graecis ac medicis dicuntur, quibus pusilli sunt uenarum pulsus, longitudine, altitudine, ac latitudine minima, uti ab Galeno proditum est, surrecta arteria. Vide & Cal. libro 3. capit. 15.

Micthyris] Paupercola pulmentaria. Lucilius lib. 20. Pulmentaria utentibus aut aliquod genus herbae, & eius manarum bene habet se micthyris, hoc est merk. Nonius. Lunius medicus Mictilis emendat.

Mictatio] micturis. Vide Meis. Midas] (Μιδας) Gordiae bubulci filius, & rex Phrygum, qui cunctorum penē regum opes pecunie abundantia antecessit. De quo Herodotus & Iustinus lib. 11. multa scripserunt.

Auriculas asini Midas habet, Prouerbium, quod refertur a Diogenio, natum a fabula notissima Midae regis Phrygiae: cui Phoebeus, quod d Stolidē Dana canentē sibi pretulisset, afinas affixit auriculas. Quas quum diu mitra occultuisset, tandem a tonsore animaduersum est, ac prolatum in uulgus, ut refert Ouid. 11. Metam. 35. Porro adagium recte dicitur uel in stolidos, & crassos auribus, pinguiq; iudicio homines. Alij narrant, quū aliquando praeteriret asinos huius dei, atq; eos afficisset iniuria, iratū Bacchum Midae auriculas afinas addidisse. Sunt qui dicant huic aures natura praelongas fuisse, & afininarum instar prominentes, atq; hinc fabule iocum ortum esse. Quāquam pluribus placet, hac allegoria significatum, Midam utpote Tyranum. Corycios ac subaesculatores dimittere solitum, per quos quocunq; per omne regionē uel fierent, uel dicerentur, cognosceret, nimirū illis

utens aurium uice. Proinde quum uulgus admiraretur, ab illo resciri etiam ea, quae clam ac procul fierent, occasione suble dederunt, ut Midas diceretur auriculas asini habere. Vel quod nullum aliud animal acrius audiat quā asinus, excepto mare: uel quod aures habeat omnium longissimas. Pers. Satyr. 1. 13.

Auriculas asini, quis non habet? Ferunt nonnulli primum a poeta scriptum fuisse: Auriculas asini Mida rex habet. Deinde metu Caesaris scripturam mutasse, quis non habet. Erasmus.

Mida etiam dicitur. Claudian. 3. Paneg. Dibat rutilo quicquid Mida tangeret auro.

Midas] (Μιδας) Vermiculus in fabis nascens, ut ait Theophrastus lib. 4. de plantarum causis.

Midia] sive Midea, pen. prod. (Μιδεία Stephana) Oppidum fuit in agro Argiuo, ita dictum a Midia Aloei filia, quum antea Persepolis appellaretur. Meminit oppidi huius Homerus lib. 2. Iliados.

Mieza] Oppidum Macedoniae, quod olim Strymonium uocabant, a Mieza Beretis Macedoniae filia cognominatum. Plin. lib. 31. cap. 2. Nam Mieze in Macedonia, etiam pendentes in ipsis cameris: ut in Corintho, quum decidere, &c.

Migdylybs] hoc est mixtus Libys. Plaut. Pen. Qui huc aduenisti nos captatum migdylybs. Significat hominem mixti generis & bilinguem, id est, ἡμιμαθητός & ἡμιμαθητός, quales erant Carthaginienses. Virgilius,

Quippe domum timeat ambiguum, Tyriosq; bilingues. Nam Carthaginienses & lingua Tyriorum & Afrorum utebantur. Duplex autem lingua qui uiuntur, infideles & ueratores improbiq; habentur. Itaq; Hanonem ut bilinguem dicit esse bisulca lingua, quafi prosperetem bestiam. Omnes codices habent magdalia: uerum sic restituit Turnebus, idq; optima ratione.

Migro] migras (μιγρῶ) migrare, Est domicillum mutare, & alio se ad habitandum conferre, relicta priorē habitatione: ut ait Valla lib. 5.

Migrare domo. Cic. 4. Verr. 62. Vide Emigro. Migrare ex Vrbe. Terent. Hecyr. 4. 2. 13.

Migrare hinc. Plaut. Epist. 8. 7. Migrare nidum. Gellius libro 2. cap. 29. Id est, transportare, ad aliud migrare.

Migrare de uel ex uita. Mori. Cic. in Somnio Scipionis, 2. Idem 1. de Finib. 93.

Migrare in caelum. Plaut. Amph. 18. 13. Migrare in locum. Lucret. lib. 2. 194.

Migrare ē phano foras. Plaut. Curcul. 5. 1. Migratum est Romam. Liu. 1. ab Vrbe, 47. Migrare communi iure. Cic. 1. de Diuin. 15.

Migrat officium. Plaut. Trinum. 10. 14. Migrat dicta. Plaut. Pseud. 7. 55. Voluptas migravit ab aure. Horat. 2. epist. 1. 38.

Omnia migrant. Lucret. lib. 5. 166. Anima migrat in uariis figuris. Ouid. 11. Metam. 35. Migrare in mucronem. Plin. lib. 11. cap. 37. 5.

Fimus migrat aduerso meatu. Claud. 7. Paneg. 97. Migrasit, pro Migrauerit. Cic. 3. de Legib. 17. Quo quis earū rerum migrasit, noxiae poena par esto.

Migratu difficile, apud Luuium libro 10. pro Ad exportandum difficile.

Migratio, Verbale (ἀποδημιός) Cic. 1. Tusc. 4. 4. Mortem non interitum esse omnia tollentem atq; delentem, sed quandam quasi migrationem, commutationemq; uitae. Liu. 5. ab Vrbe, 238. Nunc haec migratio nobis misera. (nomine. Mibi] (Μεμνησθῆναι) Datus est primae personae ab Ego pro-

Mibi, Ad meam utilitatem, aut damnum. Terent. Heaut. 3. 1. 102. hic mihi quanto nunc plus sapit, quam egomet mihi idem Adelph. 2. 2. 36. Si quid peccat Dema, mihi peccat. Mibi, quantum ad iudicium meum pertinet, interprete Donato Terent. Adelph. 5. 6. 5.

Nam is mihi est profectio seruis spectatus satis, Cui dominus cura est.

Mibi, A me. Terent. Eun. 3. 5. 2. Iamne erumpere hoc licet mihi hi gaudium? Donatus.

Mibi, Circa me. Terent. And. 1. 1. 85. Quid si amasset quid mihi hic faciet patri? Donatus.

Mibi & tibi, aliquando ita ponuntur in oratione, ut neq; ad me, neq; ad te, neq; aliquem referantur, sed tantum festiuitatis gratia. Cicero in Pisonem, 1. is mihi etiam gloriatur se omnes magistratus sine repulsa assecutum. Idem 4. Verr. 17. Tu mihi ita defendas. Sic alijs locis multis. Terentius Phorm. 5. 9. 21.

Qui mihi ubi ad uxores uentum est, tum sunt senes. Mibi crede, affirmantis particula, idem quod Certē significans. Cic. in Pisonem, 47. Inania sunt ista, mihi crede, delectamenta tenē puerorum.

Mihimetipsi] (μυμητιψι) Cic. pro Quintio, 18. Breuitas postulat quae mihimetipsi amicissima est.

Mihipte, pro Mihipsti posuit Cato, Festo teste. Milax] (Μιλῶ) a Galeno appellatur frutex hederae similis, quae simlaxem uocat Dioscorides. Uterque duas eius facit species, asperam & laeuem. Vide infra in dictione Smilax.

Milcia des] pen. corr. (Μιλκιάδης) dux clarus Atheniensis: qui undecim millibus suorum profligauit sexcenta millia Persarum in campis Marathonijs. Postea tamen damnatus peculatus, in carcerem coniectus obiit.

Miles] militis, pen. corr. com. gen. (Μιλῶν) Qui militiam exercet. A militia, id est, duritia, quam pro Rep. sustinet, dicitur. Aut a multitudine: aut a malo quod arceat. Festus, Militem Aelius a mollitia per antiphrasin dictum putatio: qui d nihil molle, sed potius asperum quid gerat. Cic. pro lege Manili. 19. Qui extremae pueritia miles fuit summi imperatoris. Idem pro Corn. Balbo, 37. C. Marius P. Africanus discipulus ac miles.

In militē, in capita, in naues, & familia. Vide In prepositione. Incurso militum in agros hostium. Vide Incurro.

Incursum militum. Vide Incurro. Instructio militum. Vide Instruo.

Leuis armaturae milites. Vide Leuis. Acrior miles. Horat. 3. Carm. ode 5. 6. Aerarij milites. Vide Aes. aris.

Argentati milites. Vide Argentum. Armatus miles. Virg. 2. Aen. 4. Aurati milites. Vide Aurum.

Causarij milites. Vide Causa. Dirus miles. Senec. Herc. Oeth. 17. 15. Ferox miles. Horat. 1. Carm. ode 6. 1.

Impius miles. Virg. 1. eclog. 14. Haud incurtus miles. Vide Incurtus.

Infidus miles. Lucan. lib. 7. 155. Infestus miles. Senec. Herc. fur. 8. 5. Innumerus miles. Ouid. epist. 15. 74.

Inordinati & compositi milites. Vide Inordinatus. Inualidi milites. Vide Inualeo.

Iustus miles. Vide Iustus. Legionarij milites. Vide Legio. Manipularis miles. Ouid. 3. Fast. 24. Pertica suspēsus portabat loga maniplos, Vnde manipularis nomina miles habet.

Mercenarij milites. Liu. 4. bel. Pun. 2. 24.
Pharetratus miles. Sil. lib. 7. 128.
Præstantior miles. Ouid. 11. Metam. 106.
Rabido milite perfracta porte. Sil. lib. 13. 50.
Vagus miles. Sil. lib. 4. 167.
Auocare milites à signis. à bello. Vide **Auoco.**
Cogere milites. Vide **Cogo.**
Colligere milites. Vide **Colligo, Colligis.**
Deducere ex aliquo loco milites. Vide **Deduci.**
Aere dirutus miles. Vide **Aes, eris.**
Excitatur classico miles truci. Horat. Epod. 2. 1.
Fieri militem. Cic. 7. Philipp. 232.
Incitare milites in aliquem. Vide **Incito.**
Legere milites. Vide **Legi, legis.**
Obfedit milite campos. Virg. 3. Aeneid. 80.
Ordinare milites. Vide **Ordino.**
Milites. pro apparitoribus iudicum & magistratuum. Vlpianus in l. in eadem. ff. ex quibus causis maiores, in eadem causa sunt, & qui à militibus statoribus; vel à municipalibus ministris adferuntur; si probentur rei sue superesse non potuisse. Hinc Manus militaris. Idem in l. qui restituere. ff. de rei uendicatione, Qui restituere iussus, iudici non paret, cõtendens non posse restituere; si quidam habet rem, manu militari officio iudicis ab eo possessio transfertur.
Miles in sceminio genere. Ouid. epist. 11. 10.
 Et rudis ad partus, & noua miles eram.
Militia, militiæ (& militia) quandoq; bellũ, & quandoq; rem militarem significat. Cicero 3. Offic. 131. Sed insimulant eum tragœdiæ, simulatione infantiæ militiam subterfugere uoluisse. De Vlyffe.
Acer militiæ. Tacit. lib. 18. Vide **Acer.**
Decora militiæ. Liu. 2. ab Vrbe, 96. Vide **Ordo.**
Facta splendida militiæ. Ouid. epist. 13. 20.
Gnarus militiæ. Tacit. lib. 12.
Impiger militiæ. Tacit. lib. 3.
Labor militiæ. Ouid. 1. Fast. 61.
Maturus militiæ. Liu. lib. 2. Decad. 5.
Piger militiæ, & malus. Horat. 2. epist. 1. 25.
Rudimenta militiæ. Stat. 5. Sylu. 2. 2.
Gravis militiæ. Horat. 1. Carm. ode 18. 1.
Imaginaria militiæ. Suet. in Claudio Cæs. cap. 25. Equestres militiæ ita ordinauit, ut post cohortem, alam; post alam, tribum legionis daret: stipendiâq; insituit, & imaginariæ militiæ genus, quod uocatur super numerum: quo absentes & titulo tenuiungerentur. Budæus.
Impigra militiæ. Vide **Impiger.**
Intenta militiæ. Tacit. lib. 12.
Longa militiæ seffum latus. Horat. 2. Carm. ode 7. 4.
Pis militiæ. Ouid. 7. Metam. 97.
Colere militiam. Ouid. 2. Fast. 102.
Detrectare militiam. Ouid. 13. Metam. 8.
Dare nomen militiæ. Est ad delectum se exhibere. Cicero 7. Philipp. 224. Bud.
Togate militiæ exercere munera. Ouid. ad Pisonem, 6.
Seuam militiam ferre. Horat. 1. epist. 19. 11.
Proficisci in militiæ disciplinam. Cic. pro lege Manil. 19.
Premia militiæ puluerulenta sequi. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 1.
Soluebatur militiæ. Tacit. lib. 1.
Tolerare militiam, & graue Martis opus. Virg. 8. Aen. 104.
Signa militiæ tueri. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 3.
Militiæ uacare. Quintil. lib. 9. cap. 2. Alio bello petierat ut militiæ uacaret.
Militiæ, genitiuus aduerbij uice positus, ut Domi. Cic. 3. de Oratore, 74. Idemq; & in Senatu, & apud populum, &

in causis amicorum, & domi, & militiæ consilium suum si demq; præstant. Idemq; 5. Tusc. 77. Quorum uirtus fuerat domi militiæq; cognita.
Militia, exercitium. Plaut. Persa. 6. 51. At confidentia illa militiæ militatur magis, quam ponderare.
Militia urbana, est eorum qui in foro uersantur. Cic. pro Muræna, 16. Seruius hic nobiscum hanc urbanam militiam respondendi scribendi, cauendi, plenam solitudinis ac stomachi secutus est: ius civile didicit, multum uigilauit, laborauit, præstò multis fuit.
Veneris militiam pati. Propert. lib. 4. eleg. 1. 28.
Militio, militas, pen. cor. (& μάτιον) militare, Militiam exercere. Stipendia in bello merere. Cic. 1. Offic. 55. Qui in eadem legione militabat.
Militare sub. Plin. in Præf. 23. Militare didicisset sub Annibale. Liu. 3. bel. Pun. 197. Subsignis militat tuis.
Militari non sine gloria. Horat. 3. Carm. ode 26. 1.
Militare mercede. Curtius.
Catulus militat in syluis. Horat. 1. epist. 2. 14.
Militatur (& μάτιον) legitur apud Plautum in Persa, 6. 51. Illa militiæ militatur magis.
Bellum militatur. Horat. Epod. 1. 5.
Militaris, & hoc militare, penul. pro. Adiect. (& μάτιον) Quod ad milites aut militiæ pertinet: ut, Militaris homo. Plaut. Epid. 2. 14.
Aetas militaris. Tacitus libro 2. Id est, robusta, ac apta ad militiam.
Dauia militaris. Horat. 1. Carm. ode 22. 3.
Militaris herba. Vide **La Crocus.**
Militaris industria. Plin. lib. 18. cap. 6. 6.
Manus militares. Senec. Agamem. 6. 7.
Nauare operam militarem. Liu. lib. 4. Decad. 5.
Rem militarem discere. Cic. 1. de Orat. 65.
Septimenium militare. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 14.
Signa militaria. Cic. in Catil. 34.
Timor militaris. Plaut. Pseud. 14. 23.
Via militaris. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 5.
Militarius, Adiectiuum (& μάτιον) Plautus Pseud. 17. 11. Quin hinc metimur gradibus militarijs: Pro militariibus, antiquè.
Militariter, penul. corr. Aduerbium (& μάτιον) More militum, uel more militari. Liu. 4. ab Vrbe, 173. Caterum militariter grauis, nõ suis uana laudibus, nõ crimine aliõ læta. Lautus militariter. Tacit. lib. 18. Militariter lautus, læta omnia & affluentia excepit. Significat Vespasianum nõ fuisse exquiritæ, seu urbana elegantia excultum.
Miletia] Vna fuit ex filiabus Scedasi, qui fortuna pauper Leustra habitabat (uicinis est prope Thespias in Bœotia) que una cum sorore à iuuenibus Spartani consuprata, ambe mox interemptæ, in puteum quandam sunt deiectæ. Meminit huius historiæ Plutarchus & Pausanias, qui tamen hanc Molpam nominat. Vide plurim Scedalus.
Miletopolis] μάτιον πόλις, Vrbs in minore Asia, inter Cyzicum & Bithyniam, ad Rhindacum amnem, cuius meminit Strabo lib. 12.
Miletus] μάτιον, Filius fuit Apollinis, & Argeæ Cleochi filie, uel (ut Ouidius habet) Dejonæ, qui quum Minoæ Cretenfium regem iam senem regno priuare uellet, à Ioue territatus, in Samum, deinde in Cariam Asiæ regionem fugit, ibiq; oppidum condidit, quod de suo nomine Miletum appellauit, cuiusq; incolæ Milesios. Ouid. libro 9. Metam. Alij tamen aliam afferunt nominis rationem, ut est uidere in diætionem sequenti. Inde Miletis, miletidis, Patronymicum, id est Byblis, Miletis filia.
Miletus]

Miletus] pen. prod. (μάτιον) Vrbs fuit in finibus Ioniæ & Carie (auctore Herodoto) à Neleo edificata. Hanc generosa uelleræ nobilitauerunt. Vnde proverbium mansit, Miletia fragula. Martialis lib. 8. 28.
 Nec Miletus erat uellere digna tuo. Hæc autem Anactoria nominata super octoginta urbium per cuncta maria genitrix, ubi oraculum fuit antiquitus Brancidarum appellatum, postea Apollinis Didyme. Vide Pomponium Melam. lib. 1. Alia fuit eiusdem nominis urbs in Creta, teste Homero lib. 2. Iliados. De Miletis & Miletis etiam Cic. meminit, 3. Verr. 61. & 63.
Miletis] μάτιον, populi dicti sunt, qui quum prius potentes essent, & opulenti, delitijs dediti, & opes & potentiam amiserunt. Cicero pro Cluentio, 61. Memoria teneo Miletiam quandam mulierem, &c.
Miletia uelleræ. Lane pretiosissime dicitur. Virg. 3. Georg. 62.
Militaria] Aus ita dicta, quod milio uescatur & pinguescat. Huius meminit Varr. lib. 3. de Re rust. cap. 5. Militaria etiam herba est, que milium necat. Plin. lib. 22. cap. 25.
Militaris, Militia, Milto, militas] Vide **Miles.**
Milium] milij (μάτιον) Genus frugis. Plin. lib. 18. cap. 7. 6. Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuestitum est, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo: adolefcit ad pedes altitudine septem prægrandibus culmis. Locus uocant, omnium frugum fertilissimum. Virgilius 1. Georg. 44.
 — tunc te quoq; medica putres
 Accipiunt sulci: & milio ueni annus cura.
Esella milij. Ouid. 4. Fast. 150.
Liba de milio. Ouid. 4. Fast. 150.
Milium (inquit Festus) quidam putant cepisse nomen à maxima numerorum summa, que est mille.
Miliarius, Adiect. (μάτιον) Quod ad milium pertinet, uel quod est milij. Militaria aus, que milio uescitur & pinguescit. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 5. 1.
Militaria herba dicitur, que milium necat. Plinius libro 22. capite 25. 40.
Miliarium, Substantiuum. Vlpian. in l. quum aurum. §. si cuius de aur. & arg. legat. Certè si cacabos argenteos habebat, uel miliarium argenteum, uel sartagineum, uel aliud uas ad coquendum; dubitari poterit, an argento escario contineretur, & hæc magis coquinarij instrumenti sunt.
**Miliarium, Vas est longum & angustum ad similitudinem milij. Palladius, Vas inquit, æneum miliarium simile, id est, adustum & angustum. Eo ad balnea utebantur. Subdebatur etiã trapeto miliarium, tanquam sulcimentum, & in eo columella ferrea recta stabat, qua mola tenebatur: quod miliarium ita temperari accommodariq; oportebat, ut quod ad latitudinem attingeret, inter orbem & miliarium non amplius digitum interesset: quod si plus interesset, miliarium constringebatur, & in arcu adducebatur eius laxitas. Cato de Re rust. Inter orbem & miliarium, unum digitum interesse oportet.
Mille] χίλιον, Substantiuum, neutri gen. declinatur hoc mille, huius mille. Pluraliter hæc millia, horum millium. Genitiuo iungitur. Cicero 6. Philipp. 214. Quis unquam in illo lano inuentus est, qui L. Antonio mille nummum ferret expensum?
Octo millia nummorum. Horat. 2. epist. 2. 1.
Centum millia frumenti. Horatius 1. Serm. Satyr. 1. 9. subaudiatur modium.
Cararum millia. Propert. lib. 1. eleg. 5. 2.
Milium cum milibus ibat. Virg. 5. Aeneid. 15.
Mille in ablatiue lectum est apud antiquos, teste Gellio lib. 1. capite 16. Lucilius lib. 9. Tum mille nummum potest uno
Theauri pars 21**

querere centum. Hoc est, quod Græci uocant χίλια, &c.
Mille etiam adiectiuum est, & tunc tantum declinatur pluraliter: mille, horum mille, &c. Virg. 2. eclog. 5.
Mille meæ Sicilia errant in montibus agnæ. Colum. lib. 3. cap. 3. Percipere debet in annos singulos mille, septingentos quadraginta festerios.
Tercentum mille cadi. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 24.
Mille usq;. Plin. lib. 12. cap. 1. 2.
Mille pro numero infinito. Virg. 4. Aeneid. 140.
Mille trahens uarios aduerso sole colores. De Iride.
Millesimus, pen. corr. (μάτιον) Adiectiuum. Cicero de Fato, Quæquam id millesimo ante anno Apollinis oraculo editum esset.
Miliarius, Adiectiuum (μάτιον) Mille librarum: unde Apri miliarij, dicebantur mille librarum, qui apponebantur in cenis Romanorum. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 2. Et miliariæ oleæ ab olei pondere, apud Plinium libro 17. capite 12. 5.
Miliarius græc. hoc est, mille capitum. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 108.
Porricus miliaria. Suet. in Claud. Cæsare, cap. 31. Hoc est (ut opinor) mille passuum.
Miliarium, miliarij. hoc Miliare, miliaris, pen. prod. (μάτιον) Mille passuum spatium. Cic. Attic. lib. 6. 11. 1. Accipi tuas litteras ad quintum miliare Laodiceæ, quas legi libentissime. Paulus Iurisc. in l. plan. ff. de excusationibus tutorum, Plan. ultra centesimum miliarium ab Vrbe, sistori Collegarum suorum tutelam suscipere non coguntur.
Miliarium, Columna quædam, quæ in capite Romani fori prope ædem Saturni fuerat, in quam omnes Italiæ uite terminabantur: quod etiam miliarium aureum dictum est. Plin. lib. 3. cap. 5. Roma diuiditur in regiones 14, compita earum 265, pass. eiusdem spacij mensura currente à miliario in capite Romani fori statuto ad singulas portas, que sunt hodie numero 37. Tacit. lib. 17. Otho innixus liberto per Tyberianam domum in Velabrum, inde ad miliarium aureum sub ædem Saturni pergit. Tranquill. quoque in Othone cap. 6. Præmonitis consijs, ut se in foro sub æde Saturni ad Miliarium aureum opperirentur. Plutarch. in uita Galbæ, in forum ibat ad eam partem in qua steterat, aurea columella, ad quam omnes Italiæ uite terminantur.
Miliarij, dicti sunt quidam heretici Augustino, quos Græci χίλιους uocant, propter illud ex sacra pagina, Vna dies, ut mille anni, & mille anni ut una dies. Meminit Rhodigin. lib. 1. cap. 14.
Millies, Aduerbium (μάτιον) Terent. And. 5. 4. 44. Ex ipsa millies audiui. Cicero pro C. Rabirio perdu. reo, 9. Sed moreretur prius acerbissima morte millies Gracchus, quam in eius concione carnis confisteret.
Quinquies millies. Plin. lib. 2. cap. 23. 1.
Millies reuocatum est. Cic. pro Sexto, 107. Et i. Offic. 159. Millies oppetere mortem, quam illa pati maluisset.
Millefolia] millefoliæ (χίλιόφυλλον) Herbae genus. Plin. lib. 25. cap. 5. Aliqui & hanc panacem heracleon, alij sideritum, & apud nos millefoliam uocant, cubitali scabo, ramosis, minutioribus quam feniculi folijs uestitam ab imo.
Millefolium] χίλιόφυλλον, herba quam Græci myriophyllon uocant, caulis teneri, similis feniculo, plurimis folijs, unde & nomen accepit. Plin. lib. 24. cap. 16. 9.
Millepeda] millepedæ, pen. corr. (μάτιον) ab alijs centipeda aut multi-peda dicta, animal est e uermibus terra pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactiq; contrahens se, ophis con Græci uocant, alij tilon. Hæc Plin. lib. 29. cap. 6. 28.
Miliarium, Milles] Vide **Mille.**

Rubens minio. Virg. 10. eclog. 6.
 Miniarum, miniarie (μινιαριον) Loca in quo foditur minium. Plin. lib. 33. cap. 7. 10. Sifaponensibus autem miniaris suae uenae harena sine argento excoquitur: auri modo probatur.
 Miniacus, Adiectiuum. Quod ex minio est. Vitruu. lib. 7. cap. 4. Cuneis silaceis, seu miniacis interpositis. Et cap. 5. Silaceorum miniacorumque cuneorum inter se uarias distributiones. Rursus cap. 9. At si quis subtilior fuerit, et uoluerit expolitionem miniacam suam colorem retinere, quum paries, &c.
 Miniacus] pen. corr. Adiectiuum (μινιακος) Quod ex minio est. Vitruuius lib. 7. Parietes passim expolitione miniacae excoliebantur.
 Miniaris, Aliud adiectiuum (μινιαριον) ut Miniarium metallum. Plin. lib. 33. cap. 7. 6.
 Miniatulus, penult. prod. & Miniatulus, pen. corr. (μινιατουλος) Diminutiuum adiectiuum ut, Miniatula cera, quam rubram dicimus, inde Miniatula cera aliquid notare, est Locus corrigendae annotare. Cic. Dolabella in Epist. ad Atticum, libro 15. 328. 4. Vetus codex habet ne miniatula cerula. Idem ad Atticum, libro 16. 336. 1. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.
 Minio, minias (μινια) miniare, Minio tingere. Plinius, libro 10. capite 42. 2. Pfitacem uocat uiridem toto corpore, torque tantum miniatum in ceruice distinctam. Vide Minium.
 Minius] μινιος, Fluuius Hispaniae, a colore pigmenti, quo plurimum exundat. Nunc uulgo dicitur Migno. Olinarius in Melam.
 Mino] minas, minare, Ducere. Festus, Agasones equos agentes. Id est bene minantes.
 Minoa] pen. prod. Vrbs in Armogo insula Cycladum. Est & altera in Sicilia. Item, Megarensium emporium fuit, duodeuiginti stadiis distans ab urbe, quod & Nysca appellatur. Lege Strabon. lib. 9. Vide Minos.
 Minois] idis (μινωια) Insula est una Cycladum, quae notiore nomine Baros appellatur. De hac Plin. lib. 4. cap. 12.
 Minor] minaris. Vide Mina, minarum.
 Minor] Comparatiuus a Paruis. Vide Paruis.
 Minos] huius Minos, pen. prod. (μινως) filius fuit Iouis ex Europa, ut poete ferunt omnes asserunt. Alij uero nonnulli asserunt non Iouis, sed Xanibi regis Creientium ex Europa filium fuisse, cui in regno successit. Herodotus lib. 1. dixit cum fratre Sarpedone de regno Cretae discessisse, sed illo fugato regnum obtinuisse. Idem primus Creientibus leges dedit, ut scribit Aristoteles Polit. lib. 1. Hic quum haberet uxorem Pasiphaen, & illa ex tauro genuisset Minotaurum, Dædalum quod bouem ligneam fabricasset, sub qua latens cum tauro uxor concubuerat, persecutus in Siciliam peruenit: ubi à Eocali regis filius interfectus fuit (ut Aristoteles refert) iuxta Camerinam urbem, & apud inferos iudex animarum factus est. Virg. 6. Aen. 87. Quæstor Minos urnam mouet. De Minois interitum aliter Diodorus Siculus lib. 5. cap. 13. Minos cognita Dædali in Siciliam fuga, statuit eum bello persequi. Preparatis nauibus è Creta profectus in Acragantinam appulit: quæ nunc ab eo Minoa uocatur. Expositis copijs, per nuntium à Cocalo tradi sibi Dædali ad poenam poposcit. Coralis Minos ad colloquium accito, quod postulare se facturum pollicitus, domi receptum quum in balneis lauaretur, adeo in longum tempus in thermis detinuit, ut nimio estu suffocaretur. Eius deinde corpus Cretesibus reddidit, prælata obitus causa, quod in lauacro elapsus aqua calida perisset. Hactenus ille. Sinosius Minos. Senec. Herc. fur. 9. 24.

Legifer Minos. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 9.
 Inexorabiles iudices apud inferos Minos & Rhadamanthus. Cic. 1. Tusc. 16. (Minoa uenit.)
 Minoa, Accusatiuus, Catul. Argon. 59. 17. Magnanimum ad Minoius, pen. corr. (μινωιος) Adiectiuum possessiuum quadrisyllabum: ut, Regna Minoia. Virg. 6. Aen. 3.
 Minous, pen. prod. (μινωος) Aliud adiectiuum. Ouid. in Ibin. 103. Si tua contigerit Minos puppis arenas.
 Taurus Minous, Minotaurus. Stat. 1. Achil. 35.
 Minois, pen. prod. huius Minoidis, pen. corr. (μινωιος) Patronymicum femininum. Ouid. 8. Metam. 39. Protinus Aegides rapta Minoidem Diam Vela dedit.
 Minotaurus] μινωταυρος, dictio est composita ex Minos & tauro, quasi Minos taurus. Næ, ut scribit Homerus libro 8. Odysseæ, quum Minos bello contra Athenienses & Megarenses, qui Androgeum filium interemerant, detineretur, Pasiphae eius uxor à Venere, quæ in Solis sobole irata erat, ad infautum amorem formosi tauri compellitur, cum quo arte Dædali concubuit, ac granda facta Minotaurum genuit. Fabulam narrat Catullus in Argon. Ouid. epist. 10. Diodorus Siculus lib. 5. cap. 13. & Seruius in Virg. 6. Aen. 5. Hic crudelis amor tauri suppositaque furto Pasiphae. Veritas autem sic habet. Næ Taurus notarius Minos fuit, quem Pasiphae amauit, cum quo in domo Dædali concubuit. Sic autem Plin. lib. 19. cap. 8. 29. Mentha nomen suauitatis odoris apud Græcos mutauit, quum alioqui Mentha uocaretur, unde ueteres nostri nomen declinauerunt. Ouid. lib. 10. Metam. ad finem, — a tibi quondam Fœmineos aruis in olentes uertere menthas Persephone licuit. Vide Mentha.
 Minthos] μινθος, Præter uulgatam significationem, quæ apud Græcos stercus humanum significat, etiam floris nomen est, in sterquilijns enascentis, quo mirum in modum afficiuntur hirci. Vide Cel. Rhodig. lib. 10. cap. 22.
 Minthurnæ] Oppidum Liri flumio, & Sinussa oppido propinquum, in Campaniæ sinibus. Hor. lib. 1. epist. ad Torquatum, — palustres Inter Minthurnas, Sinussamque Petrinum. Vide Melam libro 2. cap. 4. Nunc est castellum, uulgo Traiectum uocant. Testis Olinarius in Melam.
 Minuo] minuis, minui, minui, pen. prod. (μινωω, ελαττωω, ελαττωω, χαλεπω, εδρατιω) minuire, Minus aliquid redere, uel extenuare. Ex Græco μειωω dictum uideri potest, inquit Festus. Plin. lib. 11. cap. 54. 1. Minuitur corpora siccis & aridis.
 Auctoritatem minuire. Cic. 4. Acad. 113. Vide Imminuo.
 Aes alienum minuire, Persoluere debuit. Plin. lib. 9. epist. 214. Consilium minuire. Terent. And. 2. 3. 18. — nec tu ea causa minueris, Nec quæ facis, ne is metes suam sententiam.
 Controuersiam minuire. Cic. 4. Acad. 146.
 Curas minuire. Hor. 1. Epist. 19. 22.
 Cura minuiuntur carmine. Hor. 4. Carm. ode 11. 7.
 Dolorem, laborem, &c. Terent. in Prolog. Heaut. 42.

Minui aliquantulum ex febre. Celsus lib. 3. cap. 3.
 Fidem minuire. Tacit. lib. 5.
 Frigora Zephyri minuiunt. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 1. Fructum. Terent. Phorm. 5. 9. 24.
 Fuorem. Hor. 1. Carm. ode 37. 3.
 Imperium matris. Plaut. Aflin. 10. 6. Vide Imperium.
 Ingenium longi minuire labores. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 3. iram. Terent. Phorm. 2. 3. 88.
 Labores alicuius. Ouid. 7. Metam. 42.
 Lactus. Ouid. 15. Metam. 128.
 Magistratum. Vide Magistratus.
 Maiestatem. Vide Maieftas.
 Maiestatem per uim minuire, id est, uim publicam committere. Cic. 1. Philipp. 16. Budæus.
 Malum minuiunt gaudia. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 2.
 Spen. Celsus 5. bel. Gall. 12. 6.
 Studium minuire labores. Ouid. 4. Metam. 59. Sumpunt. Cic. 2. de Legib. 37.
 Sufpicionem. Cic. ad Allicum, lib. 10. 207. 4. in ore. Celsus 1. bel. Ciuil. 267.
 Vires minuiuntur amoris. Ouid. 5. Metam. 75.
 Minuire, absolute, pro Decrescere. Celsus 3. bel. Gall. Quod rursum minuire est, uires in uadis afflictae sunt.
 Minutus, pen. prod. Participium (minutus) ut, Minuta spes, pro minutata. Tacit. in uita Agricole.
 Minutus, penultima producta (minutus, æquus) Nomen, Breuis, paruus, ut, Minutium argentum. Plaut. Persa. 7. 4. Varro epistola Latina, Si uenisset Capuam, quod & pueros minutos uidet libenter, & maiores animaduertere non uis. Cic. 7. Verr. 22. Reiculumque ad nares sibi apponcbat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rose.
 Animus minutus. Cicero 3. de Orat. 93. Abutimur sepe etiam uerbo, non tam eleganter quam in transferendo: sed etiam filicentius, tamen interdu non impudenter ut quum grandem orationem pro magna, minutum animam pro paruo dicimus.
 Corpora minuta. Lucret. lib. 3. 36.
 Minutor cura. Quint. lib. 8. cap. ultim.
 Diminuti. Plaut. Cistell. 5. 46.
 Dijne omnes magni, minutique, & patellarij Faxint. Virg. Minute, Parus, quales sunt frumentum, & id genus, ut à fabis & pisce distinguantur. Vel minute, quæ minus minus ueniunt. Cic. 5. Verr. 14. L. Octauio, & C. Cottæ Consulibus Senatus permisit, ut uini, olei decumas, & frugum minutarum, &c.
 Olla minuta. Lucret. lib. 1. 171.
 In partes minutas distrabi. Lucret. lib. 1. 166.
 Minutus, quum diminutius additur, eleganter ipsam rem attenuat, & minorem facit. Terent. And. 2. 2. 32. Olera & pisciculos minutos ferre obolo in cenam seni. Cic. in Paradox. 3. Minutus interrogatiunculis, quasi pñctis, quod propositus, efficit.
 Literæ, uel literule minute. Plaut. Bacchid. 20. 66. Cic. 6. Verum. 83.
 Quæstiuicula minute. Sueton. de claris Gram. 24.
 Minutum, Obscurum, & scrupulosum interpretatur Nonius, ut à Græcis dicitur μινωωσπερ. Cic. 1. de Finib. 92. Ecce autem alij minuti & angusti, & omnia semper desperantes, aut maleuoli, inuidi, difficles, lucifugi, maledici, monstrosi: alij autem, &c.
 Minutulus, pen. corr. (μινωουλος) Diminutiuum à Minutus. Plaut. Pœnulo, 2. 28. Pueri minutuli.
 Minutio, Verbalis (μινωωτιον) Gellius lib. 16. cap. 5. Ve partit-

cula tum intensionem significat, tum minutionem. Quintil. lib. 4. cap. 3.
 Minute, pen. prod. Aduerbium (μινωωτε) Columel. libro 2. cap. 4. 5. Vide Distinctio.
 Minutum, pen. prod. Aduerbium (μινωωτος) pro minute. Columel. lib. 4. cap. 1. 1. 1. sequitur deinde fissor, qui crebris bidentibus equaliter & minutim soli terga commuat.
 Minutatum, & Repente contraria. Senec. epist. 30.
 Minutatum, pen. prod. (μινωωτατος) Aliud aduerbium, in minutissimas partes. Cato cap. 123. De iunipero macerâ crassam concidito minutatum.
 Minutatum interrogare, pro Particulatum. Cic. 4. Acad. 164.
 Minutatum & gradatim aliquid addere, aut demere. Cicero 4. Acad. 90.
 Minutatum, pro Paulatim. Varro 1. de re Rust. cap. 20. 2. Tū ita subigendum, ut minutatim assuefaciant, & ut tyronem cum ueterano adiungant: limitando enim facilius dominantur. De bobus.
 Offa minutatum morbo collapsa traherat. Virg. 3. Georgico-rum. 97.
 Minuta, minutæ (μινωωτα) Minutissima pars cuiusque rei. Lactantius de ira Dei. Seneca epist. 91. Viri quoque attritus grana franguntur, & sepius, regeruntur, donec in minutia frequenter trita redigantur.
 Minutal, pen. prod. minutalis, pen. prod. Genus condimenti ex rebus minutatim concisis, auctore Apicio. Fiebat inter cetera marino pisce, liquamine, oleo, uino, porris & coriandro. Iuuen. Satyr. 14. 13. Hæstrum solius medio seruare minutal Septembri. Mart. lib. 11. 32. Hinc exit uarium coco minutal.
 Minutizo] minurizans (μινωωτισω) minurizare, Parua uoce succinere: uires enim Cantillo significat, & modulata concino. Sidonius lib. 1. epist. Diluculo autem Philomela inter frutices silentem Progenem inter aceres minurizantem. Alia exemplaria habent minurientem, uisus à uerbo Minurio, quæ uisus est Spartianus in Antonio Geta, Agni, inquit, halant, porcelli grunniunt, palumbes minuriunt, leones rugiunt, &c.
 Minuratio, minuritionis (μινωωτιον) Verbalis à uerbo Minurio. Festus, Minuritiones appellantur minorum animi cantus. Cic. lib. 1. de Oratore, Antè quàm pœanem aut minuritionem citariuis. Sic enim reponit Turnebus, existimans Ciceronem uerba Græca conuertere uoluisse, μινωωτισω & μινωωτισω: ut pœan sit cantio (nam pro pede non censet hic accipi) quæ clara exultant contentaque uoce citatur, id est, canitur: minuratio, canio quæ tenui, lenio: e. remissionesq.
 Minus, Minutulum] Vide Minor in Paruis.
 Minuta] μινωωτα, uascula sunt, quæ propter corporis elegantem cultum in suspitionem uenit libidinis, unde & uina de fossa est. Liu. lib. 8.
 Minutius] Cognomento Augurinus, Tribunus plebis, qui Sp. Molum regnum Romæ affectantem reum peregit. Hic quod farris pretium trinis nundinis, ad eam utilitatem redegit, ut esse modius ueniret, tantum à plebe habuim est honoris, ut collata in capita sipe unctaria, aenea ei statua extra portam trigeminam fuerit collocata. Author Plin. lib. 24. cap. 5. & lib. 18. cap. 3.
 Minya] μινωα, fuerunt Thessaliæ populi, qui teste Orpheo in Argonautica, Iasonem ad Colchos proficiscentem secuti sunt. Unde ait Ouid. lib. 7. Metam. 1. Iamque fretum Minyæ Pagos, puppe secabant. Lucanus item Thessaliam describens, lib. 6. 77. Minyæ gens cognita femis.
 Minyas]

Minyas] *μινυαίς*, Chryse filius, ex Chryso genia nati & Neptuno. Sic diuitijs creditur cunctos antesse mortales, ac primos hominum thesaurum recondendis pecunijs struxisse, a quo nuncupatos ferunt Minyas, quibus interpretari lib. Meminit Pausanias.

Minyetus] Fluvius est in Thessalia ueniens, qui teste Homero lib. 21. Iliad. oppido Arene uicinus, ostia maris facit.

Mirabilis, Miraculum, Mirificus, & alia] Vide **Miror**.

Mirallonnes] pen. prod. Erant pugiles se ad duellum pro-uocantes. Nam gladiantium alter retarius, alter mirmillo appellabatur. Festus, Retario (inquit) pugnantem aduersus mirmillonem cantatur. Non te peto, piscem peto, quid me fugis Galle? Quia mirmillonem genus armatura, Gallicum est: ipsiq; Mirmillonnes ante Galli appellabantur, ut quorundam piscis effigies inerat. Quod genus pugnae institutum est a Pitaco, uno ex septem sapientibus, qui aduersus Phrynonem dimicaturus, propter controuersias scitum, que euerant inter Atticos & Mityleneos, reti oculic allato, impediuit Phrynonem. Cicero, & gladiatorem L. Antonium, & mirmillonem sepe uocat, 6. Philipp. 210. & 5168. Lucret. Satyr. 6.9.

Nobilis Eurythium mirmillonem exprimat infans.

Miro] mironis. Mirones, inquit Cel. lib. 3. cap. 31. personas oribus distortas & deformes legimus nuncupari: nam & miracula a miris dicuntur, id est, monstris.

Mirobriga] *μυροβρυγα*, Ptolemaeo, Hispanie ulterioris urbs in conuentu Cordubensi. Plin. lib. 3. cap. 1. Mirobricam uocat, per secundam consonantem in ultima syllaba.

Miror] miraris, miratus sum (*μυροῦμαι, ἀμυροῦμαι*) mirari, Est de re aliqua tanquam noua obstupefieri. Virgilius 1. Aeneidos, 92.

Artificumq; manus inter se, operumq; laborem Miratur.

Mirari atq; efferre nimium aliquid. Cic. 6. Verr. 110.

Mirari aliquem. Cic. 1. Acad. 67.

Mirantur dona Aeneae, mirantur Iulum. Virg. 1. Aen. 143.

Se ipse miratur. Catul. ad Varum, epigram. 19. 4.

Magnopere mirari. Vide Magnus.

Stultè mirari aliquid. Hor. 1. epist. 110.

Mirari, Cum uoluptate intueri, delectari, accendi, inquit Nonnius. Virg. 3. Georg. 10.

Seu quis Olympiace miratur premia palme.

Mirari, Imitari. Virg. 8. Aen. 102.

— primis & te miretur ab annis. Vbi Seruius, Miretur, imitetur. Lucan. lib. 9. 162.

— miratoriq; Catonis. Optima enim ingenia necesse est ut ea que mirantur, imitentur.

Mirari, Nescire: quia (inquit Donatus) admiratio ab ignoranti descendit. Terent. And. 4. 5. 11. Miror unde sit.

Mirantur terram oculi. Plaut. Merc. 7. 31.

Mirari, ad inanimata translata. Virg. 2. Georg. 17. — & ingens Exist ad celum ramis felicibus arboris.

Miraturq; nouas frondes, & non sua poma.

Miror, cum gentiuo laudis, uel uituperij. Virg. 11. Aen.

— quibus caelo te laudibus equem?

Iustitiane prius mire, belline laborum? Græca metabasis est, quam Græci *μεταφορά*, uocant, supplendum est, ut sit causa laborum, causa iustitiæ.

Miror non iussisse me arripi. Terent. Heaut. 5. 2. 48.

Mirari se, Est sibi placere, & de se magnifico sentire. Martialis lib. 10. 13. 2.

Miror, Absolutum. Terent. Heaut. 2. 3. 134. Laudabilis, s. uide fis. Cl. 1. tutemet mirabere.

Miraretur quis, quum cereret aperto mari ab altera parte, & c. Lin. 4. bel. Maced. 42.

Miror si potuit. Cic. de Amic. 49. Id est, nescio an potuerit. Terent. And. 1. 2. 4. Mirabar, hoc si sic abiret.

Miror quod audierim. Cic. de Senect. 39.

Miror quid ex Peireo abierit. Terent. Eun. 2. 2. 59.

Miror quapropter hæc curet. Plaut. Amph. 3. 86.

Miror quomodo. Terent. Heaut. 5. 3. 2.

Satis mirari hominis negligentiam non queo. Cicero Attico, lib. 10. 195. 18. Et 1. de Natur. deor. 131. Mirari satis non possum unde, & c.

Miro, miras (*μυροῦμαι*) Eiusdem significationis. Varro Eumenidibus, Hospes quid miras? Nonius.

Mirans, Participium (*μυροῦν*) Ouid. 5. Metam. 42. Marmoreoq; manet uultus mirantis in ore.

Miratus, pen. prod. Aliud participium (*μυροῦν*) Hor. 4. Carm. ode 9. 3.

— & aurum uestibus illitum Mirata, regalesq; cultus.

Miratio, Verba (*μυροῦσις*) Cic. 2. de Diuinat. 73. Causarum enim ignorantia in re noua mirationem facit: eadem ignorantia si in rebus usitatis est, non miramur.

Miratus, huius miratus, pen. prod. Verba. Senec. epist. 94. Alia deinceps digna miratu.

Mirator, pen. prod. Aliud uerbale (*μυροῦσις*) Mart. libro 16. 87. Mirator ueterum senex auorum.

Forme mirator hiesæ. Propert. lib. 2. eleg. 14. 2.

Decoris mirator. Ouid. 10. Metam. 117.

Rerum mirator. Ouid. 4. Metam. 129.

Miratrix, pen. prod. Verba foeminiuum (*μυροῦσις*) ut, Turba miratrix. Iuuen. Satyr. 4. 7.

Fama miratrix senioris æui. Senec. Hipp. 6. 2.

Mirandus, Adiect. (*μυροῦσις, μυροῦσις*) Dignè admiratione. Terent. And. 5. 4. 36. Mirando hoc tanto, tam repente tino bono.

Decore magno miranda foemina. Ouid. epist. 24. 8.

Accidit mirandum. Senec. Medea, 12. 2.

Loqui miranda. Sil. lib. 3. 126.

Mirandum uerò est, homines quibus odio sunt nostre securæ, libenter arripere facultatem ledendi. Cic. pro Flacco, 14.

Mirandum in modum gaudeo. Cic. Marcel. lib. 15. 9. 1.

Mirabundus, Adiectiuum (*μυροῦσις*) Qui miratur. Linius 5. bell. Pun. 205. Extemplo improuidi res pauorem incutit Pœnis: mirabundiq; unde toti hostes tam subito exorti, & c. Idem 3. ab Vrbe, 157.

Mirus, Adiectiuum, Miratio dignum (*μυροῦσις, μυροῦσις*) Plaut. Pseud. 7. 97. Si abstuleris, mirum & magnum feceris facinus. Plin. lib. 12. cap. 9. 3. Mira arborum natura. Idem lib. 9. cap. 35. 7. Miræ ad cauendum folertie.

Facies mira. Lucret. lib. 5. 168.

Mirus apud populum fauor. Tacit. lib. 1.

Honore miro colere aliquem. Virg. 4. Aeneid. 92. Sic idem 7. Aeneid. 12.

Adiungi generum miro properabat amore.

Morè miro periere aliquem. Ouid. 13. Metam. 146.

Nouitas mira. Ouid. 15. Metam. 82.

Præcepta mira. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 7.

Mirus in omni reliqua diligentia. Plin. lib. 2. cap. 108. 9.

Mira, apud ueteres pro monstris atq; horrendis. Plaut. Amph. 17. 65. Mira memoras, nimis formidolosum prædicat acinus.

Facere, quid miri. Hor. 1. Serm. Satyr. 5. 21.

Efficere multa & mira. Lucret. lib. 5. 238.

Mira sunt nisi. Plaut. Amph. 4. 129.

Mirum: Responso aduerbij cuiusdam formam habens. Terent. Eun. 3. 1. 13.

— uerum credere omnem exercitum,

Consi

Consi. c. mirum.

Magis mirum. Vide Magis.

Mimimè mirum est. Cic. 6. Verr. 10.

Mirum cur. Terent. in Prologo Heaut. 1.

Nec mirum. Cic. 4. Acad. 198. Ne illam quidem prætermisisti Luculle reprehensionem Antiochi: nec mirum.

Mirum est quod. Plin. lib. 12. cap. 5. 2.

Non mirum fecit uxor mea, si hoc ægre tulit. Terent. Heaut. 4. 4. 87.

Mirum de illo. Plaut. Amph. 8. 197.

Mirum ni. Terent. And. 3. 4. 19. Age igitur, ubi nunc est ipse? d. mirum ni domi est.

Mirum est quod hac de re tradere hominum notitie possumus. Plin. lib. 3. cap. 5. 2. 1.

Mirum quoniam ab auro eiuis aut proauro acciperem qui sunt mortui. Plaut. Trinum. 13. 12.

Quid istuc tam mirum est si de te exemplum capis? Terent. And. 4. 127.

Mira uerò militi quæ placeant. Terentius Eunuchus, 2. 2. 57.

Vbi Donatus, Mira pro mirum, & est εἰρωνεία, Quid mirum est, inquit, scire loqui eum qui militi placeat?

Mirum quantum illi uero hæc nuntiant fides fuerit. Pro Mirum est quantum. Bui. lib. 1.

Mirum in modum deludi. Id est, in maiorem modum, quasi inaffirationem. Plautus Amph. 1. 7. Plinius libro 17. capite 24. 22.

Tangi odore mirum in modum.

Miris modis. Plaut. Amph. 15. 28.

Nimium miris modis. Vide Nimitis.

Mirè, Aduerbium (*μυροῦσις*) pro miro modo, siue Mirabiliter. Terent. Heaut. 5. 1. 25. Sed ille tuus quoque Syrus idem mirè finxit filium. Cicero ad Atticum, Fuero nunticipia mirè fauent.

Mirus, pro Magis mirum apud antiquos. Varro, Nunquid hoc mirus? Nonius.

Mirificus, pen. corr. Adiectiuum (*μυροῦσις*) Quod est mirabile. Cic. de Senec. 8. Quum diu multumq; uixeris, mirificæ afferunt fructus. Sic ad Brutum, libro 3. 1. Casaris uerò pueri mirifica inuoluit uirtutis.

Structuræ carminis mirifica. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13. 1.

Mirificissimus, penult. corr. (*μυροῦσις*) Terentius Phorm. 5. 6. 31. Atqui mirificissimum.

Mirificè, pen. corr. Aduerbium (*μυροῦσις*) pro Mirum in modum. Cic. 1. de Orat. 30. Ac iam tum erat adolescentulus his studijs mirificè deditus. Idem 1. Acad. 48. Quas mirificè Plato erat amplexatus.

Loqui mirificè. Catul. de Ario, epig. 79. 1.

Mirifico, mirificas, pen. corr. (*μυροῦσις*) mirificare, Mirabilem facere. Plaut. Amph. Quamquam adeo Thebanus ciues modo miro mirificant, probaui.

Mirabilis, & hoc mirabile, pen. corr. (*μυροῦσις, ἐπιπλάττω*) Admiratione dignus. Cic. 1. Offic. Quare ex multis mirabilibus exemplis haud facile quis dixerit hoc exëplo aut laudabilius, aut præstantius.

Mirabilis illi. Virg.

Mirabile donum. Virg. 1. Aen. 132.

Factum mirabile. Ouid. 4. Metam. 55.

Mirabilis fama effigies. Plin. lib. 7. cap. 3. 2.

Opus mirabile uisu. Hor. 2. epist. 2. 19.

Opus mirabile magni. Tib. lib. 4. ad Messalam, 4.

Mirabilem in modum. Cic. ad Attic. lib. 5. 100. 1.

Mirabilis raritate arbor. Plin. in Aethiopia sine quinq; earum nec plures arbores tradunt, non raritate magis, quàm iusitate mirabiles.

Dictu mirabile. Virg. 1. Aeneid. 89.

Mirabilior, & hoc mirabilis, Comparatiuum. Cic. in Lucullo, siue lib. 4. Academic. Idq; est fuit mirabilis, quod ab eo laus imperatoria, & c.

Mirabiliter, pen. corr. Aduerbium (*μυροῦσις, ἀμυροῦσις*) Cic. ad Casarem, libro 13. 17. 8. Satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. Idem Bruto, libro 11. 14. 1. Mirabiliter mi Brute letor, mea consilia meosq; sententias à te probari.

Mirabilitas, pen. corr. mirabilitatis: id est, admiratio. Cic. 2. Of. Ergo & hæc animi desipientia mirabilitatem magnam facit. Ex Nonio. Alia exëplaria passim legunt, admirabilitatè.

Miraculum, miraculi, pen. corr. (*μυροῦσις, ἐπιπλάττω*) Quicquid admirationem afferre potest. Festus, Miracula quæ nunc digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus utebantur. Plin. lib. 10. cap. 52. 1. Generatio autium simplex esse uidetur, cum & ipsa sua habeat miracula.

Ingeniosa miracula facti natura. Vide Ingenium.

Monstri dicitur miracula. Ouid. 7. Metam. 60.

 Modialis] Vide Modius.
 Modicè, Modicum, Modificor] Vide Modus.
 Modius] modij (μοδιός) Mensuræ genus. Colum. lib. 7. cap.
 3. de bubus aratorijs loquens, Bubus pro temporibus anni
 pabula dispensantur. Ianuario mense singulis fressi & aqua
 macerati erui quaternos sextarios mistos paleis dare conue-
 nit: uel lupini macerati modios, uel cicercule maceratæ femo-
 dios. Potest etiam, si prouentus utilitatem facit, femodius fa-
 be fresse præberi Nouembri mense, ac Decembri per semen-
 tem, quantum appetit bos, tantum præbundum est: plerunq;
 tamen suffiunt singulis modij glandijs & paleæ ad satiandam
 tem date uel lupini macerati modij. His exemplis conijcere
 possumus, modium Romanum non distare fuisse ei men-
 suræ quam bæotium nostrates uocant, quum sit diurnus ci-
 bus bouis aratoris fuit, qui femodius, pro uarietate pas-
 buli. Budeus. Cicero de Amic. 60. Verumq; illud est quod di-
 citur, Multos modios salis simul edendos esse, ut amicitie
 munus expletum sit. Cic. 2. Offic. 86. Ne M. quidem Seio,
 uizio datum est, quod in caritate affe modium populo de-
 dit. Cesar 2. bell. Gallic. Tritici modici c. x. millia polli-
 certi cogit.
 Mille modij fabe. Horat. 1. epist. 17. 11.
 Modius agri, Aclus quadratus, qui latus est pedes centum, &
 longus totidem: mina etiam Latine dicitur teste Varrone, 1.
 de Rustic. cap. 10. 1.
 ¶ Modium, neutro genere etiam dicitur. Plin. lib. 18. cap. 16. 5.
 Id præstant in iugera modia uicena.
 ¶ Modiatio, modiationis, pro eodem, in l. quum non frumentum.
 C. de usuris, Quum non frumentum, sed pecuniam scenori te
 accepisse alleges, ut certa modiatio tritici præstauerit: ac nisi
 is modius sua die fuisset oblatus, mensuram, &c.
 ¶ Modiolus, modiolus, pen. corr. (μοδιόλος) Diminutiuum.
 Modiolus, Paruum uas quadratū ad haurendum ex puteo, aut
 lacu, aut flumine aquam Vitruuius, Ita quum rota a calcena-
 tibus uersabitur, modiolus pleni ad summum elati, & rursus
 ad inum reuertentes infundent in castellum ipsi per se quod
 extulerunt.
 Modiolus etiam, Vas est mensurarium potui paratum, ut phiala,
 ut trulla. Scauola in l. Seia. ff. de auro & arg. leg. Seia dul-
 cissime poculum aureum, quod elegerit, fidei heredum com-
 mitto ut dent. Quæro quum in hereditate non sint nisi trul-
 læ, scyphi, modiolus, phialæ, an Seia de his spectebus eligere
 possit? Respondi, quum omnia potui parata pocula dican-
 tur, posse eam ex his eligere. Hæc Budeus. Plaut. Cistell. 6. 7.
 — uix exculpsti ut diceret,
 Quia ei promisi modiolum uini dare.
 Modiolus in ballista. Vitruuius in fabrica eiusdem, Constituitur
 (inquit) modiolus foraminum ij.
 Modiolus in rota (σπυρίδιον, ἡμοδιόν, ἡμοδιόν) Cui affixi sunt radij.
 Plin. lib. 9. cap. 4. 1.
 Modiolus quale sit instrumentum chirurgicum, uide Celsum
 lib. 8. cap. 3. Dicitur & serua teres.
 Modialis, & hoc modiale, pen. prod. (μοδιῶν) Quod mo-
 dum continet. Plautus Capt. 15. 8. Aulas, calicesq; omnes cõ-
 fregit, nisi quæ modiales erant.
 Modò] ἡμῶν, Aduerbium, o finali breui, Tempus signifi-
 cat præteritum, uel mos præteritum, uel nondum præteritum,
 uel statim futurum: ut, Modò id ago, Modò non, Modò id di-
 cebam, Modò faciam. De presenti sequuntur exempla. Te-
 rent.

rent. Adelp. 3. 1. 2. Modò dolores mea tu, occipiunt primum. Vbi Donatus, Evidenter hic Modò temporis presentis aduerbii est. Idem Hecyr. 3. 5. 8. Aduenis modò? P. A. M. admodò. Vbi Donatus, Difficile inuenitur presentis temporis Modò. Atq; ut ostendat esse momentum eiam presentis temporis, dicit Admodum, quod est minus.

Florent modò nata. Horat. de Arte, 13.

Modò ait, modò negat. Terent. Eunuch. 4. 4. 7. Cic. 2. de Diuin. 139. Quod si eorū uel celum modò hoc modo, modò illo modo temperatur.

Modò ab nostris Imperatoribus subacti modò bello domiti, modò triumphis ac monumentis notati, modò ab Senatu agris urbibusq; multati sunt. Cic. pro Fonteio, 2.

Modò egens, repente diues. Cic. 2. Philip. 76.

Modò unū, tū autē plures deos dicere. Cic. 1. de Nat. deor. 46.

Modò, pro Nunc. Quintil. in proœm. lib. 1. Nunc autem quæ uelut propria philosophiæ asseruntur, passim tractamus omnes. Quis enim modò de iusto, æ quo, ac bono, nō et uir pessimus loquitur? Hic apertissime Fabius Nunc et Modò pro eodem usurpauit.

Modò de tempore præterito. Terent. Eunuch. 4. 4. 30. Quando? D. O. hodie. P. N. quàm dudum? D. O. modò. Donatus, Nota Modò aperte pro præterito tempore dictum esse, id est iam dudum. nam qui uitauerat urginem non modò, sed longè antè uessem mutauit cum eunucho Phædria. Cicer. 5. de Finib. 7. Modò enim fuit Carneades: id est nuper, inquit Budæus.

Modò uno tempore tot uiri clarissimi interierunt. Sulpitius Ciceroni, lib. 4. 5. 13.

Modò, minus significat quàm Nuper. Cic. 6. Verr. 5. Quid dico nuper? uno uerò modò, ac planè paulò antè uidimus. Bud.

Modò ut, uel Si modò, aut Modò uideam, pro Dummodo. Terent. Phorm. 1. 2. 9.

—quid istuc est? et scies: Modò ut tacere possis. Virg. 4. Aeneid. 2. 2. Si modò quod memoras factū, fortuna sequatur Cicero 1. de Finib. 43. Probabo, inquit, modò ista sis æquitate qua ostendis.

Modò, pro Tantummodo, ut ait Donatus: siue Solum et duntaxat. Terent. Eunuch. 2. 3. 16.

—Cherea aliquid inueni

Modò quod ames. Cic. 2. de Orat. 80. Quæ quidē omnibus, qui ea mediocriter modò considerant, studio adhibito et usu pertractata esse possunt. Quintil. lib. 2. cap. 16. Quidam enim circa res omnes, quidam circa ciuiles modò uersari thethorice putauerunt.

Modò, pro Quidem, uel tamen. Quintil. lib. 6. cap. 3. Si mihi tradita sequi præcepta sufficeret, satis fecerant huic parti, nihil eorum, quæ legi uel didici, quod modò probabile fuit omittere. Cic. 1. de Diuin. 145. Nemo aliter philosophus senserit, in quo modò esset autoritas.

Paulum modò offendere. Cic. 3. de Orat. 108.

Modò ne. Cic. de Amicit. 54. In quibus eorum aut caput agatur aut fama, declinandum est de uia, modò ne summa turpitudine sequatur. Id est, dummodo non sequatur summa Reipub. turpitudine.

Modòne, interrogatiuum, quemadmodum nōne, et nunquid. Terentius And. 5. 3. 11. Me miseram. s. modòne id demum sensisti Pamphile?

Modò non, Rei non planè peractæ Aduerbium. Id est, tantum non. Perinde ualet quasi dicas Propemodum. Terent. Phorm. 1. 2. 18. Senem per epistolam pellexit, modò non montes auri pollicens. Donatus.

Modò ut, pro Dummodo. Cic. Tironi, lib. 16. 11. 10. Magna auxilia Afranio et Petreio ducibus habet, à tergo: uidetur, si

insaniet, posse opprimi, modò ut urbe salua. Et 6. Verr. Concede ut impune emerit, modò ut bona ratione emerit 9 Non modò, sed etiam. Cic. Ligario, lib. 6. 13. 10. Deinde, quod ea de Republ. semper uoluit atq; sensisti, ut non modò cum secūda sperare debeas, sed etiā si omnia aduersa essent, et c. Modò, pro Saltem. Terentius Adelp. 3. 4. 63. Vitam hoc sit modò defunctum.

Modò, pro Interdum. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 2.

—sæpè notatus

Cum tribus annellis, modò Lena Priscus inani Vixit inæqualis.

Modulor, Modulatio, Modulor, Modulatus, Modulatè] Vide Modulus, in Modus.

Modus] modi (μῆτρον, τροπή, ὄργανον, μέτρον) Propriè rationem significat id est, mensuram, siue formam. Ratio uerò iubet ne quid nimis, sed omnia cum moderamine fiant. Plaut. Poenul. 4. 21. Colum. lib. 2. Est autem modus in sicca do feno, ut neq; per aridum, neq; rursus uiride colligatur.

Modus est suus cuiq; Cic. in Orat. 40.

Ratio et modus. Cic. 1. Offic. 180. Vi incipiendi ratio fuerit, ita sit definiendi modus.

Ratio et modus, Aliter. Cicer. 2. de Orat. 195. Pictoris cuiusdam summi ratione et modo formarum uarietate locos distinguens.

Modus benignitatis. Terent. And. 5. 1. 7.

Modus uiuendi. Cic. de Senect. 78. Nam habet natura, sicut aliarum omnium rerum, sic uiuendi modum. Terent. And. Scias posse habere tam ipsum suæ uitæ modum. Id est, moderationem et regimen, inquit Donatus.

Bellandi modus. Silius lib. 16. 19.

Blandi modi. Ouid. epist. 22. 7.

Asper, et rarus modus. Quintil. lib. 4. cap. 1. 14.

Frequens, et fauorabilis modus. Idem, ibidem.

Morigeri modi. Lucret. lib. 4. 258.

Modus par omnium. Cels. lib. 3. cap. 27. Vitale est tam seum miscere cum hyosciami et urticae contritis seminibus, sic, ut omnium par modus sit, idq; imponere.

Modus uini maior. Cels. lib. 8. cap. 4.

Sumere iustum modum cibi. Celsus lib. 4. cap. 2.

Miris modis uisenda animalia. Virg. 4. Georg. 62.

Omni modo differre. Plin. lib. 16. cap. 14. 1.

Omni modo laborare. Plin. lib. 16. cap. 32. 5. Omni modo laborauit Mithridates rex, et ceteri incolæ, sacrorum certe causa laurum, myrtumq; habere, et non contigit.

Seruorum modo: id est, in modum seruorum. Linius lib. 9. bel. Maced. 110.

Figere modum nequitie. Horat. 3. Carm. ode 15. 1.

Abijt modus. Vide Abeo.

Adhibere modum alicui rei. Cic. 1. Offic. 27. Vide Adhibeo.

Adijcere modum. Vide Adijcio.

Æstimare aliquid simili ratione modoq;. Horat. 2. epist. 14.

Capere modum. Vide Capio.

Fine modoq; carere. Lucret. lib. 1. 196.

Constituere modum rebus infinitis. Cicero 1. de Finib. 5. Et pro Sylla, 34. Nisi tibi aliquid uitæ modum constitueris, coges me, et c.

Custodire modum. Vide Custodio.

Definire modum alicui rei. Cic. pro Marcello, 15.

Modo et ordine dicere et facere aliquid. Cic. 1. Offic. 25.

Dare modum professioni. Quintil. lib. 2. cap. 1. 4.

Numerosq; modosq; edificare uitæ. Horat. 2. epist. 2. 29.

Sationis modum exequi. Cic. 5. Verr. 37.

Tempus modumq; exigere secum. Virg. 4. Aeneid. 95.

Facere modum. Cic. 4. Verr. 82. Nos modum aliquem et finem orationi

orationi nostræ criminibusq; faciamus.

More et modo aliquid facere. Cic. pro Muræna, 65.

More modoq;. Horat. 4. Cariz. ode 2. 6.

Modo et ratione omnia facere. Cic. pro Quintio, 14.

Finuit modum nouis sepulchris. Cic. 2. de Legib. 103.

Habere modum. Cic. 2. de Finib. 48. Ergo et auarus erit, sed finitè: et adulter, uerum habebit modum: et luxuriosus, eodem modo.

Res non habet modum. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 53.

—ò here, quæ res

Nec modum habet, neq; consilium, ratione, modoq; Tractari non uult.

Habet ratio modum. Cic. Marcello, lib. 4. 7. 8.

Modum dolori, pugne, et tempori imponere. Vide Impono.

Nille modum labens. Ouid. 5. Metam. 120.

Miseris modis distracta laborant. Lucret. lib. 3. 103.

Multis modis miseri. Lucret. lib. 2. 24.

Parare modum. Cic. 3. de Nat. deor. 132.

Secundis patitur in rebus modum: id est, modestiam seruat. Seneca Thyeste, 3. 5.

Ponere modum exitijs. Virg. 7. Aeneid. 26.

Præscribere modum. Quintil. lib. 4. cap. 1. 22.

Qgerere modum. Cic. pro lege Manilia, 2.

Seruare modum, finemq; tenere. Lucan. lib. 2. 77.

Arma non seruare modum. Senec. Herc. furem. 6. 14.

Sistere modum. Ouid. 15. Metam. 99.

Statuere modum. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 23.

Statuere modum inimicitiarum. Cic. pro Sylla, 36.

Statuere modum gradus ærumnis. Senec. Herc. fur. 4. 1.

Statuere modum imperij diuturnitati. Cic. pro lege Manil. 17.

Statuere modum alienæ industriæ. Cic. 1. de Finib. 6.

Temperant modum frigoris et caloris accessus et recessus. Solis Cic. 2. de Nat. deor. 71.

Tenere uel retinere modum. Cic. 1. Offic. 146. Ludendi est etiam quidam modus retinendus, ut ne nimis omnia profandamus. Idem in Parad. 31. Si quidem rerum modum fingere non possuimus, animorum modum tenere possumus.

Terminare modum artis utilitate. Cic. 1. Tusul. 8.

Modus in. Cic. pro lege Manil. 2. Itaq; mihi non tam copia, quàm modus in dicendo querendus est.

Hoc modo. Cic. 1. de Inuent. 64. Credibile est, quod sine illo teste, auditoris opinione firmatur. hoc modo, Nemo est, et c.

Ad hunc modum. Cic. 2. Tusul. 14. Est igitur ambulanti bus ad hunc modum sermo ille nobis institutus.

Modo meo. Terent. And. 1. 1. 26. Sine nunc meo me uiuere interea modo. Id est, mea uoluntate, meo arbitrio, inquit Donat.

Bono modo. Cic. ad Attic. lib. 14. 181. 4. De die tantum uideto, et id ipsum bono modo.

Bono modo fiat. Plaut. Merc. 2. 4. 62.

Bono modo inuenire pecuniam. Plin. lib. 7. cap. 43. 5.

Bono modo uindicare. Cato cap. 5. 1.

Humanus modus. Cic. 4. Verr. 6. Hunc deniq; ipsum pertulissent, si humano modo, si uisitato more, si deniq; uno aliquo in genere peccasset.

Accipi indignis modis. Vide Accipio.

Miris modis. Vide Miror.

Multiplex modus. Plin. in Procem. lib. 33. 4.

Multis modis aliquem expectare, pro Vehementer. Terent. Hecyr. 2. 3. 7. Donatus. Vide Maltus.

Nouo modo. Cic. 4. Verr. 65. Et hæc præterea addidit homo Venerens, nouo modo, nullo exemplo, et c. Vide Nouus.

Nullo modo. Cic. 4. Verr. 134. Nunc ad sociorum tabulas accipi et expenfi, quas remouere honestè nullo modo potuerunt, et c. Vide Nullus.

Nullus modus. Cic. pro Sexto Rosc. 61. Nullum modum esse hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit.

Omnibus modis aliquem cruciare. Terent. Eunuch. 2. 3. 92.

—quæ nos, uostramq; adolescentiam Habent despecta tam, et quæ nos semper omnibus cruciant modis.

Omni modo cum aliquo agere aliquid. Cic. Attic. lib. 6. 113. 10.

Extra modum. Cic. 1. Offic. 195. Cauendum autem est, præsertim si ipse ædifices, ne extra modum sumptu et magnificentia prodeas.

Extra numerum modumq; facere aliquid. Horat. 1. epist. 19. 12.

In modum pile, in modum semipedis: item etiam, Modo galimarum: et modo sagitte. Plin. lib. 9. cap. 46. 3. Colum. de Arboribus cap. 32. 3. Plin. libro 11. cap. 16. 6. Idem lib. 9. cap. 29. 1.

In modum pecorum. Liu. lib. 8. Decad. 4.

Conuoluere se in modum uæ. Vide Conuoluo.

In modum amici. Vide In præpositionem.

In germanum modum amicus. Plaut. Casin. 1. 25.

In modum hostilem. Linius 1. ab Vrbe, 19.

Hostilem in modum cruciari et necari. Cic. 7. Verr. 58.

In maiorem modum. Vide Magnus.

Mirabilem in modum. Vide Miror.

Mirum in modum. Vide Miror.

Miserandum in modum. Vide Miser.

In modum perpetuum. Vide In præpositionem.

In modum peregrinum. Vide In præpositionem.

Seruilem in modum cruciari. Cic. 2. Verr. 8.

Intra modum. Vide Intra præpositionem.

Intra loquendi modum dicere. Vide Intra præpositionem.

Præter modum. Cic. 1. de Diuinat. 161.

Ita supra modum. Virg. 4. Georg. 48.

Latrocinijs magis, quàm belli modo. Liu. lib. 8. Decad. 4.

Indeginis modo. Tacit. in uita Agricole.

Pacis modo. Tacit. lib. 20.

Pecorum modo, pro Ritu siue more pecorum. Tacitus. lib. 12.

Rationis atq; abundantie modo. Tacitus in uita Agricole, Lados, et inania honoris, modo rationis atq; abundantie dixit.

Ruinæ modo. Tacit. lib. 20.

Seruorum modo: id est, in modum seruorum. Linius libro 9. bell. Maced.

Modus, Finis, seu euentus. Iuuenal. Satyr. 6. 4. 5.

Imponitq; modum sapiens, et rebus agendis. Virg. 4. Aen. 59.

Tentaturum aditus, et quæ molissima fandi Tèpora, quis rebus dexter modus. Id est, quis sit optimus rebus euentus, uel quis finis, inquit Seruius.

Quis scelerum modus esset? Lucan. lib. 1. 68.

Nullo modo, pro Nullo fine. Iuuenal. Satyr. 7. 11.

Nullo quippe modo millefima pagina surgit.

Nullus modus longo lateri. Virg. 3. Georg. 11.

Non est modus exemplorum. Plin. lib. 9. cap. 8. 9.

Nullus modus, id est lachrymis. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 8.

Facere sibi modum Veneris. Ouid. 4. Metam. 52.

Ponere modum orationi. Tacit. lib. 4.

Modus, in musicis, pro Mensura quam in suo cantu obseruare solent. Cic. 1. de Orat. 132. Solet idem Roscius dicere, se quò plus sibi etatis accederet, eò tardiores tibicinis modos et cantus remissiores esse facturum.

Docilis modorum. Horat. 4. Carm. ode 6. 9.

Discordes modi. Stat. 5. Sylu. 5. 6.

Dulces modi. Horat. 3. Carm. ode 9. 2.

Flebiles modi. Horat. 2. Carm. ode 9. 2.

Impudici modi. Quintil. lib. 1. cap. 10. 24.

Lyrici modi. Ouid. epist. 21. 2.

Musici modi. Quintil. lib. 1. cap. 10. 13.

Pressi & stiles modi. Cic. 1. Tusc. 170.
 Rudis modus. Ouid. 1. de Arte, 23.
 Numeris modisq; licentia maior. Horat. de Arte, 43.
 Verbis, rebus, & modis lugubre carmen. Cic. 3. Tusc. 79.
 Diversis certare modis. Stat. 1. Sylu. 2. 50.
 Varij concordant modi. Ouid. 10. Metam. 30.
 Dicere aliqua quocumque modo: id est, carminibus celebrare.
 Virgil. 5. eclog. 9.
 Fingere & disponere modos. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 13.
 Intendi modis. Quint. lib. 1. cap. 10. 22. Sed ne haec quidē prae-
 sumenda pars est, ut uno interim contenti sumus exemplo C.
 Gracchi, praecipui suorum temporum oratoris: cui concio-
 nanti consistens post eum musicus fistula, quam tonarion uo-
 cant, modos quibus deberet intendi, ministrabat.
 Laxare & mutare modos. Cic. 1. de Orat. 133. Quod si illi ascri-
 ptus certa quadam numerorum moderatione & pedum, ta-
 men aliquid ad requiem senectutis excogitat: quanto facilius
 non laxare modos, sed totos mutare possumus?
 Ministrare modos. Quint. lib. 1. cap. 10. 22.
 Varietates & modos uocum surdus noscere potest. Cicer. 2. de
 Diuin. 13.
 Summiores quendam modum postulant. Quint. lib. 3. cap. 8.
 Saltare ad tibicinis modos. Liu. 7. ab Vrbe, 6. (32.)
 Paruis modis tenuare magna. Horat. 3. Carm. ode 3. 15.
 Modus agri. Certa definitio seu mensura agri, qua quod iugerū
 esset, intelligi poterat. Cic. Attic. lib. 13. 288. 1. Et si nihil scri-
 psit, nisi de modo agri. Idem pro Flac. 62. Voluisti magnum
 agri modum censerī. Horat. 2. Seru. Satyr. 6. 1. Liu. ab Vr-
 be cond. Ne cui maior quam quinquaingenta iugerum agri
 modus esset.
 Modus, etiam mensura aliarum rerum. Gell. lib. 1. cap. 1. Facile
 intellexit modum spaciumq; plantae Hercules, ratione pro-
 portionis habitae, tanto fuisse quam aliorū procerius, quan-
 to Olympicum stadium longius esset quam cetera.
 Lupis maiorem natura modum dedit: id est, magnitudinem.
 Horat. 2. Seru. Satyr. 2. 8.
 Modulus, pen. corr. Diminutiuum (μῆτρον) pro mensura.
 Horat. 2. Seru. Satyr. 3. 62. — ab imo
 Ad summum totus moduli bipedalis. Idem 1. Epist. 7. 20.
 Metri se queng; suo modulo ac pede uerum est.
 Pōderib. modulisq; suis ratio uitur. Hor. 1. Seru. Satyr. 3. 16.
 Modulos Vitruuius lib. 3. cap. 2. uocat particulas quasdam, ad
 quas opus totum dimeiturur architecti: nunc paruū pe-
 dem dicunt. Paulus in l. non solum. §. sciendum. ff. de operis
 noui nunciat. Sed ut probari possit quid postea edificatum
 sit, modulos sumere debet is qui nunciat: qui ut sumuntur, cō-
 feranturq; Praetor decernere solet. Budaeus.
 Moduli aquarū a principibus impetrabantur, quibus priuatis
 licebat aquam publicam in priuata loca ducere ē castellis a-
 queductuum. Sunt erogatorij moduli, quibus aqua eroga-
 tur & distribuitur, ut est apud Frontinum. Vlp. in l. damni
 infecti stipulatio pertinet. ff. de damno infectio. Vnde Labeo
 putabat, eū qui moduloru aut riuū faciendū causa opus face-
 ret, etiā satisfacere debere, quia in alieno solo faceret. Budaeus.
 Modulus, ponitur etiā pro ipsa modulatione in cantu, qui etiā
 modulamen dicitur. Plin. lib. 11. cap. 37. 86. Arteriarum pul-
 sus in modulos certos, legesq; metricas, per aetates stabilis,
 aut citatus, aut tardus. Sed hoc est per translationem. Idem
 lib. 7. cap. 5. 6. 13. Lydiis modulos Amphion: Dorios, Tha-
 myras Thrac. Phrygios, Marjyas Phryx inuenit.
 Aequilalere modulis. Auctor Philomela, 1.
 Modulus, siue modus potest etiam dici cantionis genus. Vnde
 illud in titulis comediarum Terentij, Modos fecit Flaccus
 Claudij filius, tibijs paribus dextris & sinistris.

Modulus, penult. corr. modularis, modulatus suū (μετρώω,
 ἰσομετρεῖν, ἰσομετρεῖν, ἰσομετρεῖν) modulari, Metri.
 Gellius lib. 1. cap. 1. Scitē, subtiliterq; rationatum Pythagorā
 philosophum dicit in reperienda modulandaq; stans longi-
 tudinisq; eius praestantia. De Hercule.
 Modulari carmen. pro Cōponere, uel decantare. Virg. 1. Aen. 1.
 Carmina pastoris Sticuli modulari aena. Virg. 10. eclog. 11.
 Carmen modulari arundine. Ouid. 11. Metam. 31.
 Vocem modulari. Cic. 3. de Orat. 103.
 Orationem modulari. Cic. in Orat. 32.
 Sonum uocis pulsū pedum modulari, apud Liuium: pro attem-
 perare, lib. 7. bell. Punic.
 Verba modulanda fidiū. Horat. 2. epist. 29.
 Modularis, pen. corr. Particip. (ἐπιμετρεῖν) Virg. 5. eclog. 3.
 Carmina descripsi, & modulans alterna notauit.
 Modularis, pen. prod. Participium (ἐπιμετρεῖν) ut, Modu-
 latus sonus. Vide Sonus. Et Modulata cantica. Quint. lib.
 9. cap. 2. Nomen ductum à canticis ad aliorum similitudinē
 modulatis. Seneca. Agamem. 7. 17.
 Iton in uarios modulata sonos.
 Nerui modulati. Ouid. ad Pisonem, 35.
 Modularis, huius modularis, pen. prod. (μετρώω) Sen-
 neca Herc. furen. 4. 12.
 Cuiusq; muros natus Amphion Ioue
 Struxit canoro saxa modulata trahens.
 Modulatione, Verba (ἐπιμετρεῖν, ἰσομετρεῖν) Quint. lib. 9.
 cap. 4. Vt sint tamen pedes alij alijs crebriores, non uerba
 facient, quae neq; augeri, nec minui, nec sicut modulatione
 produci aut corripri possunt: sed transmutatio & collatio.
 Modulatione signiferi. Plin. lib. 2. cap. 8. 3.
 Modulamen, pen. prod. modulaminis, n. g. Idem (μετρώω)
 Auctor Philomela, 1.
 Nam quamuis aliae uolucres modulamina tentent.
 Modulator, pen. prod. (ἐπιμετρεῖν) Aliud uerbale. Colum.
 in Praef. 2. lib. 4. Placite disciplinae confectentur magistrum
 uocis, & cantus modulatorem.
 Cantor atq; optimus modulator. Horat. 1. Seru. Satyr. 3. 26.
 Modulate, pen. prod. Aduerb. (ἐπιμετρεῖν) Concinnē, & cum
 mensura. Cic. 2. de Nat. deor. 32. Si ex oliua modulate canen-
 tes tibia nascerentur, num dubitares quin inesse in oliua ti-
 bicinis quaedam scientia?
 Modificor, pen. corr. modificaris (ἀμειψέω) modificari,
 Metri. Gell. lib. 1. cap. 1. Comprehensa autem mensura Her-
 culani pedis, secundum naturalem membrorum omnium in-
 ter se competentiam modificatus est. Cic. 3. de Oratore, 103.
 Verba illa modificata esse debebunt.
 Modificatio, Verba. Seneca epist. 89. Syllabarum enarra-
 tio, uerborum diligentia, fabularum memoria, uersuum lex
 ac modificatio.
 Modicus, pen. corr. Adiectiuum (ὀλίγος, ὀλιγότερος, ὀλιγώτερος)
 Paruum & pusillum. Plin. lib. 10. cap. 55. 1. Sed inuentū, ut
 oua in calido fico imposita paleis igne modico fouerentur.
 Aceruus modicus. Horat. 2. epist. 2. 38.
 Anus modica. Plaut. Curc. 3. 13.
 Cantaris modicis potare. Horat. 1. Carm. ode 20. 1.
 Classis modica. Liu. de bel. Maced.
 Collis modicus. Plin. epist. 16. 1. 4.
 Corporatura modica. Colum. lib. 6. cap. 2. 12.
 Funus eius modicum. Tacit. lib. 5.
 Mentio modica & uulgaris. Tacit. lib. 19.
 Patella modica coenare. Horat. 1. epist. 5. 1.
 Sacellum modicum. Tacit. lib. 19.
 Sepulcrum modicum. Tacit. lib. 18.
 Ab usu modico tibi iunctus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 2.
 Originis

Originis modicus. Tacit. lib. 5.
 Pecunie modicus. Tacit. lib. 3.
 Volt modicus. Pers. Satyr. 5. 11. Silius lib. 5. 3.
 Modicus, Paucus. Plautus,
 In angiportu turba est, domum modici introierunt.
 Pecunia modica. Cic. in Parad. 60.
 Modicum proprie dicitur, non cui aliquid sit imminutum, sed
 quod non excedat modum, modestumq; est, & temperatum.
 Cic. 3. de Legib. 15. Quae cū populo, quaeq; in patribus agun-
 tur, modica sunt.
 Centuria modica. Varro de Re rustica.
 Modicus cultu, & in cultu. Plin. in Paneg. 137. Idem epist. 12. b.
 Cultu modicu, sermone facilis. Tacit. in uita Agricola.
 Eques modicu. Tacit. lib. 1.
 Exercitationibus modicis utendum. Cic. de Senect. 32.
 Facilitas modicus. Plin. epist. 118.
 Gradus modico. Plaut. Pseud. 7. 19.
 Iudicium modicum. Quint. lib. 8. cap. 3.
 Minis modicis. Plaut. Pseud. 20. 119.
 Prelum modicum. Liu. de bell. Maced.
 Quies modica. Liu. de bell. Maced.
 Res modica. Plaut. Pers. 10. 18.
 Modicus titulus. Plin. epist. 159. a.
 Sed tamen modici sumus in uoluptate. Cic. ad Atticū, lib. 4. 74.
 3. hoc est, breues.
 Modicum, Substantiuum (ὀλίγον) ut,
 — modico contentus agebas. Iuuenal. Satyr. 9. 1.
 Modicellus, Adiectiuum diminutiuum. Sueton. in Nerone,
 cap. 48. Decubuit super lectum, modicella calcitra uetere
 pallio strato instructum.
 Modicum, pen. corr. Aduerbium (πιεθῆν) Parum. Plautus,
 Aedepol. id modicum curat.
 Modice, pen. corr. Aliud Aduerbium (μῆτρον) Parum, bre-
 uiter. Plautus Milt. Modice sapit. Plin. lib. 6. cap. 22. 9. Ac-
 cificia modice ab humo extantia.
 Modice tangeri. Cic. ad Atticū, lib. 2. 34. 2.
 Modice uile. Cic. Attico.
 Modice non semper à paucis, sed à modo quandoq; deducitur,
 ut modicā designet, quae inter parum & nimium uersatur,
 non paucitatem. Varro de re Rust. Quum aer est modicē
 temperatus.
 Modice agere. Cic. Tironi, lib. 16. 9. 8.
 Modice dicere. Cic. pro P. Sylla, 59. Quamquam à me timide
 modicēq; dicitur.
 Modice facere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 4. 13. id est, cum modo
 equo & pari. Gell. lib. 12. cap. 13.
 Modice ferre dolorem, pro Modeste, uel moderate & patien-
 ter. Cic. 2. Tusc. 181.
 Modice spernere libertatem. Liuus.
 Modice uil libertatem. Liu. de bell. Maced.
 Modero, moderas, pen. corr. (μετρώω) moderare, Modum
 ponere. Salust. Vbi hoc exemplo per Senatus decretum Con-
 sul gladium adduxerit, quis illi finem statuet, aut quis mode-
 rabit? Plaut. Milit. 17. 15.
 Moderor, penult. corr. moderaris, moderatus sum (ἐπιμετρεῖν,
 ἰσομετρεῖν, ἰσομετρεῖν, ἰσομετρεῖν, ἰσομετρεῖν)
 moderari, Deponens, Idem.
 Moderari ex sua libidine. Terent. Heaut. 2. 1. 4.
 Moderari alicui rei. Cic. pro Caelio, 5. Quod & pudor tuus mo-
 deratur orationi meae. Idem in Partit. 9. Nam auditorum
 aures moderantur oratori prudenti & prouido, & quod
 respuunt, immutandum est.
 Alicui moderari. Tacit. lib. 13. Sed quibus Silius moderabatur.
 Aliquid moderari. Cic. 2. de Finib. 130. Et multi Epicurei fue-

runt, & hodie sunt, & in amicis fideles, & in omni uita
 constantes & graues, nec uoluptate, sed officio consilia mo-
 derantes.
 Moderatur, mouet, regit omnia mens mundi. Cic. 4. Acad. 213.
 Gubernare et moderari prudentia omnia. Cic. Curioni, li. 2. 6. 2.
 Animo & orationi moderari quum sis iratus, non mediocri
 ingenij est. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 59.
 Cantus numerosq; arbitrio multitudinis moderari. Cic. 5. Tu-
 scul. 147.
 Consilia sua officio moderari. Cic. 2. de Finib. 130.
 Versat caelum Deus, terram tuetur, maria moderatur. Cic. 3. de
 Natur. deor. 135.
 Cursum moderari. Tac. lib. 2. Naues soluit: moderaturq; cur-
 sum fortunae moderari. Liu. lib. 7. Decad. 4. (sub)
 Ortus nascentium luna moderatur. Cic. 2. de Diuin. 136.
 Religionem moderari. Cic. 1. de Nat. deor. 1.
 Res rusticas uenti & tempestates moderantur. Cic. 5. Ver. 19. 5.
 Moderari se immodestis moribus. Plaut. Curcul. 4. 45.
 Sententiam aliquam, tanquam aliquod nauigium, atq; cursum,
 ex Reipublicae tempestate moderari, non est inconstans.
 Cic. pro Cornelio Balbo, 50.
 Tempus dicendi grauitate & prudentia moderari. Cicer. 2. de
 Orat. 137.
 Verba moderatur, & se ipse sustentat testis. Cic. pro Flacco, 9.
 Linguae moderandum mihi est. Plaut. Curcul. 9. 25. id est, tacerē
 diu est mihi. Cic. 5. Ver. 84. Sentio iudices moderandum mi-
 hi esse iam orationi meae, fugiendamq; uestram satietatem.
 Actio uocis conformatione moderanda est. Cic. 1. de Orat. 10.
 Moderans, pen. corr. Particip. (ἐπιμετρεῖν) Iuuen. Satyr. 10. 13.
 — seuus & illum
 Exitus eripuit, qui mirabantur Athenae
 Torrentē, & pleni moderantem frenae theatri. De Cicerone,
 Moderanter, Aduerb. (ἐπιμετρεῖν) Lucret. lib. 2. 220.
 Quis regere immensi summam, quis habere profundi
 Indum tuu ualidis potis est moderanter habenas?
 Moderantius. Ouid. 2. de Arte, 71.
 Optare moderantius aliquid. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 15.
 Currere moderantius. Ouid. 1. Metam. 10. 3.
 Moderatus, pen. prod. (μέτρον, ὀλιγωρῶ) Particip. uel
 nomē ex participio. Cic. de Senec. 7. Moderati enim & nec
 difficiles, nec imbutum in senes, tolerabilem agunt senectutem.
 Moderatus uir. Cic. 3. de Finib. 16.
 Moderatus & temperans in omnibus uita partibus. Cicer. pro
 Fonteio, 25.
 Amor moderatus. Ouid. 4. Metam. 47.
 Ira moderata. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 16.
 Tempora moderata. Claud. 4. Paneg. 110.
 Ventis moderatis iactantur equora. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 12.
 Nihil habere moderati, Nihil habere modestiae. Salust. in Catil.
 Moderator. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 5.
 Moderatē, pen. prod. Aduerb. (μετρώω) cum moderatione.
 Ferrē moderatē. Cic. de Amic. 7.
 Sed te, quaecumq; est, moderatē iniuria turbet. Ouid. 3. de Arte,
 Dictum moderatē. Cic. pro Fonteio, 18. (136.)
 Facere moderatius. Cic. 1. de Finib. 4.
 Vti dono moderatius. Ouid. 3. Amor. eleg. 3. 10.
 Moderatissime, pen. corr. (μετρώω) Cic. 3. de Legib. 18.
 Quae res cum sapientissime, moderatissimeq; conficuta esset
 à maioribus nostris.
 Moderatim, pen. prod. Aduerb. Lucret. lib. 1. 66,
 — naturaq; rebus
 Paulatim tribuit moderatim crescere cogens.
 Moderatio, huius moderationis (μετρώω, ὀλιγωρῶ)
 Modestia, siue lenitas, quae temperat, auerigaturq; modos in fin-

Et dicitur, et ceteris talibus quae agendi officio utuntur. Cic. de Senect. 1. Noui enim moderationem animi tui, et equitatem. Suet. in Tib. Caesare, cap. 32. Parenti moderatione minoribus quoque personis et rebus exhibuit. Adhibere moderationem in re aliqua. Vide Adhibeo. Moderabilis, et hoc moderabile, pen. corr. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 12. Nox et Amor, Vinumque, nihil moderabile suadent. Moderator, pen. pro d. moderatoris, Verbalis (ἀδουρηγ, ἀδουρηγ, ἀδουρηγ) Rector, gubernator. Cic. 2. de Natur. deor. 131. Postea qui uiderent motus eius finitos, et equabiles, omniaque raris ordinibus moderata, immutabilique constantia, intelligere inesse aliquem non solum habitatorem in hac caelesti ac diuina domo, sed etiam rectorem et moderatorem, et tanquam architectum tanti operis, tantumque muneris. Et ad Curionem, lib. 2. 5. 11. Dux nobis et auctor opus est, et eorum uentorum quos proposui, moderator quidam et gubernator. Moderator iuuenis, Praeceptor et pedagogus. Mart. lib. 2. 89. Aratri moderator. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 12. Orbis moderator. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 15. Moderatrix, pen. prod. moderatrix (ἀδουρηγ) Gubernatrix, rector. Cic. pro Flac. 45. Quum speculator atque obstidet Rostra, iudex temeritatis et moderatrix officij Curia. Sic. 3. de Natur. deor. 134. Eius autem uniuersae fuerunt et moderatricem diuinam esse prouidentiam. Iudex et moderatrix Resp. Cic. 5. Philip. 2. 20. Moderatrix rerum sapientia. Cic. 1. de Inuent. 8. Stat. 4. Sylu. 4. 9. Cessat centeni moderatrix iudicis hasta. Arcans moderatrix Cynthia noctis. Stat. 10. Thebaid. 72. Moderamen, pen. prod. moderamen (ἀδουρηγ) Idem quod Moderatio. Ouid. 3. Metam. 129. Obstipui: Capiatque aliquis moderamina, dixit, intelligit moderamen nauis, id est, gubernaculum. Ius et moderamen equorum. Ouid. 2. Metam. 10. Certum moderamen. Ouid. 2. Metam. 14. Sceptra et rerum moderamen capere. Ouid. 6. Metam. 136. Sumere moderamina mundi. Claud. de laudibus Serene, 10. Moderato, moderato, modum imperans. Varr. Rer. Human. lib. 2. 0. In conuiuijs qui sunt instituti putandi moderatores magistris. Nonius, Moderatores dicuntur, qui in conuiuijs moderandi auctoritatem habent, quasi modum imperantes ἡμπερατορες. Vide quae scripsimus in Talus, pro Ludo. Modestus, Adiectiuum (ἐλάδουμ, ἐλάδουμ, ἐλάδουμ) Temperatus. Terent. Adel. 5. 8. 7. Proba et modesta. Vbi Donatus, Proba sibi, et modesta apud alios. Modestus uultu, hoc est, ipso uultu modestam quandam praeseferens. Terent. Andr. 1. 1. 93. Adolescentis modestissimi pudor. Cic. pro Plancio, 11. Adolescentia modestissima. Cic. pro Murena, 50. Modestus et prudens homo. Cic. Bruto, lib. 13. 11. 9. Modestum iter, apud Plinium in epistolis. Moeres modestissimi. Cic. pro Plancio, 2. Oculi modesti. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 3. Optima et modestissima plebs. Cic. 2. de lege Agraria, 83. Modestus, probus, et integer rex. Cic. Attic. lib. 10. 196. 3. Neque pudeat coram uerba modesta loqui. Ouid. 3. Am. eleg. 13. 4. Modeste, Aduerb. (σωφρόνως) Cum modo, inquit Donatus: moderate, adhibito modo. Terent. Hecyra, 4. 11. 38. — quid tum postea, si modeste ac raro hoc fecit? Cic. 1. de Finib. 71. Et ipse fortunae modeste ferre doceat iniurias. Modeste munificus. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 11. Parere modeste. Cic. 3. de Legib. 6.

Modeste et abstinenter se gerere aliqua dignitate. Cic. in Salust. 11. Lingua non modestè uti. Ouid. 3. Fast. 122. Modestissime, pen. corr. (σωφρόνως) Varro Modio, Non eos optime uixisse qui diuissime uixerint, sed qui modestissime. id est, modice, inquit Nonius. Modestia, modestia (σωφροσύνη, σωφροσύνη) ut dicitur auctor ad Herenn. lib. 3. 9. 43. Est in animo continens moderatio cupiditatem. Cic. 1. Offic. 19. Sic fit ut modestia, scientia sit opportunitatis idoneorum ad aliquid agendum temporum. Sententiarum, et compositionis, et iudicis, et iuulius modestia Quintil. lib. 4. cap. 1. 39. Modestia est scientia earum rerum quae agentur aut dicuntur loco suo collocandarum. Cic. 1. Offic. 19. 8. Pudoris et modestia magistra seueritas Cenforia. Cic. in Piso. 6. Humanitas et modestia alacritas. Cic. Attic. lib. 7. 12. 5. 2. Lecti modestia uacui. Stat. 1. Sylu. 2. 33. Diuina modestia. Claud. 8. Paneg. 4. 4. Praeco modestia. Stat. 2. Sylu. 1. 8. Virginalis modestia. Cic. 1. de Diuin. 11. 5. Per modestiam pudor honestus clarum et stabilem comparat auctoritatem. Cic. 2. de Inuent. 2. 4. 3. Mitigare aliquem modestia. Quintil. lib. 5. cap. 7. 18. Mœcenas] Vir quidam fuit Augusti temporibus potens, qui omnium primus in urbe calentium aquarum natatoria struxit. De hoc historici et poetae plura. Interea illud est adnotandum, Mœcenas nomen per se scribi in Graecis exemplaribus, esse et maluit alij: quod marmora comprobant peruestuta. Vide Cael. lib. 12. cap. 16. Mœchus] mœchi (μοιχός) Adulter, cuius femininum est Mœcha, Adultera. Terent. Eunuch. 5. 5. 15. Nunc minatur porro sese id quod mœchis solet. Mart. lib. 10. 13. Caelius Ciceroni, lib. 8. 7. 4. Accipit leno mœchi bona, si uxori suae iure capere non liceat. Iuuenal. Satyr. 1. 6. Notior mœchus. Iuuenal. Satyr. 9. 3. Pusillus et semitarius mœchus. Catul. ad Contubernales, 35. 4. Putida mœcha. Catul. de Acme, epig. 39. 4. Turpis mœcha. Catul. de Acme, epig. 39. 3. Mœchus mulierum. Plaut. Mil. 10. 179. Zolotypha mœcha. Iuuen. Satyr. 6. 28. Mœchisso, mœchissas (μοιχισμός) mœchissare, Adulterare. Plaut. Casin. 2. 6. 7. In adulterio dum mœchissat, Casinam, credo perdidit. Mœchor, mœcharis (μοιχός) mœchiri, idem. Catull. de Mentula, epig. 89. Mentula mœchatur, mœchatur Mentula certe. Mœchocinædus, mœchocinædi, dictio composita, contumeliosa et infando nomine eos significans, qui et Adulteri sunt, et ijdem molles. Lucilius. Mœmagus] Ptolemeo Gallie urbs: uulgo Nemours. Mœnia] mœnium, mœnibus, n. g. (μαῖνα) Pluraliter tantum declinatur, à muniendo dicuntur. Veteres enim et uindifferenter ponebant. Festus, Mœnia, Muri, et alia muniente urbis gratia facta. Virg. 2. Aeneid. 47. Diuidimus muros, et mœnia pœdinus urbis. Valla, Muri, est urbis lapideus ambitus, qui Graecè dicitur τείχος. Paries uerò domorum, Graecè δόμοι. Murius est etiam nomen urbis: sed urbis tamen similis, ut munitionum, castrorumque Mœnia pro muris accipi solent, et pro edificijs ipsius urbis. Hactenus Valla lib. 4. Cesar. 2. bell. Ciuil. 63. Quum penè edificata in muris ab exercitu nostro mœnia uiderentur, et C. Muri et mœnia. Cic. 3. de Natur. deor. 137.

Augustus

Angusta mœnia. Vide Angustus. Ardua mœnia. Ouid. 3. Metam. 13. Conseruata mœnia. Silius lib. 13. 27. Direpta mœnia. Lucan. lib. 6. 7. Turrita mœnia. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 10. Accedere mœnibus. Vide Accedo. Miles assilij mœnibus. Ouid. 11. Metam. 106. Medijs in mœnibus affans. Virg. 2. Aen. 66. Cingere mœnibus urbem. Cic. pro Sexto, 79. Circundatus mœnibus. Cic. 3. de Legib. 91. Compellere intra mœnia. Vide Compello. Compellere mœnia. Virg. 9. Aeneid. 8. Condere mœnia. Ouid. 3. Metam. 3. Constittere mœnia. Ouid. 9. Metam. 91. Obliquo sinu mœnia in orbem curuantur. Silius lib. 13. 28. Desicite passim mœnia, in planum date. Senec. Theb. 2. 5. Destruere mœnia. Virg. 4. Aeneid. 65. Trepidantia fumant mœnia. Silius lib. 1. 26. Cuncta malis habitantur mœnia Graijs. Virgil. 3. Aen. 80. Turritis mœnibus incingere urbes. Ouidius tertio Amor. eleg. 7. 10. Irrumpere mœnia. Silius lib. 13. 16. Luctu miscetur mœnia. Virg. 2. Aen. 60. Ponere mœnia. Ouid. 5. Metam. 82. Silius lib. 1. 5. Moresque uiris et mœnia ponet. Virg. 1. Aeneid. 55. Referare mœnia alici. Ouid. 8. Metam. 13. Signare mœnia sulco. Silius lib. 13. 24. Surgunt mœnia. Virg. 1. Aeneid. 89. Tegere mœnia. Defendere. Virg. 12. Aen. 30. Vexantur mœnia. Catul. Argon. epig. 59. 16. Mundi mœnia. Lucret. lib. 1. 217. Ingentia mœnia caeli. Ouid. 2. Metam. 81. Mœne, singulariter protulit Ennius, teste Festo, Apud Emporium in campo hostium per mœne. Mœnitum, pen. prod. Adiect. (μαῖνιτι) Mœnibus circum Plaut. Bacchid. 2. 0. 2. Quum Priami patriam Pergamum diuina mœnitum manu, Armis, equis, exercitu, atque exuijs bellatoribus. Antiquum. Mœniana] Vide Meniana. Mœchis] mœchis, Germaniae fluius, in Rhenum influens: ut ait thor est Pompon. lib. 3. Huius fluius meminit et Tacitus. Mœreo] mœres, mœstus sum, et olim mœreui (μαῖρεω, μαῖρεω) mœrere. Varro de Ling. Lat. lib. 5. per se ab Marceo deducit: quod, inquit corpus mœrescere facit mœror. Est autem mœrere, Tristari, et dolore affici, lugere. Cic. de Amicitia, 13. Quocirca mœrere hoc est ius euentu, uerore ne inuidi magis, quam amici sit. Lugere et mœrere. Cic. pro Domo sua, 22. Dolore alterius mœrere. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5. 10. Alienis bonis mœrere. Cic. pro Corn. Balbo, 45. Incommodo suo mœrere. Cic. 1. Tusc. 48. Mœreo, cum accusatiuo. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 2. 4. A te quidem omnia fieri fortissimè et amantissimè uideo: nec mœror, sed mœreo casum eiusmodi, ut tantis tuis miserijs mœriserite subleuentur. Mortem mœrere. Tacit. lib. 18. Mœrere, Deplorare. Cic. 1. Tusc. 168. At illa sicut acerbissimam rem mœret. Et iterum, Quum grauius filij mortem mœreret. Mero, mœras (μαῖρεω) mœrare, Antiquum uerbum, mœretem facere. Pacuuius, Qui multis mœrauit modis. Mœrens, mœrentis, Particip. (μαῖρεω, μαῖρεω) ut Mœrens fletus. Cic. 1. Tusc. 40. Stat. 6. Thebaud. 125. Pectora nunc mœrens, nunc ora indigna cruento Theauri pars 2.

gue fecit. Mœrens fratrem. Horat. 1. epist. 14. 2. Horridus, incultus, mœrens. Cic. post Red. in Senatu, 12. Afflictus, debilitatus, mœrens. Cic. 2. de Orat. 105. Pectora mœrentia mulcet. Virg. 1. Aeneid. 41. Vultus mœrens. Ouid. epist. 11. 19. Mœror, mœroris (μαῖρεω, μαῖρεω) Cic. de Amic. 10. Quam autem ciuitati charus fuerit, mœrore funeris indicatum est. Idem 4. Tusc. 29. Mœror, egritudo flebilis. Cuncta mœrore horrida. Senec. Herc. fur. 9. 18. Grauis mœror. Horat. in Arte, 13. Perpetuus mœror. Iuuen. Satyr. 10. 25. Adiuuare mœrorem orationis lachrymis. Vide Adiuuo. Dies nulla mœrore caret. Senec. Troad. 2. 3. Consenescere mœrore et lachrymis. Vide Consenesco. Demere mœrorem è pectore. Lucret. lib. 3. 186. Iacet in mœrore meus frater. Cic. ad Attic. lib. 10. 195. 8. Vita in mœrore iacebat. Lucret. 5. 36. Minuere mœrorem. Cic. Att. lib. 12. 246. 3. Offerre mœrorem. Vide Offero. Pressus mœrore. Senec. Octau. 4. 1. Mœstus, Adiect. (μαῖστος, μαῖστος) Triste, miserandū. Virg. 2. Aeneid. 56. — et mœstas promere uoces. Alter ab alterius funere mœstus erat. Ouidius 4. Trist. ea leg. 4. 16. Amor mœstus. Virg. 10. Aeneid. 39. Mœstæ aræ. Virg. 5. Aeneid. 10. — mœstasque sacrauius aras. Vbi Seruius, Mœstas aras ad hominem pertinet: id est, dijs Manibus consecratas. Clamores mœsti. Ouid. 8. Metam. 90. Resonet mœsto clamore chaos. Senec. Herc. fur. 13. 11. Deficiens animo mœsto cum corde iacebat. Lucret. lib. 6. 248. Ebur mœstum illachrymat templis. Virg. 1. Georg. 96. Fama mœsta. Tacit. lib. 18. Fauilla mœsta. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 17. Fletus mœsti. Senec. Octau. 6. 12. Fœmina mœsta. Ouid. 3. Fast. 27. Frons mœsta. Claud. 4. Paneg. 32. Genæ mœstæ. Ouid. 6. Metam. 61. Hostia mœsta. Lucret. lib. 1. 20. Mœstasque resuscitat iras. Sil. lib. 12. 127. Lamentatio mœsta. Senec. Hippol. 7. 4. Loci mœsti, uisusque ac memoria deformes. Tacit. lib. 1. Luctu mœsto immugit regia. Virg. 11. Aeneid. 8. Lucus mœstus. Valer. 1. Argon. 72. Questibus mœstis late loca implet. Virg. 4. Georg. 103. Luget mœstos tristis reditus. Senec. Hippol. 11. 5. Senex mœstus et sordidatus. Cic. 2. de Orat. 106. Timor mœstus. Virgil. 1. Aen. 4. 2. Seruius, Quod mœstos et sollicitos faciat: ut, Mors pallida, et tristis senectus. Vēstis mœsta. Propert. lib. 3. eleg. 6. 3. Voces mœstas expromere. Virg. 2. Aen. 56. Vultus mœstus. Virg. 6. Aeneid. 32. Vultus mœstus et conturbatus. Auctor ad Heren. lib. 3. 121. Mœstior, Comparatiuum. Lucan. lib. 8. 9. Mœstissimus, pen. cor. Virg. 2. Aeneid. 54. In somnis ecce ante alios mœstissimus Hector Vilius adesse mihi. Ira tæcita mœstissimus. Valer. 5. Argon. 14. Vultu mœstissima. Lucan. lib. 1. 38. Propopœcia est Rōmæ. Mœstitia, uel ἡ μωροπονία, idem quod mœror. Quintil. Dolore, atque animi mœstitia langues. Cic. 1. de Finib. 68. C C Sapientia

Sapientia enim est una quae moestitiam pellat ex animis. Fletere os in moestitiam. Tacit. lib. 3. hoc est, moestitiam uultus prae se ferre.

Incessit moestitia animos. Vide Incesso.

Inferre moestitiam. Cic. 1. Tuscul. 170. Vide Infero.

Pelle e moestitiam ex animo. Vide Pello.

Resistere moestitia. Cic. in Orat. 82.

Tanta in moestitia sua, quanta, &c. Cic. 2. Philip. 56.

Moestitudo, pen. corr. moestitudinis. Idem (μοῆσις) Accius, Ni uestitus teter, moestitudo, uastitudo, praedicarent hominē esse. Plautus, Cui tanta moestitudo obigit. Nonius.

Moestē, Aduerbium (μοῆσις) Cum moestitia. Author ad Herennium, lib. 3. 117, de pronuntiatione, Deinde modo acriter, tum clementer, moestē, hilarē in omnes partes commutabimus.

Moestiter, pen. corr. (μοῆσις) Aduerbium antiquum, pro Moestē. Plaut. Rud. 7. 5.

Obsecro tam moestiter uestitus?

Moeror] moerorum (μοῆσις) pro Muris. Virg. 10. Aen. 5, Quin intra portas, atq; ipsi praelia miscent Aggeribus moerorum. Vbi Seruius, Moerorum, pro Murosum, antiquē. Nam ueteres plerq; eorū, quae nos per u dicimus, per ce diphthongā pronuntiabant. hinc est moerorum, pro Murosum.

Moeris] moeris, Veneticus, describitur Virgilio in Bucol. 8. e clog. 19.

Moeris, moeris, Insula est in mari Lycio, de qua Plinius libro 5. cap. 31. Fuit praeterea hoc nomine Aegyptiorum rex, cuius opus est lacus inter Aysnoitem & Memphitem, circumcitus c o c c l m. pass. qui ab illo Moeridis lacus appellatur. De hoc Plin. lib. 5. cap. 9.

Moestia] Europa provincia, quae Pannoniae iungitur, ad Pontum usq; cum Danubio decurrens. Suetonius de Tiberio, Armeniam à Parthis occupari, Moestiam à Dacis Sarmatisq; Gallias à Germanis uastari neglexit. Seruius Moestiam ciuitatem Phrygiae esse inquit, Mysiam autem provinciam. Stephanus tamen Mysiam & regionem & urbem esse tradit. Virg. 1. Georg. 21,

— nullo tantū se Moestia cultu

Lactat: & ipsa suas miratur Gargara messes.

Moestileum] n. g. & plur. Moestilea. Frontin. Similiter locorū religiosorum, quibus secundum cantiones modus restituendus. habent enim & moestilea iuris sui, hortorum modos circumiacentes, aut praescriptum agri finem. Quae ferē uerba apud Vrbicum reperiuntur. Turnebus moestilea, interpretatur sepulchra, quae ab alijs mausolea sunt appellata: atq; mausolea, non moestilea scribendum putat. Quum enim Frontinus (inquit) de religiosi locis loquatur, facile est cōiectu, mausolea significari, hoc nomine non tantum principum sepulchris uindicato, sed etiam aliorum tumulis communitato.

Moga] primum dicebatur, quae postea Cappadocia nunc autem Caesarea à caesare, ut refert Iosephus.

Moguntia] moenuntior, Oppidum Galliae Transalpiniae, in ripa Rheni.

Mola] mola (μῶλα) Dicta est, quod ueluti mole quadam frumentum, legumina, aliasq; res terat: uel quod duarū molarum motu eō coniecta moluntur. Vnde Mola frumentaria, Mola fabarū, Mola ceariae dictae sunt. Plin. lib. 15. cap. 6. 3. Quod uero post molam primus est, flor.

Mole inuentae sunt quaedam asinarie, quaedam trusatiles, id est hominum opera uersatiles. Gell. lib. 3. cap. 3. De mola asinaria loquitur Cato. cap. 10. 3.

Molus uersatiles Vo sinijs inuentas, aliquas & sponte motus

inuenimus in prodigijs, inquit Plin. lib. 36. cap. 18. Punicea mola. Ouid. 6. Fast. 64.

Scabra mola. Ouid. 3. de Arte, 58.

Verfare molam. Iuuen. Satyr. 8. 7.

Mole operam dare. Cic. ad Atticum lib. 2. 16. 16, Ac modestē tamen dixit, ut Rhodi uideretur molas potius, quam Moloni operam dedisse.

Mola, Caro infirmis in uteris mulierum sine uiri semine genita. Plin. lib. 7. cap. 15. 1. Solum autem animal menstruale mulier est. In unius utero, quas appellantur molas, ea est caro infirmis, inanima, ferri ictum & aciem respuens. mouetur, sicutq; mensēs. Idem lib. 10. cap. 64.

Mola, à molito & farre, dicitur sur tostum & sale sparsum: quod eo molito hostiae aspergantur, inquit Festus. Virg. 8. e clog. 17, Spargere molam. Plaut. Amphit. 8. 107,

— prodigiali totū

Aut mola falsa hodie, aut thure comprecatum oportuit. Horatius 2. Seru. Satyr. 3. 40,

Tu cum pro uitula statuis dulcem Aulide natam. Ante aras, spargis q; mola caput improbe falsa. Mola falsam, qua ante sacrificia hostia conpergebatur, interpretantur ferē omnes, fruges molitas. Graeci tamen fruges integras, nec fresas, nec molitas, aspergebant hostiae. Argumento est, quod βλάσται à Graecis, & βλαβτα uocantur, quae erant hordei integrae fruges, cum sale mixtae. Horat. expressit, cū scripsit,

Farre pio, & saliente mica. quod est, falsis grano saliente, & farre, sed molito tamen. Et Virgilius, Dant fruges manib. falsa. Graeci autem, ut Theophrastus scripserat, hordeo non molito in sacris, in praese memoriae uitae utebantur, in qua homines nondum molere fruges, sed solidis uesci solebant. Est igitur mola falsa, tanquam molitur a falsis: ut mola, qua frumenta franguntur, nomen, molito farri tribuatur. Hec Turnebus.

Mola deos testari. Virg. 4. Aeneid. 104.

Sancta mola. Tibull. lib. 1. e clog. 5. 3.

Inducere molas culro. Lucan. lib. 1. 121.

Inspargere molam. Cic. 2. de Diuin. 56.

Molaris, huius molaris, pen. prod. m. g. (μῶλα) Dens maxillaris est: à Molo, molis, quod cibum à caeteris dentibus infractum ipsi molunt. Iuuen. Satyr. 13. 23,

— interq; molares

Difficili crescente cibo.

Presso fridere molari iumen. Satyr. 6. 16.

Molaris, Lapis è mola concisus & effractus. Stat. lib. 5. Thebaid. 78,

— uastatq; sudas, fractiq; molares.

Librati molares. Stat. 5. Thebaid. 113.

Molaris, & hoc molare, pen. prod. (μῶλα) Lapis molaris, ex quo mola fit. Plin. lib. 36. cap. 23. 2. Quinlib. libro 2. cap. 19. 3.

Molaris, Adiectiuum (μῶλα) Quod ad molam pertinet: ut Asinus molaris, quo utitur ad molam. Cato de Rust. cap. 11, Asinum molarium unum.

Molo, molis, molui, molitum, pen. corr. (μῶλα) Molere, Mola terere. Terent. Phorm. 2. 1. 19,

Molendum usq; in pistino, uapulandum. Plin. lib. 7. cap. 56. 1, Ceres frumenta inuenit, quum antea glande uescerentur. Eadem molere & conficere, in Attica. Plin. libro 33. cap. 4. 3. Quod effosum est, undatur, lauatur, uritur, molitur in farinam.

Molitura, penul. prod. (μῶλα) Plin. lib. 15. cap. 23. 1, Molitura etiam praestant teiuino seminarum quandam imaginem panis.

Molitor, pen. corr. Verbalē (μῶλα) Qui molit.

Molitor, pen. prod. Vide Molitor.

Molitorix, pen. corr. saem. gen. (μολιτορις) Qui molit.

Molendinarius, Adiectiuum (μολιτοριος) Quod ad molendinum pertinet: ut, Mola molendinaria. Paulus iureconsultus. Asinam molendinariam & molam negat ea appellatione contineri.

Moletrina, moletrine, pen. prod. (μολοτρινα) A molendo, pistinum olim dicebatur, quo tempore tundebantur frumenta, non autem molebantur. Cato in Thermum, Neruo, carcere, moletrina. Hec Nonius. Budeus, Aquariorum autem molarum loca, quibus nunc utimur, moletrinas, ut arbitror, appellare possumus, ut ex Nonio colligo.

Molile, molilis, pen. prod. Instrumentum quod mola, aut colli boum, uel humeris feruorum adalligatur, ad trudendas molas. Cato, cap. 11. 2, Iuga plostraria duo, iugum asinarium unum, molile unum. Turnebus, Scapus, uel manubrium quo mouetur mola, molle uocatur: ut à libra, librule.

Mola] Deae quaedam antiquitus dictae sunt, filiae Martis, de nomine molarū appellatae: quod Mars ut molis fruges, sic bellis homines frangat & comminuat. De his meminit Gellius, quas in Romanis comprecationibus nominari solitas esse Molas Martis scribit, & post eum Turnebus, quem uide.

Molēs] molis, f. g. (μῶλα) Res magna & magni ponderis: à mouendo dicitur. Festus, Moles pro magnitudine ferre poni solet. Virg. 3. Georg. 74,

— Confrictosq; agmine cerui

Torpent mole noua. id est, magnitudine, inquit Seruius. Col. lib. 4, India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Cic. 2. Tuscul. 33, Moles gigantum.

Alta moles Auentini. Silius lib. 12. 14. 4.

Immanis moles. Virg. 8. Aen. 104.

Ingens moles. Virg. 5. Aen. 45.

Prerupta moles. Ouid. epist. 2. 27.

Molem & montes, pro Molem motium dicit Virgil. lib. 1. Aeneid. 13. Figura est è p. Aeneid. Seruius.

Stat saxea moles Templum ingens cineri. Statius 6. Thebaid. 49.

Sruetis moles. Tacit. lib. 2.

Aeriam molem educere. Stat. 5. Sylu. 3. 10.

Opprimere molibus infans aras aliquorum. Cicero pro Milo 1. 65.

Extrudere moles opere magnifico. Cic. 1. 4. Philip. 406.

Moles in mari dicitur, quoniam excluditur aqua. Cic. ad Att. lib. 4. 86. 4, Constat enim aditus insulae esse munitos mirificis molibus. Cic. 6. Verr. 10. 5, Qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum à mari disjunctus esset. Caesar 1. bel. Ciuil. Quia fauces erant angustissimae portus, mole atq; aggerem ab utraq; parte litoris iaciebat. Hic moles, inquit Budeus, est immensa structura in portu aliquo obiecta ad arcendum fluctus: qualis est Genue.

Opponere fluctibus moles. Cic. 2. Offic. 18.

Iacere moles ab utroq; portu cornu. Vide Iacio.

Iacere in mare moles. Horat. 3. Carm. ode 17.

Posite moles. Iuuen. Satyr. 12. 8,

Tandem intrat positas inclusas per equora moles. Perpositas intelligit Portum Hostiensium, quem Claudius Caesar Hostiae extruxit: ut est apud Suetonium in Claudio Caesare, cap. 20.

Vnda praecelsis crescit molibus. Stat. 5. Sylu. 6. 6.

Immensam attollere molem. Virg. 2. Aeneid. 37.

Prima fuit rerum confusa sine ordine moles. Ouidius secundo de Art. 94.

Operosa moles mundi. Ouid. 1. Metam. 52.

Rudis indigestaq; moles. Ouid. 1. Metam. 2.

Theauri pars 2.

Moles, Motus. Virg. 5. Aeneid. 45.

Inde Gyan, ipsamq; ingenti mole chinaram Consequitur.

Densa mole feruntur ad muros. Virg. 12. Aen. 115.

Tarda mole se ferre homines magni & crassi dicuntur, qui ob corporis molem tardè ingrediuntur. Stat. 5. Thebaid. 89.

Vasta mole se mouens. Virg. 3. Aen. 112. de Polyphemo.

Moles natua. Ouid. 5. Fast. 30. Idem epist. 5. 13.

Crassa mole leo. Claud. in Eutrop. 76.

Mortem senioribus imputat annis. Ouid. 15. Metam. 94. Inferre mortem. Vide Infero. Praesentemq; uiris intentant omnia mortem. Virg. 1. Aen. 19. Interire morte. Ouid. in Ibin. 61. Mors res interimuit. Lucret. lib. 2. 200. Inuenire mortem manu. Virg. 2. Aeneid. 129. Viam mortis inueniam. Seneca Herc. fur. 13. 22. Irrumpere mortes. Ouid. 11. Metam. 108. Iuncta leniuit morte dolorem. Silius lib. 17. 96. Luctari morti. hoc est. morti reluctari seu repugnare: uel pugnare cum morte. Silius lib. 10. 5. Luere quippiam morte. Vide Luo. Mactare morte. Vide Macto. Maturare alicui mortem. Vide Maturus. Mimeri mortem. Quint. lib. 5. cap. 10. 31. Cic. 4. in Catil. 92. Mors. quae illi mihi fortasse mimitantur. omnibus est parata. Mitti ad mortem. Cic. 1. Tusc. 154. Vide Mitto. Multari morte. Cic. pro Cluentio. 21. Multare trifidi morte. Vide Multo. Mortem obire. Mori. Festus. Mortem obijisse. ea consuetudine dicitur. qua dixerunt antiqui. ob Romam legiones ductas: et ob Troiam duxit exercitum: pro ad. similiterq; Vadimonium obijisse. id est. ad uadimonium isse: et obuiam. ad uiam. H. Aenus Festus. Cic. 5. Philip. 198. Quid Macedo Alexander. quam ab incunte etate res maximas gerere coepisset. nonne tertio et tricesimo anno mortem obiit? Et pro Sestio. 50. Morie obita. Vide Obeo. Multi mortem obeunt. Lucret. lib. 4. 205. Morti obijcere. Cic. in Vatinius. 17. Occumbere morti. mortem. et morte. Vide Occumbo. Cic. 1. Tusc. 163. Ignobili atq; inhonesta morte occumbere. Vide Ignobilis. Occupauit eum mors. Vide Occupo. Offerre mortem alicui. Cic. pro P. Sestio. 45. Oppetere mortem. Cic. 5. Verr. 119. Clarere mortes pro patria oppetere. Vide Clarus. Honestam mortem nunquam fugienda. sepe etiam oppetenda. Martius Cic. lib. 11. 28. 10. Opponere alicui mortem. Virg. 2. Aeneid. 26. Orare mortem. Virg. 4. Aeneid. 90. Peragere mortem. Plin. epist. 14. lib. 3. Perdere mortes. Stat. 9. Theb. 12. Indigne morte peremptus. Virg. 6. Aeneid. 33. Pulchram petunt per uulnera mortem. Virgil. 4. Georg. 44. Morte boum tellus placanda duarum. Ouid. 4. Fast. 133. Nec mihi mors grauis est posturo morte dolores. Ouidius 3. Metamorph. 95. Postulare mortem sub armis. Silius lib. 10. 12. Praestat mors omnia mortuo. quae uiuo. id est. relinquit. Lucretius lib. 3. 43. Precari mortem. Ouid. 1. de Ponto. eleg. 2. 12. Premere alicui mortibus. Lucan. lib. 7. 172. Importuna mors omne sacrum profanat. Ouidius 3. Amor. = leg. 8. 4. Pulchram properat per uulnera mortem. Virg. 9. Aeneid. 81. Nec nimio rigida prostrati morte iacebant. Lucret. lib. 6. 241. Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas. Regumq; turres. Horat. 1. Carm. ode 4. 3. Morie et suspensio remedium iniuria sua quaerere. Cicero 5. Verr. 110. Placida morte quietui. Virg. 9. Aeneid. 90. Reducere alicui a morte. Virg. 4. Aeneid. 75. Morte aliquid relinquere. Virg. 4. Aeneid. 87. Resignat lumina morte. Virg. 4. Aeneid. 49. de Mercurio.

Satis facere morti. Quint. in Periete palmato. Et an morti satis fecisset. intellexit. hoc est. an omnino patri em occidisset. Miserram solari mortem. Virg. 10. Aeneid. 166. Sternere alicui mortem. Virg. 12. Aeneid. 93. Sternere alicui mortem. Virg. 11. Aeneid. 160. Subest mors quibusdam moribus. Cels. lib. 2. cap. 6. Media iam morte tenetur. Virg. 2. Aeneid. 107. Transire in mortem. Quint. Declam. 2. Vadimus haud dubiam in mortem. Virg. 2. Aeneid. 72. Mors immatura uagatur. Lucret. lib. 5. 45. Diram mors ante oculos uagatur. Seneca Octau. 6. 10. Mors memoria. Plin. lib. 14. cap. 22. 5. Hinc rerum omnium obliuio. morsq; memoria. Morior. moriri. pen. prod. uel moreris. pen. corr. mortuus sum. mori. et moriri. pen. prod. (δύωμαι, τήλωμαι, ἀπείρωμαι, ἀνατρίβωμαι, ἀναδύωμαι, ἀναδύωμαι) Notum uerbum. Cicero de Senect. 67. Moriendum enim certe est. et id incertum. an eo ipso die. Mori nemo se potens miserum dixit. ne beato quidem. Cic. Torquato. lib. 6. 35. Mori ex uulneribus. Pollio ad Cic. lib. 10. 33. 10. Ab ense mori. Lucan. lib. 2. 53. Moriebatur in studio dimittendi celi. Cic. de Senect. 45. Iussus mori. Virg. 3. Aeneid. 65. Immeritus mori. Dignus qui semper uiuat. Horatius 3. Carm. ode 2. 5. Dulce et decorum est. pro patria mori. Horat. 3. Carm. ode 2. 3. Ante diem morior. Ouid. 3. de Arte. 47. Per uim mori. Horat. 3. Carm. ode 4. 3. Non omnis moriar. multa q; pars mei Vitabit Libitinum. Horat. 3. Carm. ode 3. 2. Acris mori. Propert. lib. 2. eleg. 3. 10. Acquisimo animo moritur sapientissimus quisq; subtilissimus iniquissimo. Cic. de Senect. 75. Insano amore mori. Ouid. 1. de Arte. 75. Curis morior. Tibull. lib. 2. eleg. 7. 11. Desiderio alicuius mori. Cic. Attico. lib. 1. 1. 12. Frigore mori. Horat. 1. epist. 18. 7. Leito moriere uirorum. Stat. 9. 1. hebad. 158. Quin morere. ut merita es. Virgil. 4. Aeneid. 10. Fama moritur. Cic. post reditum in Senatu. 2. Meriti morietur gloria uestri. Ouid. 3. de Ponto. eleg. 2. 6. Memoria suauissimi hominis ne moriatur. Cic. in Pisonem. 74. Sermo moritur. Cic. pro Caelio. 60. Virg. morientur. Plaut. Capt. 11. 119. Vnguentum suis horis moriur. Plin. lib. 13. cap. 3. 1. Moriar. Iurandi uerbum. quem admodum Disperiam. Cicero ad Attic. lib. 8. 150. 3. Moriar. si magis gauderem si id mihi accidisset. Moriendo ponere sensus Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 20. Moriens. Participium (ἀποθνήσκω) Jui. Lumina morientia. Ouid. 9. Metam. 79. Cyeno moriente dulcior uocem mouit. Seneca Hipp. 3. 6. Dignitatem morientes. Ouid. 5. Metam. 24. Heri moriens. Virg. 7. eclog. 12. Idem 1. Georg. 22. Lingua moriens. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 10. Mortuus. aliud Participium (ἀποθνήσκω) Plautus Aulul. 21. 1. Spirantis mortui effigies. Cic. Quint. fratri. lib. 1. 3. 3. Hospes mortuus. Ouid. 5. Fast. 132. Lacerti senis athletae mortui. Cic. de Senect. 25. Plautus mortuus. Cic. Att. lib. 2. 34. 5. Exanguis et mortuus concidisti. Cic. in Pisonem. 70. Concidit mortuus ueneno potu Themistocles. Cicero de claris Oratorib.

Oratoribus. 21. Inferre mortuum in domum alicuius. Cic. pro Milone. 56. Infra mortuos aliquem mandare. non solum ex numero uiuorum exturbare. Cic. pro Quintio. 28. Mortuo uerba facere. Est frustra uel suadere. uel orare. perinde quasi mortuo quis loquatur. Terent. Phorm. 5. 9. 16. Verba sunt mortuo. Natum adagium a ridicula consuetudine ueterum. uita defunctos ter uoce ceniunt. unde et Conclamati dicebantur. praeterea in pompis funeralibus multa deplorantium erga mortuum. Ex Erasmo. A mortuo tributum exigere. uel colligere. Vide A uel Ab prepositiones. Excitare alicui a mortuis. Cic. 1. de Orat. 127. Mortuus. pen. prod. (ἀποθνήσκω) Aliud Participium. ut. Crudeles funere moriturus. Virg. 4. Aeneid. 62. Denso fertur mortuum in hostes. Virg. 2. Aeneid. 103. Moribundus. Adiectiuum (ἀποθνήσκω) Moriens. Cicero pro Sestio. 74. Filua moribundum extendit arena. Virg. 5. Aeneid. 75. Cuine moribundam deseris hostes? Virg. 4. Aeneid. 65. Hostia moribunda cecidit. Virg. 3. Georg. 98. Ora moribunda. Propert. lib. 3. eleg. 7. 12. Pestus moribundum. Ouid. 12. Metam. 24. Vox moribunda. Stat. 8. Thebaid. 129. Mortalis et hoc mortale. pen. prod. (ἐπιθνήσκω) Quod morti subiectum est. Cicero 3. de Natur. deor. 39. Mortale igitur omne animal et dissolubile et diuiduum sit necesse est. Ad deos unquam mortalia fallunt. Ouidius 1. Trist. et leg. 2. 20. Annua mortales. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 19. Arma mortalia demorari. Virg. 10. Aeneid. 6. Pro condicione uite mortalis immortalitatem consequi. Cicero 14. Philipp. 407. Corda mortalia. Virg. 1. Georg. 66. Corpora mortalia. Cic. de Senect. 73. Lucret. lib. 2. 182. Deus quidam mortalis. Quint. lib. 1. cap. 10. 3. De Oratore. Facta mortali. Facta hominum. Horat. de Arte. 14. Mortalia demere fila. Ouid. epist. 22. 8. Forma mortalis. Virgil. 9. Aeneid. 21. Fortuna non nunquam tanquam ipsa mortalis cum immortalis natura pugnare uidetur. Cic. 1. Offic. 168. Fulgor siderum mortalis. Plin. lib. 2. cap. 8. 2. Genus mortale. Ouid. 1. Metam. 53. Inimicite mortales. amicitiae immortales. Cicero pro Rabir. Posthumo. 20. Leges mortales. Liu. 4. bel. Maced. 27. Sic quas tempora aliqua desiderarunt leges. mortales (ut ita dicam) et temporibus ipsis mutabiles esse uideo. Mortales leges intelligit Linius non firmas. sed temporarias. Senec. autem epist. 64. Legem mortalem uocat mortalium. uel mortalitatis. Lumen mortale. Quint. lib. 5. cap. 12. Micro mortalis. Virg. 12. Aeneid. 148. hoc est mortali manu factus. Seruius. Mundum mortalem fecit Plato. Cic. 1. de Nat. deor. 31. Opera mortalia. Liu. 1. ab Vrbe. 9. Sermo mortalis. Lucret. lib. 5. 25. Vita mortalis. Lucret. lib. 3. 178. Turme mortales. Horat. 3. Carm. ode 4. 10. Vultus mortale. Virg. 12. Aeneid. 160. hoc est. ab homine mortali illatum. Seruius. Vultus mortalis. Virg. 1. Aeneid. 67. Mortale et Aeternum. contraria. Cic. 4. Acad. 223. Et quicquid est. mortale sit. an eternum et

Mortale et caducum. quibus opponitur Diuinum et aeternum. Cic. 1. de Legib. 91. Nil mortale loquar. Horat. 3. Carm. ode 25. 4. Nec mortale sonans. Virg. 6. Aeneid. 10. Mortalior. Comparatiuus. Plin. lib. 34. cap. 14. 4. Eademq; providentia nihil in rebus mortalibus faciente. quam quod infestissimum mortalitati. Mortalis. pen. prod. (ἀποθνήσκω) Substantiuum. pro homine. Cicero 7. Verr. 139. Na istum pascis horis prima actionis omnium mortalium sententis condemnauit. Aegri mortales. Virg. 1. Georg. 48. Miserrimi mortalis casum subire. Cicero Antequam iret in exil. 19. Turpe deum mortali cedere. Ouid. 9. Metam. 4. Tranquilla pace mortales inuare dicitur Venus. Lucret. lib. 1. 7. Tribuere plus alicui. quam mortali concedere par est. Lucret. libro 4. 239. Mortalitas. pen. cor. mortalitatis (ἀποθνήσκω) est contrarium est immortalitas. Quint. lib. 6. in Proem. Festinantemq; metu mea mortalitatis prostrauit. Afferre se a mortalitate. Vide Afferro. Omne quod ortum est. mortalitas consequitur. Cicero 1. de Natur. deor. 39. Intercipi mortalitate. Vide Intercipio. Supra mortalitatem tibi sunt omnia tributa. Cic. Octauio. 8. Mortalitas mollitie. Plin. lib. 36. cap. 22. 9. Mortalitas. pro hominibus mortalibus. Plin. lib. 2. cap. 76. 3. Mortalitas ipsa inuenit sibi medium quiddam. Mortalis. et hoc mortuale. pen. prod. (ἀποθνήσκω) Quod ad mortuos pertinet. Plaut. Afin. 13. 63. Haec sunt non nugae. non enim mortualia. Antiquum. Mortuariu. Idem. Domitius apud Gellium. Vos philosophi. inquit. mera estis (ut M. Cato ait) mortuaria glossaria. Vide Noct. Attic. lib. 18. cap. 7. Hoc autem uerbo Domitius. acriter philosophos pungit. ut loquaces. et inanium uerborum fundatores. praeficiq; similes. quae in mortuos nemiam argutam et nugacem cauebant. Glossaria mortuaria igitur intelligo per diminutionem linguas ad contemptum. ut ita dicam. praeficales. Turneb. Mortifer. pen. corr. siue Mortiferus. mortifera. mortiferum. pen. corr. Adiectiuum (ἀποθνήσκω) Quod mortem affert. Cic. 1. Tusc. 113. Et quum penes in manu iam mortiferum illud teneret poculum. De Socrate. Bellum mortiferum. Virg. 6. Aeneid. 56. Mortiferus dolor. apud Celsum sepe legitur. et lib. 5. cap. 26. Mortiferum ferrum. Silius lib. 10. 29. Grauis et mortifer morbus. Cic. 1. de Diuin. 112. Plaga mortifera. Cic. in Vatinius. 15. Insanabilis et mortifera plaga. Cic. pro Sestio. 35. Potio mortifera. Quint. lib. 7. cap. 4. 6. Praecepta mortifera pro salutaribus conscripserunt imperiti. Cic. 2. de Legib. 21. Vrtica contactu mortifera. Plin. lib. 10. cap. 59. 3. Vultus mortiferum. Liu. 2. ab Vrbe. 206. Mortifere. pen. corr. (ἀποθνήσκω) Aduerb. Lethaliter. Plin. epist. 60. 4. Aegrotabat mortifere. Morticinus. pen. prod. Adiect. (ἀποθνήσκω) Exanguis. corrupte unde Morticinam carnem dicimus animalium. quae non sunt mactata. sed per se mortua. Plinius. Sola haec anis in eo genere morticinam carnem non attingit. Varro 2. de re Rust. cap. 9. 8. Morticinus ouis non patiuntur uesci carne. Morticini. Pedum clau. Plin. lib. 22. cap. 23. 8. Clauis pedum. qui uulgò morticini appellantur. Nitro misto. ante subacti. Subacti. circumlinuntur lafer. Mortificatio.

Mortificatim, Mortifuncta, Mortus] Vide Mordeo.
Mortam] Vnam esse ex Parcis dicunt, quas veteres Latini tres esse putauerunt, easq; naturae et mori praesidere. Earum nomina fuerunt Nona, Decima, et Morta; quo commento illud uidentur uoluisse significare, tempestiuum partus tempus esse mensum nonum et decimum: qui uero ante hoc tempus in lucem prodeunt, aut mortuos nasci, aut uiuos statim mori. Siphontinus ex Martiano.
Mortarium] mortarij (μορτάριον) Vas in quo res resoluenda pisillo teruntur. Plaut. Aulul. 5. 17.
 Cultum, securim, pisillum, mortarium, Quae utenda uasa semper vicini rogant. Plinius libro 12. capite 27. 2. Fit et alio modo, quum in mortarijs immatura uia teritur.
Mortarium, Lacus et conceptabulum, in quo calx, siue intrita subigitur feruaturae. Budaeus, Mortarium, locus ubi arenatum ruro subigitur. Vitruu. de tectorio loquens, libro 7. capite 3. Graecorum uero tectores non his rationibus solum utendo faciunt opera firma, sed etiam mortario collocato, calce et arena ibi confusa, decuria hominum inducta lignis uectibus pisanter materiem, et ita ad certamen subacta tunc utuntur. Plin. lib. 36. cap. 23. 4. In Graecia tectoris etiam arenatum quod inducitur sunt, prius in mortario lignis uectibus subigunt.
Mortariola] Vide infra Olfici.
Mortuum in mare] (μορτῶν) Straboni dicitur quia nihil uiuum gignit. Lacus est in Pentapoli Syriae, qui nihil praeter bitumen gignit, nihil in eo graue submergitur. Vnde et Asphaltites uocatur: siue ab eo quod Graeci bitumen μορτῶν τῶν appellant: siue etiam rite μορτῶν dicitur, hoc est, a securitate, eo quod corpora uiua ei inhaerent, itaq; sint a submersione.
Morticinus, Mortifer] Vide Mors.
Morus] mori, f. g. (μορῖα) Arbor nouissima urbanarum germanis, nec uisi exacto frigore: ob id dicta sapientissima arborum. Sed quum coepit, intantum uniuersa germinatio erumpit, ut una nocte peragat etiam cum strepitu. Haec Plin. lib. 16. cap. 25. 8. Sunt tamen qui a Graeco deriuatum putent mori uocabulum, quod fructus nigros proferat, μωρῶν enim, Graeci nigrum uocant.
Arbor mori. Plin. lib. 16. cap. 44. 7.
Morum, mori, n. gen. (μορῶν) Fructus mori arboris. Sanguineis frontem moris, et tempora pingit. Virg. 6. eelog. 5.
Nigra mora. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 5.
Mora quoq; in rubis sunt, sed multum ab his differentia. Columel. lib. 5. cap. 10.
Excussa mora rubetis. Ouid. 4. Fast. 102. 1.
Haerentia mora in duris rubetis. Ouid. 1. Metam. 22.
Morychus] (μορῖος) Cognomen Bacchi apud Siculos, cuius faciem uindemia tempore misto et recentibus ficis illinere consueuerunt. Vide Erasum in prouerbio, Morycho stultior.
Moryllij] (μορῖλλοι) Macedoniae populi in Occasum uergentes, iuxta Allantenses, et Lyncestas. Plin. lib. 4. cap. 10.
Mos] moris, m. g. (ἦθος, ἥθη) Est uita institutum, consuetudine firmatum. Varro ait morem esse institutum animi, quod sequi debeat consuetudo. Cicero pro Cluent. 77. Non mos, consuetudoq; seruata.
Mores, de equis. Colum. lib. 6. cap. 29. 5. Mores autem laudantur, qui sunt ex placido et concitato mitissimi.
Mos obliuisci hominibus, neq; nouisse quouis nihili sit facienda gratia. Plaut. Capt. 18. 8.
Mos et consuetudo ciuilibus. Cic. 1. Offic. 206.
Nec mos bellantes una stabulare. Virg. 3. Georg. 45.
Mos est, Cic. de clar. Orator. 42. Mos est hominum, ut nolint

eundem pluribus in rebus excellere.
Mos erat antiquus. Ouid. 15. Metam. 9.
Virginibus Tyrjs mos est gestare pharetram. Vir. 1. Aen. 68.
Ut mos est, ut fieri solet. Cic. 7. Verr. 53.
Is genti mos dirus erat. Sil. lib. 16. 108.
Moris est. Cic. 3. Verr. 4. 5. Tum ille ut aliquid responderet, negauit moris esse Graecorum, ut in conuiuio, etc.
Graecia principium moris fuit. Ouid. 2. Fast. 9.
More. Plaut. Trinum. 1. 4. 26. Scuta iacere, fugereq; hostis, more habent licentiam.
More institutoq; omnium defendere. Cic. pro Cecinna, 1.
More agere, institutoq; ciuilibus. Cic. 1. Offic. 206.
Accusatorio more, et iure facere aliquid. Cic. pro Flacco, 10.
More sit. Plaut. Trinum. 1. 4. 27.
More rotat funde. Ouid. 4. Metam. 104.
More scribo, ut soleo. Cic. ad Oppium, lib. 11. 29. 7.
Meretricio more uiuere. Cic. pro Celso, 30. Vide Mereo.
More, pro De more. Virg. 7. Aeneid. 50.
Hot Priami gestamen erat quum iura uocatis
 More daret populis.
Bestiarum more uagari. Cic. 1. de Inuen. 3.
Ferarum more. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 22.
Degere uitam more frue. Virg. 4. Aeneid. 110.
Gigantum more bellare cum dijs, est naturae repugnare. Cicero de Senect. 6.
More hominum euenit. Terent. And. 5. 6. 3.
More ingenij humani. Salust. in Iugurtha.
Maendri more. Vide Maender.
More maiorum. Cic. ad Att. lib. 8. 167. 4.
More noualium proficiat ut terra id est, quemadmodum noualia. Colum. lib. 3. cap. 13.
More omnium, ut solent omnes. Cicero ad Cornificium, libro 12. 17. 5.
More patrum. Virg. 3. Georg. 36.
More meo. Cic. 1. de Orat. 53. Neq; grauior breuiter meo more, quid quaq; de re sentiam, dicere.
Intima more suo sese in canabula condent. Virgilius 4. Georg. 14. de apibus.
Nouo more aliquid facere. Cic. 4. Ver. 47.
More isto. Plaut. Bacchid. 11. 11.
Ad morem. Quintil. lib. 4. cap. 1. Materias sibi ipsi fingunt, et ad morem actionum proficiuntur.
Deducere ad morem alicuius. Vide Deduco.
De more. Virgil. 1. Aeneid. 65.
 Namq; humeris de more habilem suspenderat arcum.
 Pura coronatis portabant sacra canistris. Vide De.
Et circum illadas crimen de more soluta. Virg. 3. Aeneid. 13.
Cestis primum de more iuuenis. Virg. 3. Aeneid. 74.
Armenta affueto belli de more sequuntur. Sil. lib. 7. 63.
Comptos de more capillos turpare sanguine. Virgilius 10. Aeneidos, 167.
Ex more. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 56.
 Ex more imponens cognata uocabula rebus.
Priscoq; deos ex more precatus. Ouid. 15. Metam. 119.
Ex moribus disciplinaq; aliquorum barbariem quandam delere. Cic. pro Corn. Balbo, 34.
In morem. Virg. 1. Georg. 49.
 — perq; duas in morem fluminis Arctos. id est, in similitudinem, ut ait Valla lib. 4.
In morem stagni. Virg. 8. Aeneid. 18.
Simuloso stexu in morem fluminis elabi. Virg. 1. Georg. 48.
In morem operis componere carmina. Horatius 2. Serm. Satyr. 1. 13.
In more. Cic. 2. de lege Agrar. 17. Est hoc in more positum, institutoq; ma-

stitutoq; maiorum, ut ij qui, etc. Idem 2. Offic. 98; Quodq; in patrijs est moribus, multorum causas et non grauate, et gratuito defendere. Vide In.
In moribus est mihi. Cic. ad Atticum, lib. 6. 111. 21. Qui locus tamen corruptus est. Legendum enim est in amoribus: hoc est, in delicijs. Baysius.
Per hunc morem. Horat. 2. epist. 1. 30.
Tempestas sine more furit. Virg. 5. Aeneid. 139.
Moribus, pro more et consuetudine. Cic. pro Cecinna, 14. Et de fundo Cecinna moribus deduceretur.
Qui sapit innumerus moribus aptus erit. Ouid. 1. de Arte, 53.
Casus moribus. Vide Castus.
Consimilis moribus. Vide Consimilis.
Incompositus moribus. Quintil. lib. 4. cap. 5. 8.
Perfectus moribus. Quintil. in Proem. lib. 1. 14.
Natura uel more perfecta uirtus. Cic. 1. Acad. 53.
Argumenta morum. Quintil. lib. 3. cap. 9. 15.
Doctus imitator morum. Horat. de Arte, 65.
Veritas morum. Quintil. lib. 6. cap. 2. 22.
Aequi mores modicis erantibus. Iuu. Sat. 14. 2.
Antiqui mores. Vide Antiquus.
Moris antiqui homo. In laude ponitur, pro eo qui antiqua innocentiam obseruat. Liu. 9. bel. Maced. 37.
Antiquus mos sacrorum. Lucret. lib. 2. 12. 2.
Auidi mores. Vide Auidus.
Barbarus mos. Horat. 1. Carm. ode 27. 1.
Bonus mos. Plaut. Capt. 5. 4.
Commodus mos. Cic. de Amicitia, 49.
Carui mores, Non recti. Per Satyr. 3. 6.
Damnati mores. Iuuenal. Satyr. 13. 25.
Deductus mos. Horat. 4. Carm. ode 4. 4.
Feri mores hominum. Senec. Octau. 7. 10.
Humiles mores. Stat. 3. Sylu. 3. 30.
Immodesti mores. Vide Immodestus.
Improbos mos. Plaut. Trinum. 1. 4. 27.
Indosti mores. Vide Indostus.
Infidus mos. Stat. 4. Thebaid. 49.
Institus uicio genti mos. Vide Infero.
Insuper mos. Vide Insuperco.
Internortui mores. Vide Internortior.
Inortui mores. Pers. Satyr. 5. 4.
Non inutilis mos. Quintil. lib. 1. cap. 2. 16.
Lepidi mores. Vide Lepidus.
Malignus mos. Claud. 1. Paneg. 23.
Maritimi mores. Vide Mare.
Mendosi mores. Vide Menda.
Mitissimi mores. Vide Mitis.
Noui mores. Vide Nouus.
Pacifici mores. Claud. 3. Paneg. 31.
Patrius mos. Ouid. 6. Metam. 130.
Patrius mos Academiae. Cic. 1. de Orat. 41.
Rigidi mores. Ouid. 2. de Remed. amor. 74.
Solemns sacrorum mos. Lucret. lib. 1. 20.
Variis mos. Virg. 1. Georg. 51.
Accipere more. Cic. 3. Off. 57. Vide Accipio.
Affingere mores. Vide Affingo.
Agere morem. Vide Ago.
Resio more agere aliquid. Horat. 2. epist. 2. 27.
Austero more et modo agere. Cic. pro Cel. 24.
Astringere mores. Quintil. lib. 2. cap. 2. 3.
Bibere more Graeco. Vide Bibo.
Bibere mores. Claud. de Nupt. Honorij, 47.
Captare mores. Vide Capto, in Capio.
Cedere moribus alicuius. Horat. 1. epist. 19. 9.

Rebus mores cessere secundis, id est, cum fortuna immutata fuerunt mores. Lucan. lib. 1. 33.
Colere mores populi. Vide Colo.
Comprobare mores factis. Vide Comprobare.
Permetit ad faciem rabidos compefcere mores. Ouidius 3. de Arte, 100.
Conformare mores. Cic. 4. de Finib. 7. Vide Conformato.
Congruere cum alterius moribus. Vide Congruo.
Congruere in morem alicuius. Vide Congruo.
Consequi morem. Vide Consequo.
Conueniant mores. Vide Conuenio.
Corrumpere mores alicuius. Vide Corrumpto.
Custodire morem. Vide Custodio.
Decedere suo more. Vide Decedo.
Deduci ad morem. Cic. 2. Offic. 165.
Mendosus defendere mores. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 1.
Detegunt se mores. Quintil. lib. 1. cap. 3. 7.
Noctentissimis moribus perniciofa dare instrumenta. Quintil. lib. 2. cap. 15. 22.
Effingere mores. Cic. 2. de Diuinat. 14. 2.
Excolere mores. Quintil. in Proem. lib. 4. 3.
Exornare morem communis sermonis decore quodam scenico. Quintil. lib. 2. cap. 10. 9.
Scilicet expectas solium tibi moris honorem? Ouidius 3. Trist. eleg. 13. 3.
Exprimere oratione mores alicuius iustos, integros, religiofos, etc. Cic. 2. de Orator. 98.
Exuperas morum nobilitate genus. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 1.
Nam morem fecerat usus. Ouid. 2. Metam. 69.
Peruerso more facere. Cic. pro Rose. Com. 32.
Facta moribus uis: cui opponitur, Contra morem facta. Cicero pro Cecinna, 1.
In faciem, moresq; meos noua crimina fingis. Ouidius epist. 12. 36.
Suis quisq; fingitur moribus. Cic. in Parad. 43.
Morem gerere, Obedire. Terent. Eunuc. 1. 2. 108. Mos gerendus est Thaidi.
Morem gerere animo. Plaut. Amph. 3. 131.
Sed gerat ille suo morem furiosus amori. Ouidius 2. Amor. eleg. 2. 3.
Mores quos ante gerebant, nunc quoque habent. Ouidius 7. Metamorph. 133.
Imitari mores et disciplinam alicuius. Cic. pro Deiotaro, 19.
Immutare mores. Vide Immuto.
Facis morem imponere populis: id est, leges pacis. Virgilius 6. Aeneid. 171. Seruius.
Incessus mos. Vide Incesso.
Inducere morem. Vide Induco.
Nouos inducere mores. Stat. 12. Thebaid. 119.
Inducere aliquid in mores populi. Cic. 2. de Orat. 66.
Inducere mores pudicos et seueros. Vide Induco.
Inscicere prauis moribus. Vide Inscicio.
Hominum mores inspicere. Horat. 1. epist. 2. 4.
Instituere mores. Quintil. lib. 1. cap. 2. 2.
Ad uitium mores instruet inde suos. Ouid. 2. Trist. 52.
Labuntur ad mollitiem mores. Vide Labor, laboris.
Manet mos. Vide Maneo.
Ma. net mos antiquus. Cic. Rufo, lib. 5. 20. 3.
Mutare mores. Vide Muto.
Obcalluerit mores. Vide Obcallero.
Obferere mores. Vide Obfero, obferui.
More et exemplo opitulari. Cic. pro Cecina, 27.
Ornare moribus aliquid. Horat. 2. epist. 1. 1.
Ostendere mores alicuius. Vide Ostendo.

Feres mores immanemq; alicuius naturam ostendere. Cic. pro Rosc. Amer. 22.
 Si miro perdere more,
 Ferre uocatur opem. Ouid. 13. Metam. 145.
 Perdere mores alicuius. Quint. lib. 1. cap. 2. 6.
 Perducere aliquid in morem. Cic. 2. de Inuent. 242.
 Perlucent mores, & quodammodo agnoscuntur ex oratione dicentis. Quint. lib. 6. cap. 2. 12.
 Permittere morem. Virgil. 1. Aeneid. 109.
 Hec melior specie, moribus illa placet. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 10.
 Prætereundere uultum & tristitiam pessimis moribus. Quint. in Proem. lib. 1. 13.
 Pallentes radere mores. Perf. Satyr. 5. 2.
 Referre morem aliquem. Virg. 5. Aeneid. 120.
 Morem antiquum referre, pro Reducere. Suet. in Iulio Cæsar. capite 20.
 Exemplisq; suo mores reget. Ouid. 15. Metam. 167.
 Virtutem & mores alicuius representare. Hor. 1. epist. 20. 3.
 Sensus moresq; repugnant. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 20.
 Retinere morem. Cic. 2. de Fimib. 3.
 Seruare morem. Quint. lib. 1. cap. 2. 16.
 Adumbrare morem alicuius, imitari. Curtius lib. 10.
 Condere mores alicuius gentis, instituire. Curt. lib. 8.
 Pati mores. Plin. lib. 36. cap. 16. 2.
 Proferre mores ciuiles, Euertere, perdere. Plinius lib. 36. capite 13. 15.
 Soluere morem traditum à prioribus. Vide Solutio.
 Traditum ab antiquis morem seruare. Horatius 1. Serm. Satyr. 4. 24.
 Regibus hic mos est, &c. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 1.
 Tendere morem. Cic. 5. Tusc. 17.
 Sacrorum morem tenere. Virg. 3. Aeneid. 82.
 Ad nostrum usum moremque trans ferri. Cic. 3. de Orat. 53.
 Iam dolor in morem ueni meus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 8.
 More alieno uiuere. Vide Vitio.
 Moribus antiquis uiuendum. Plaut. Trin. 6. 16.
 Mores cæli. Plin. lib. 14. cap. 1. 2. Succisq; tantum gratia ex his pluribus modis ad cæli mores, soliq; ingenia.
 Varium cæli prædicere morem. Virg. 1. Georg. 11.
 Moratus, pen. prod. Adiect. (moratus) Qui siue bonis siue malis moribus præditus est. Cicero 2. Tusculan. 16. Quotus enim quisq; Philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac uita constitutus, ut ratio postulat. Idem in Partit. 4. 4. Quemadmodum quisq; generatus, quemadmodum educatus, quemadmodum institutus, moratusq; fuerit. Terent. Hecyra, 4. 4. 22.
 — sed quid mulieris
 Vxorem habes: aut quibus moratam moribus Fabula recte morata. Horat. de Arte, 65.
 Morata ianua. Plaut. Aſina. 8. 10.
 Moratus, in malam partem. Plaut. Trucul. 4. 5.
 — noui ego hominum mores:
 Ita nunc adoleſcentes morati sunt.
 Moratus bene. Cic. 2. Offic. 58. Bene morati reges.
 Moratum optime genus hominum. Cic. 2. pro lege Agrar. 83.
 Morata ciuitas. Cic. de clar. Orat. 4.
 Morata oratio. Quint. lib. 4. cap. 2. id est, qui mores exprimit, inquit Budeus.
 Bene moratam disciplinam obtinere. Colum. lib. 1. cap. 8. 16.
 Moralitatis, hoc morale, pen. prod. (moralitatis) Quod pertinet ad mores. Cic. de Fato, 1. Quia pertinet ad mores, quos illi Græci uocant, nos eam partem philosophiæ de moribus appellare solemus: sed decet augentem linguam Latinam nominare moralem.

Moralitas] pen. cor. moralitatis. Macrobi. lib. 5. Saturn. cap. 1. Sunt præterea styli dicendi duo, dispari moralitate diuersi.
 Morigeror, pen. corr. morigeraris, morigeratus sum (morigerari) morigerari, Obsquit, & quasi ad alterius uoluntatem mores transformare. Cic. in Oratore, 90. Voluptati autem aurium morigerari debet oratio.
 Morigero, morigerus, pen. corr. (morigerari) morigerare, antiq; dixit Plautus Capti. 5. 4.
 Ei uos morigerare mos bonus est.
 Morigerus, pen. corr. Adiectiuum (morigerus) Obediens. Terent. Andria, 1. 5. 59.
 Siue hæc te solum semper fecit maximi, Seu tibi morigera fuit in rebz omnibus.
 Malè morigerus. Vide Malus.
 Morosus, penult. prod. Adiectiuum (morosus) Qui moribus est difficilibus & fastidiosus. Cicero in Oratore, 56. Vsq; eò difficile ac morosus sumus, ut nobis non satis fiat ipse Demosthenes. Idem de Senectute, 60. At sunt morosi & anxij & iracundi & difficiles senes, si querimus, etiam auari.
 Difficilis & morosus. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 19.
 Mirabiliter morosum esse. Cic. Attic. lib. 2. 40. 1.
 Morosa nati, uel nasci arbor. Plin. lib. 16. cap. 33. 1. Idem libro 17. capite 20. 8.
 Cantus morosa. Horat. 1. Carm. ode 9. 4.
 Morosa uitis. Plin. lib. 14. cap. 2. 7.
 Morose, pen. prod. Adiectiuum (morosus) Plinius libro 18. capite 13. 2. Terram non morose eligit, penè ubi nihil aliud feri possit.
 Morose, aut ingenio, liberoq; fastidio ineptias hominum respiciere. Cic. de clar. Orat. 12. 7.
 Morositas, pen. corr. morositas (morositas) Cic. de Senect. 60. At morositas tamen, & ea uitia quæ dixi, habent aliquid excusationis.
 Morologus, morologi, pen. cor. (morologus) Qui in sermone morosus est, id est, molestus. Vnde & sermones huiusmodi dicuntur morologi. Plaut. Pseud. 2. 2. 15.
 Neq; ibi esse alium alio odio, ibi nec molestum, nec sermonibus morologis uti.
 Mosillus, mosilli (mosillus) Paruus mos: quo diminutiuus usus est Cato.
 Mola] uulgo, Fluius est Gallia Belgica, ex Vogeso monte profuens: de quo Plin. lib. 4. cap. 14. & 15. Tacit. lib. 2. & 20. Et Cæsar de bello Gall.
 Moschatula] Pyra quedam dicitur, teste Sipontino, quæ odorem moschij referunt. Est autem Moschus, animalculum similitudine muris, binos in superiore mandibula dentes habens, & totidem in inferiore, eosq; ad interiora recuruos, in cuius corpore iuxta umbilicum apostema sanguinolentum nascitur, quod unâ cum pelle excisum siccatumq; præstantissimum spirat odorem, & inter primas hominum delicias habetur, cibisq; & medicinis, & unguentis passim adhibetur. Hinc itaq; pyri quoddam genus Moschatulum dicitur, quod ad hunc odorem proximè accedat.
 Moschus] uulgo, Populus est Asiaticus prope Phasim fluuium. ea regio est tripartita: unam Colchi, alteram Euberes, & tertiam Hermetij inhabitant. Lucan. lib. 3. 54. Hi nunc Moscouite dicuntur.
 Moschus] fluius, nunc uulgo Moraua.
 Moschus] grammaticus & poeta Syracusanus, Aristarchi scholasticus: hic secundus à Theocrito scriptis carmen Bucolicum. Suidas.
 Moschus] alius quidam apud Horatium 1. epist. 5. Mitte leues spes, & certamina diuitiarum.

Et Moschi

Et Moschi causam.
 Moses] Mosi & Mosi, sicut Achilles, Achilles, & Achilli (μοῦσης, μωσῆς) nomen inclitici Iudeorum ducis. Iuuen. Satyr. 14. 11.
 Tradidit arcanò quodcumq; uolumine Moses.
 Et interposito y psilo, Moses dicitur: quod habetur in frequentiori usu. Sedulius.
 Quid quod & Heliam & clarum uidere Moses? Scriptum legitur in sacris Biblijs, Exodi cap. 2. ex euentu rerum nomen ei impostum fuisse: id est, ex aqua saluatus, eo quod de flumine sit saluatus.
 Mossynœci] uulgo, populi Asia: uersus Septentrionem, qui (ut Pomponius lib. 1. refert) turres ligneas subeunt, notis corpus omne persignant, propatulo uescuntur, promiscue concumbunt, & palam reges suffragio delignant, unculisq; & aratissima custodia tenent. Valer. 5. Argon. 311. Vos quoq; non nota mirari uela carina.
 Mossynœci: uos stabulis Macrones ab alijs.
 Mo(s)ylon] uulgo, promontorium Aethiopiae, emporium habens eiusdem nominis. Stephanus.
 Motabilis, Motus] Vide Moueo.
 Motacilla] motacilla. Vide Cinædus, auiculae nomen, in Cinædi.
 Motho] mothus, uulgo, Arabum uicis, in quo Antigonus Macedo à Rabilo rege fuit interfecus: quæ etiam cædes uicem nomen fecit. Nam Motho Arabum lingua mortis locum significat. Stephanus.
 Motye] Motyes, uulgo, Siciliae oppidum, ita dictum à Motye quadam muliere, quæ Herculi eos indicauit qui boues eius abegerat. Hæc Stephanus, ex sententia Hecate.
 Moueo] moues, moti, motu (moueo, mouere, mouere) mouere, Notam habet significatio nem. Terent. And. 4. 4. 10.
 Moue ocyus te, ut quid agam porro intelligas.
 Motus in infirio rem locum de superiore. Cic. pro Cecim. 37.
 Moueri de opinione. Cic. 4. Acad. 255.
 Mouere de sententia. Liu. 9. bell. Maced. 165.
 Mouerit è uotis pars quotacumq; deos. Tibul. lib. 3. eleg. 7. 11.
 Mouere in contrarium. Plin. lib. 11. cap. 48. 1. Idem, cap. 28. 5. In obliquum mouere.
 Mouere, pro Discedere. Cic. ad Atticum, lib. 9. 170. 1. Hæc dum scribebam priuè Non. xiiii. die, postquam ille Canusio mouerat.
 Mouere ab Vrbe: subaudi, castra. Liu. 4. bel. Pun. 200. Cicero ad Att. lib. 4. 79. 3.
 Si nondum profecta sunt, nihil est quod se moueant. Cic. ad Atticum, lib. 7. 135. 3.
 Mouere se uestigio. Liu. 1. bell. Pun. 164.
 Mouere castra. Cæsar i. bell. Gall. 160. Sic lib. 2. 238. Cicero 6. Verr. 35. & 1. de Diuinat. 130. Quum Aretium uersus castra mouisset.
 Mouere, pro Mutare. Liu. 4. bel. Maced. Ad eò nihil motum ex antiquo probabile est ueteribus, nisi quæ usus euidenter arat quit, stari malunt.
 Mouere se ad motum fortunæ, Mutare animum cum fortuna. Cæsar lib. 2. bel. Ciuilis.
 Mouere ancilla. Sueton. in Vitell. Sed & moris, nec dum conditis ancillis. Solebant qui bello gerendo præciebantur, ut inquit Seruius, ingredi Martis sacrarium, ancillaq; primini mouere: deinde simulachri hastam, dicentes, Mars uigila. Promuebantur autem in dicto bello ancilla, ut mouerentur: ac professionem suscipere, antequam condita essent, omnium & religionum habebatur. Cornel. Tacit. Euerit qui proficenti Othoni moras religio neque nondum condi-

Theauri pars 2.

torum ancillium afferrent. Hæc ex Turnebo.
 Mouere pro Remouere. Cic. 3. de Fimib. 112. Quid non si aliud ex alio necitur, ut nò si ullam literam moueris, labet omnia Actem loco mouere. Vide Acties.
 Loco mouere uerba. Horat. 2. epist. 2. 23.
 Catulos læne mouere. Horat. 3. Carm. ode 20. 1.
 Mouere loco aliquem. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 7. 4.
 Mouere se loco, uel ex loco. Cels. 3. bel. Gal. 4. 11. Sic, Liu. 4. bel. Macedon. 77.
 A gremio alicuius se mouere. Catul. de Passere, epigr. 3. 2.
 Mone abs te morantibus est, Festina. Plaut. Capt. 13. 21.
 Vasta mole mouere se. Virg. 3. Aeneid. 132. de Polyphemo.
 Tali remigio, nauis se tarda mouebat. Virg. 5. Aeneid. 56.
 Mouere ex opinione. Cic. 3. de Nat. deor. 6.
 Mouere aliquem possessione. Cic. 3. Verr. 81.
 Mouere Senatus, uel de Senatu. Cic. pro Cluent. 96. Liu. 9. bel. Maced. 176. Sic moueri statu, Liu. 10. bel. Pun. 83.
 Mouere animum. Virg. 3. Georg. 165.
 Non umbrae atorum nemorum, non mollia possunt Prata mouere animum. Seruius, in suam desiderium illicere.
 Lachrymis adamantam mouebis. Ouid. i. de Arte, 133.
 Admiraciones, plausus, clamores, nò approbationes solum mouere debet Orator. Cic. in Orat. 140. Vide Admiror.
 um uel uentrem mouere, pro Ciere. Cato cap. 115. Martial. Alu. lib. 11. 46. Sic Mouere uirum, Plin. lib. 20. cap. 2. 3. Et Mouere uomitionem, ibidem.
 ud tuat ambages præceptaq; parua mouere: Ouidius 3. Que Arte, 130.
 Arma mouere. Virg. 12. Aeneid. 2.
 Tum demum mouet arma leo.
 Magica arma mouere. Ouid. 5. Metam. 40.
 Bellum mouere: & ad bellum. Cic. 1. Offic. 56. Ad eò summa erant obseruato in bello mouedo. Liu. 5. bel. Maced. 415. Suis queng; stimulis mouerent ad Romanum bellum.
 Brachia mouere dicitur equi, quado subsilit. Ouid. 2. Met. 134.
 Edidit hinnitus, & brachia mouit in herbis.
 Mouere calculos in utraq; parte: id est, difficultates, aut rationes. Plin. epist. 43. 6.
 Cantus mouere. Virgil. 10. Aeneid. 33.
 Ianua faciles mouet cardines, Facile aperitur. Horat. 3. Carm. ode 25. 1.
 Carmen ore mouere. Ouid. 14. Metam. 5.
 Citharam cum uoce mouere. Ouid. 5. Metam. 23.
 Cursus pituitæ mouere. Cels. lib. 7. cap. 7.
 Dentes nonnunquam mouentur, modo propter radicem imbecillitatem, modo propter gingiuarum arescentium nitium. Celsus lib. 7. cap. 12.
 Dolorem mouere. Celsus lib. 7. cap. 4.
 Dicta Iouis mouere deos. Ouid. 9. Metam. 88.
 Expectationem mouere alicui de. Cic. ad Att. lib. 2. 29. 1.
 Fastidium mouere alicui. Iuuen. Satyr. 10. 21.
 Fastidia mouere stomacho. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 16.
 Febrem mouere. Celsus lib. 8. cap. 16.
 Mouere Ioui serium. Cato cap. 134. 1. Vide Fertum.
 Mouere fidem, Mutare. Liuius lib. 5. belli Maced.
 Mouere cerebrum, Turbare. Senec. epist. 36.
 Mouere se ad nutum fortunæ, Mutare animum cum fortuna. Cæsar lib. 2. bell. Ciuil.
 Controuersiam mouere. Scauola in l. ult. in princip. ff. de pignor. actione.
 Fides mouere, Ludere fidibus. Ouid. ad Pisonem, 35.
 Et fila sonantia mouit. Ouid. 10. Metam. 18.
 Fletum mouere. Cic. 1. de Oratore, 116.

Et Heredes

Heredes mouere, pro Excludere. Cic. 3. Offic. 100. Indignationem mouere. Liu. 4. ab Vrbe, 218. Inflammationes graues mouere. Celsus lib. 8. cap. 4. Ingentium alicuius mouere. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 4. Labra mouet metuens audiri. Horat. 1. epist. 17. 12. Lachrymas mouere. Quintil. lib. 6. cap. 2. Lingua strepore stridore mouere. Ouid. 9. Metam. 13. Loco mouentur ossa. Celsus lib. 8. cap. 2. Mentionem de re aliqua mouere. Liu. 8. bell. Pun. 80. Misericordiam mouere. Cic. 2. de Orator. 154. Multa mouens animo. Virg. 3. Aeneid. 7. Omne nefas animo mouentes. Horat. 3. Carm. ode 4. 14. Nuptias mouere, Perturbare, inquit Donatus. Terent. Andr. 3. 2. 36. Oculos mouet et delectat pulchritudo corporis. Cicero. 1. Officior. 139. Verbis odia aspera moui. Virg. 2. Aeneid. 20. Mouetur opus. Ouid. 4. Fast. 65. Maius opus moueo. Virg. 7. Aeneid. 9. Ad cit haram uocata mouerat ora. Ouid. 5. Metam. 67. Palmam mouet ordine nemo. Virg. 5. Aeneid. 70. Quisq; pedem moui. Ouid. 5. Metam. 127. Pedem mouerat et protulerat a limine. Iuuen. Satyr. 10. 3. Solemnis uoce mouere preces. Ouid. 6. Fast. 125. Risum mouere, Excitare. Cicero 4. de Fimib. 99. Horatius 1. epist. 3. 4. Risum et iocum mouere alicui. Horat. 1. epist. 20. 4. Risum mouere salibus. Claud. 8. Paneg. 62. Risum mouere per uarios sales. Claud. 2. in Eutrop. 68. Saxa mouere sono testudinis. Horat. de Arte. 80. Mouere alicuius sententiam. Cic. ad Attic. lib. 7. 123. 10. Signa mouere. Virg. 3. Georg. 48. Verba lyrae motura sonum. Horat. 2. epist. 2. 12. Spiritum mouere. Celsus lib. 8. cap. 9. Sternutamentum mouere. Celsus lib. 8. cap. 9. Stomachum mouere, Vomitum excitare. Plin. lib. 13. cap. 23. 1. Apulum uomitus facit stomachum et alium mouet. Mouere stomachum alicui, pro Irritare. Cic. ad Attic. lib. 6. 114. 13. In quo tamen ille mihi risum magis, quam stomachum mouere solet. Studia alicuius mouere, Obturbare, uel interturbare. Cicero 1. de Fimib. 4. Sudorena mouere. Celsus lib. 2. cap. 17. Quae uoueo, superos motura puabo. Ouid. in Ibin. 26. Suspicionem mouere. Cic. ad Cellium, lib. 2. 15. 7. Rigidam tellurem mouere spirante Borea. Virg. 2. Georg. 64. Omnes terras, omnia maria mouere. Cic. ad Attic. lib. 8. 155. 3. Unde mouet tonitrus. Ouid. 2. Metam. 62. Tragedias mouere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 28. Tussim mouere. Celsus lib. 8. cap. 9. Tenui uentos mouisse flabello. Ouid. 1. de Arte. 33. Vomitum mouet bilis. Celsus lib. 8. cap. 16. Vriam mouere. Celsus libro 3. cap. 21. Optima est, quae urinam mouet. Moueo istec, aut curo. Terent. Andr. 5. 4. 18. Ego iste c moueo, aut curo. Irrisio est. Mouet me. Papinianus de cond. furiua. l. parui refert. Nec me mouet praesens homo fuerit, necne. Causa de damn. infecti l. si adibus. Sed mouet me, quod ipse meas ades reficere possim. Multa me mouent in discessu. Cic. Attico, lib. 16. 333. 4. Moueri super re aliqua. Virg. 10. Aeneid. 9. Peracutem moueri. Vide Peracutus. Serua Briseis mouit Achillem. Horat. 2. Carm. ode 4. 1. Nulla hic infida tales, absiste moueri. Virg. 6. Aeneid. 80.

Sponte moueri, et Agitari pulsus externo, contraria. Cic. 2. de Natur. deorum, 45. Pluma, aut folio facilius moueri. Cic. ad Attic. lib. 8. 167. 3. Nulla contentione mente ipsa ac uoluntate mouentur membra hominum. Cic. 3. de Nat. deor. 133. Animis mouentur et sensibus. Cic. 2. de Nat. deor. 83. Animo moueri de salute aliquorum. Cic. pro Deiotaro, 6. Donis moueri. Virg. 1. Aeneid. 145. Fletibus moueri. Virg. 4. Aeneid. 88. Nil moueri lachrymis. Propert. lib. 3. eleg. 24. 5. Mente ac sensibus moueri. Cic. 4. Academ. 180. Moueri sermonibus. Asinius Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 31. 3. Neque enim species famulae mouetur. Virg. 4. Aeneid. 34. Vultum moueri. Virg. 6. Aeneid. 94. In omnem affectum mouere aliquem. Quintil. lib. 6. cap. 3. 72. In neutram partem moueri in re aliqua. Cic. 5. Acad. 235. Organice et mechanicè moueri, apud Vitruuium. Vide Organice in Organum. Mouentur res magne: hoc est, commouentur, excitantur. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 7. 7. Mouere ac moliri aliquid. Liu. 3. bell. Punic. 182. Mouere, pro Moueri: ut, Terra mouere dicitur. Gel. lib. 4. cap. 6. Sueton. in Claud. Celsus, cap. 22. Obseruauitq; sedulo, ut quoties terra in urbe mouisset, ferias aduocata concione Praetor indiceret. Mouendus puluis (μωννδν) Virg. 2. Georg. 84. Sollicitanda tamen tellus, puluisq; mouendus. Mouens, Participium (μωννδν) Qui mouet, Mouentes res, pro mobilibus. Liu. Quod ex ea tantum praeda quae rerum momentium sit, decima designetur. Motus, Aliud Particip. (μωννδν) Virg. 1. Aeneid. 28. — sed motus praestat componere fluctus. Motus eram dictus. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 5. Tumultu motus Aeneas. Virg. 6. Aeneid. 64. Moti terriculis. Liu. 4. bel. Maced. 50. Motus sonuere colubrae. Ouid. 4. Metam. 99. Motus, huius motus, Verbale (μωννδν) mouens, mouens, uoluntatis, uoluntatis) Ipse mouendi actus. Virg. 5. Aeneid. 76. Ille pedum melior motu. Acutus motus. Stat. 6. Thebaid. 58. Vide Acuo. Asidui motus. Ouid. epist. 18. 33. Concitatisimus corporis motus. Quintil. lib. 2. cap. 11. 4. Decens motus. Quintil. lib. 1. cap. 10. 21. Inconditus motus. Vide Inconditus. Ionici motus, Saltationes Ionum. Horat. 3. Carm. ode 6. 5. Mora mes, quod uulgo dicimus sensum turbatum. Senec. epist. 94. Socius motus. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 7. Tremulus motus. Lucret. lib. 3. 61. Nullos audeat dare corpore motus. Ouid. 5. Metam. 126. Incompositos motus dare. Virg. 1. Georg. 70. Furere motu capitis. Quintil. lib. 2. cap. 12. 6. Habuere motum saxa. Senec. Herc. Oeth. 4. 45. Vano motu iactans brachia. Senec. Herc. fur. 12. 7. Feroci motu quatiens caput. Senec. Medea. 11. 2. Hastarum tremulo quatiebant spicula motu. Ouid. 8. Met. 76. Effero motu recursum huc et huc. Senec. Medea. 6. 2. Tremiscere motu. Ouid. 7. Metam. 130. Lassasq; uersantes supremo lumina motu. Ouid. 7. Metam. 118. Reciprocos motus agit spiritus. Senec. Herc. fur. 11. 32. Motus caeli et siderum. Cic. de Vniuers. 25. Orbicus motus. Vide Orbis. Ipsa quoq; asidua labuntur tempora motu. Ouid. 15. Met. 36. Incerto discurrunt sidera motu. Lucret. lib. 1. 128. Dare motus. Lucret. lib. 1. 168.

Retio

Retio contrariotq; motu orbes atq; caelum uersantur. Cicero in Somn. Scipion. 14. Celeri motu simul aethra feruntur. Lucret. lib. 4. 36. Cietur et agitatur motu suo quod est calidum et igneum. Cic. 2. de Nat. deor. 34. Omnia quum rerum primordia sint in motu. Lucret. lib. 2. 62. Auctifici motus. Lucret. lib. 2. 15. Diuino motu concitus. Ouid. 6. Metam. 32. Exitiales motus. Lucret. lib. 2. 115. Sollicitus motus. Lucret. lib. 1. 70. Vitales motus. Lucret. lib. 2. 190. Varius motus. Lucret. lib. 5. 243. Interiore motu cietur id quod animal est. Cic. in Som. Scip. 32. Motibus mutationibusq; suis ciens omnia natura. Cicero 3. de Natur. deorum, 37. Consciare motus. Lucret. lib. 2. 23. Declinare motus. Lucret. lib. 2. 52. Siquid proprio dat corpore motus. Lucret. lib. 2. 63. Dominans motus lethi in corpore. Lucret. lib. 2. 192. Edere motus. Lucret. lib. 3. 113. Nouos rerum peragere motus. Lucret. lib. 2. 117. Motus animi. Perturbatio. Cic. 1. Offic. 189. Vi perturbationes fugiamus, id est, motus animi nimios, rationi non obtemperantes. Agitatio et motu uacuis esse nunquam potest animus. Cic. 1. de Diuin. 191. Sensus, motus, et appetitus animi. Cic. 1. de Diuin. 122. Celeres quidam motus animi et ingenij esse debent. Cicero. 1. de Orat. 56. Sensiferi motus. Lucret. lib. 3. 189. Temporarius animi motus. Quintil. lib. 5. cap. 10. 21. Leticia motus in se accipere. Lucret. lib. 3. 24. Afferre motus in animis: Vide Affero. Dulcem motu afferunt sensibus res quaedam. Cic. 2. de Fin. 16. Adhibere motus iudici. Vide Adhibeo. Cogitationis motus celeriter agitur. Cic. in Orat. 74. Consciteri motum animi sui lachrymis. Quintil. lib. 6. cap. 1. 18. Dat motus actum quendam et factum. Quintil. lib. 2. cap. 13. 6. Languescunt motus mentis. Lucret. lib. 3. 211. Vario miscetur pectora motu. Virg. 12. Aeneid. 44. Petendus motus a comediis. Quintil. lib. 1. cap. 11. 2. In motu uoluptatem esse. Cic. 2. de Fimib. 17. Modici tangunt praecordia motus. Ouid. 1. de Remed. amor. 16. Pectora tangebant trepido salientia motu. Ouid. 8. Met. 127. Animi motus aliò traducere. Lucret. lib. 4. 216. Motus, Comotio. Cic. pro Flacco, 37. Videtis quo in motu temporum, quanta conuersione rerum ac perturbatione uersentur. Motus et conatus. Cic. 2. in Catil. 45. Populi motus factus est. Cic. 2. de Orat. 109. Anceps motus uulgi. Claud. 1. in Ruffin. 14. Rebells motus. Claud. 4. Paneg. 43. Magnificentissimus ille totius Italiae motus, municipiorumq; concursus. Cic. pro Domo sua, 110. Truces motus. Lucan. lib. 8. 159. Afferre motum Reipub. Cic. 2. in Catil. 27. Discordesq; serit motus. Stat. 10. Thebaid. 115. In motu esse, pro Perturbari, uel excitatum esse. Cic. ad Quintil. frat. lib. 3. 18. 5. Excipere fluuios motus. Virg. 4. Aeneid. 59. Ingens motus aquarum. Virg. 4. Georg. 73. Caci motus orientis Auftri. Horat. 3. Carm. ode 27. 4. Magni motus. Lucret. lib. 1. 60. Infolitis tremuerunt motibus Alpes. Virg. 1. Aeneid. 95. Motus, pro causa. Plin. epist. 4. lib. 3. Audisti cossilij mei motus.

Thefauri pars 2.

Motio, motionis, Verbale (μωννδν) Cic. 2. de Natura deor. 218. In corporum etiam motione atque gestu multa cernunt subtilis. Motio animi. Cic. 1. Acad. 46. Motio manet. Celsus lib. 3. cap. 6. Nam si post alteram febrem motio manet, post alteram integrum corpus est, integro corpore, cibo tempus aptius est. Motio ab ordine. Vlpian. in l. ij. §. poena autem. ff. stellationatus, in his autem qui sunt in aliquo honore positi, ad tempus relegatio, uel ab ordine motio, remittenda est. Motiuicula, pen. corr. Diminutiuum. Seneca de Tranquillitate, Qui ex diuturno grauiq; morbo explicui, motiuiculis leuibuscq; offensis perstringuntur. Idem epist. 54. Leuis motiuicula decipit. Motor, aliud Verb. (μωννδν) Mart. lib. 11. in Charidemum, Cunarum fueras motor Charideme mearum, Et pueri cultos, assiduusq; comes. Motorius] Adiectiuum: unde Motoria fabula. Vide Statarius in Sto. Moto, motas (μωννδν) motare, Frequent. Virg. 5. eclog. 1. Siue sub incertas Zephyris motantibus umbras. Quercus motant cacumina. Virg. 6. eclog. 6. Latus motare. Ouid. 13. Metam. 199. Motuantur] μωννδν, pro motantur, dixit Plautus in Trucul. 4. 84. Ne ut in estu motuantur ire. Mobilis, et hoc mobile, pen. corr. (μωννδν, μωννδν) Qui facile mouetur. Plin. lib. 11. cap. 37. 16. Supercilia homini et pariter et aeternè mobilis. Mobilis pedes. Plaut. Mil. 10. 36. Volat ambiguus mobilis alis. Senec. Hippol. 11. 4. Mobilia et fluitantia. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 54. Aequor mobile. Ouid. epist. 2. 26. Aetis mobilis iuuenum. Virg. 3. Georg. 33. Mobili animo esse: hoc est, Leui et inconstanti. Q. Metellus ad Ciceronem, lib. 5. 1. 4. Mobilissimo ardore tenetur mundus. Cic. 2. de Nat. deor. 45. Aura mobilis. Ouid. 3. de Arte, 139. Curfus mobilis. Senec. Hippol. 4. 18. Folia mobilia. Horat. 1. Carm. ode 23. 1. Mobilis ad omnem auram spei gens, atque infida. Liu. 9. bel. Punic. 26. Mobilis homo: cui opponitur Cōstans. Cic. pro Rosc. Com. 28. Hora mobilis. Senec. Hippol. 11. 4. Horat. 2. epist. 2. 35. Humor mobilis caeli. Virg. 1. Georg. 84. Mobilia ingenia. Liu. 2. ab Vrbe, 157. Ira mobilis turbati uulgi. Silius lib. 8. 57. Mobile lignum alienis uiribus. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 17. id est, quod mouetur alienis uiribus, alioqui immobile. Egregie mobilis natura animi. Lucret. lib. 3. 42. Lubrici et mobiles oculi. Cic. 2. de Natur. 1. or. 213. Res mobiles. Hermogenes de uerb. et rerum signif. Pecunie nomine nō solum numerata pecunia, sed omnes res, tam solum quam mobiles, et tam corpora quam rura continentur. Veni mobiles. Ouid. epist. 5. 22. Vulgus mobile. Claud. 7. Paneg. 61. Caduca semper et mobilia non uirtutis atq; ingenij, sed fortunae et temporum munera. Cic. pro Domo sua, 113. Mobiliter, pen. corr. Aduerbium (μωννδν) Cic. 2. de Natur. deor. 35. Animaduersumq; sepe est, quum cor animatis alicuius euilsum, ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem. Mobiliter et celeriter. Caesar 3. bell. Gall. 390. Mobilitas, pen. corr. Dimin. (μωννδν, μωννδν) Plinius

EE 2 lib. 6.

lib. 6. cap. 30. 1. Animalium, hominumq; effigies monstriferas circa extremitates eius gigni minime mirum artifice, ad formanda corpora effigiesq; celandis mobilitate ignea.

Pedum mobilitas. Ouid. ad Pisonem, 37.

Crebra mobilitas. Ouid. epist. 2. 1. 10.

Præcellere mobilitate. Lucret. lib. 2. 33.

Fama uiget mobilitate. Virg. 4. Aeneid. 35.

Celerissima mobilitate sunt sidera. Cic. 2. de Natur. deor. 59.

Linguae mobilitas, uerborum celeritas. Cic. 1. de Nat. deor. 63.

Mobilitas, pro Inconstantia & lenitate. Cic. 7. Philipp. 223.

Quid est inconstantia, mobilitate, lenitate, cum singulis hominibus, tum uero uniuerso Senatui turpius?

Mobilito, mobilitas, penul. corr. (μολιτώ) mobilitare: Lucretius lib. 3. 59.

Inde calor motus & uentri cæca potestas Accipit, inde aer, inde omnia mobilitantur.

Mox] ad uicem, Aduerb. significat Statim. Terent. Eunu. 2. 1. 13.

Nam aut tam reuertere: aut mox noctu te adigent horsum in somnia.

Discedo pauper à somnijs, atq; mox reuertar. Ci. de Diuin. 86

Mox deinde recurrit. Tibull. lib. 1. eleg. 5. 15.

Mox, Paulò post, uel Postea. Cic. 1. de Orat. 72, Verum illa mox nunc de ipsa exercitatione quid sentias, querimus.

Quis segetes occat, tibi mox frumenta datur? Hor. 2. epist. 2. 33.

Mox tamè ardentes accingar dicere pugnas. Virg. 3. Georg. 10.

Mox, pro Deinde. Sueton. in Octauius Aug. cap. 4. 7, Nec mox occasio aut causa traiciendi fuit. Plin. lib. 12. cap. 12. 3.

Quam mox Terent. Phorm. 1. 3. 9.

Dum expecto quam mox ueniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem. Liu. 5. ab Urb. 198.

Mox quam. Vlpian. tit. 1. eius libri qui inscriptus est, Tituli ex corpore Vlpiani, Qui testamentum liber esse iustus est, mox quam unus ex hereditibus adierit hereditatem, liber fit. id est, mox postquam.

Muc] syllaba ueteres ad depulsionem fascini et inuidie, maliq; imò ad silentiū ominandum interpretandūq; usurpasse uidentur, si modò uetustis libris fides habenda est, in quibus, quod ex Plinio scribam, sic exaratum est, Quamquam illos religione mutatur. Libri editi habent, mutatur, quod & placet. Vide Turnebum.

Mucor] mucoris, pen. prod. m. g. (μυρός) Lanugo quæ diutino situ contrahitur: quemadmodum in pane, carne, alijsq; huiusmodi fieri uidemus Colum. lib. 12. cap. 4. 3. Ne situ penoris mucorem contrahant.

Mucor in uino. Vlpian. in l. si quis uina. §. 1. ff. de peric. & commod. rei uend.

Mucridus, pen. corr. Adiect. (μυρδός, μυρδόνος) Quod mucorem contraxit. Columel. de Arboribus, cap. 6. 4. At quæ mali generis & infructuosa uinea est, summâsq; partes & mucidas & excasas habet, &c.

Frusca mucida farinæ solidæ. Iuuenal. Satyr. 5. 7.

Nymphæ, noxter amor, Libethrides, &c. Censorinus itidem De die natali, capite 26, Organum (inquit) tres habuit intensiones, grauem, mediam, acutam. Inde Musae quoque tres olim sunt estimatae, Hypate, Mese, Nete. vnde id est, chorda tenoris infimit: uerum, media: uerum, chorda soni acuti. Diuus Augustinus libro 2. de doctrina Christiana, Non audiendi sunt, inquit, errores gentilium superstitionum, qui nouem Musas, Iouis & Memoriae filias esse finxerunt. Resistit eos Varro, quo nescio utrum apud eos quisquam talium rerum doctor uel curiosior esse possit. Dicit enim ciuitatem nescio quam (nec enim recordor nomen) locasse apud tres artifices terna simulachra Musarum, quae in templo Apollinis dono poneret: ut quisquis artificum pulchritudinem formasset, ab illo potissimum emerit. Ita contigisse, ut opera sua illi artifices aequè pulchra explicarent: & placuisse ciuitati omnes nouem, atq; omnes uenturas esse, ut in Apollinis templo dicarentur, quibus postea dicit Hesiodum poetam imposuisse uocabula. Non ergo Iupiter nouem Musas genuit: sed tres fabri teruas fecerunt. Haec tenus Augustinus. Porro ciuitatis nomen quod ait se non recordari, Sicyon esse, ut testatur Ausonius in Grypho ternarij hoc carmine.

Tres solas quondam tenuit quas dextera Phoebi: Sed Sicyon totidem ternas ex ere sacrauit.

Sunt tamen qui legant, Sacrauit toties ternas ex ere Cithæron. Pausanias quoque tres artifices, Cephisodotus, Strongylion, & Olympiosibem nominat: quorum singuli ternas Musas effecerunt, & has primas fuisse. Alias uero idem Pausanias tres Musas connumerat, quas ait ab Aloei filijs Oto & Ephialte sic nominatas: primam uocant, hoc est, meditationem: secundam uocant, hoc est, memoriam: tertiam uocant, hoc est, cantilenam. Plutarchus in libro Symposiacum tradit, antiquitus res Musas fuisse existimatas, non secundum ea tria modulandi genera, de quibus paulo supra retulimus, uerum quod potius distiplinas in tria genera ueteres diuiserunt, philosophiam, rhetoricam, et mathematicam. Hinc quoque, iuxta Hesiodi opinionem, harum quilibet in tres diuisa. Philosophia quidem in dialecticam, ethice siue moralem, & physicam: Rhetorice uero in demonstrationem, deliberationem, & iudicalem: Mathematica autem in musicam, arithmeticam, & geometricam. Sed & Arati interpret scribit, Orpheum ideo hynam nouem chordarum constituisse, quoniam idem esset Musarum numerus.

Musas Iouis & Mnemosynes, hoc est, Memoriae filias poete finxerunt, quod ipsi qui ad disciplinas & scientias peruenire cupiunt, duo haec in primis necessaria sunt, intellectus scilicet, & memoriae facultas. Hoc Graeci μνημονεύειν, illud uocant uocant. Proclus in Commentarijs. Iouem autem putabant contribuere, τὸ μνημονεύειν: at Mnemosynen, τὸ μνημονεύειν.

Musas Plato in Cratyllo dicit affirmat a τὰ τὸ μῦσαι, quod est inquirere, quasi indagatrices: cui Pharnutus in libro de Nat. deor. subscribit. Ita enim ait, καὶ δὲ τὰ μῦσαι αὐτὰ τὸ μῦσαι, ὃ ἐστὶν ἠρώμεναι. Musae, inquit, dicuntur ab inquisitione. Idem sentit Suidas, idem & Palephatus. Vnde & alii quando Mosas eas antiqui uocauerunt. Eusebius tamen in Eudagelica preparatione, Musas tradit sic appellatas, quia uisus apud Graecos honesta bonaq; doctrina in hituo significat, quam obrem eas Orpheus & Proclus hominibus religione monstrasse in hymnis suis eccinerunt. Idè Orpheus in hymnatis Musas per cōcisionem quasi in clusas, ἀ μῦσαι δὲ μῦσαι ut nra

ut nihil sint nisi melos harmoniacum. Alij uero propter disciplinarum inter se conuenientiam, quasi quorūdam, quod uno nexu disciplinae omnes teneant, atq; ita fiat ethyclopædia. Vel quod inuicem, sicut uirtutes, necessariae sibi esse uideantur, ut ait Casiodorus. Vnde fit, ut ab antiquis nonnullis doctrinae ac scientiae copula ac nodus quidam existimetur.

Musas simul uersari, & in chorum numerumq; ludos agere, dixerunt antiqui, propter scientiarum copulam & nexum, quo inter se disciplinae quodam quasi nodo copulantur & coniunguntur. Eadem de causa sorores existimatas putant.

Muse in montibus dicuntur uersari, ut ait Cornutus: quod secessu & solitarijs maxime locis studiosi uiri delectantur. Sunt & qui uide in Helicone & montium uerticibus uersari autem, quod ipsa sapientia atq; intellectus, ex quibus disciplinae ac scientiae nobis comparantur, quae per Musas intelliguntur, in hominis capite, ut in puriori & eminentiori loco, dicuntur esse.

Musas palma coronari multi prodidiere, propter quandam nominis similitudinem. Phoenicum enim populorum inuentū esse literae dicuntur, & ab his ad Graecos delatae. Phoenicetiam Graeci palmam significat. Vel, ut consentaneum magis Cornuto uidetur, ideo palma Musae coronantur, quoniam eius arboris fructus dulcis est, multumque tardè crescit, multiplex & copiosus. Attribuitur & laurus Musis: uel quod ea arbor ad inspirationem & afflatum, & (ut Graeci dicunt) enthusiasmum conseruat: quod Sophocles in Cassandra docet. Vel quod eius arboris gustu poeticam se facultatem adipisci antiqui crediderunt, ut Lycophon innuit, qui posteam daphnophagum uocat, & de se canit Hesiodus: atq; ideo etiam à tuernale dictum, Satyr. 7. 2.

Laurumq; momordit. Vel potius, quod ab ea arbor semper sit uirens: atq; simili modo bonorum poetarum uersus uiretere perpetuo dicuntur per ora docti uirorum. Quæ & eadem causa in Musarum et Apollinis certaminibus poetarum uictores, quasi immortalitate quadam dignos, lauro coronati non solum apud antiquos, sed nunc quoque moris esse uidemus.

Musas esse Apollinis comites, idq; in dextra parte, indicat illud Ausonij in Grypho,

Tres solas quondam tenuit quas dextera Phoebi. Quæ de re Marcellus Picinus in epistolis haec memoriae prodidit, Orpheus (ait) Delphicos aliquando lucos ingressus, oraculum consulturus, obuium statim quasi iam expiatus Apollinem habuit. Quamq; nouem Musas, tresq; Gratas ad dextram comitantes cominus aspexisset, ad sinistram autem quamuis eminens sequentes picae & furiae, admirabundus exclamauit altius, O quam diuersi, inquit, decem hunc sequuntur exercitus. Sed nolli uates mirari, Phoebus ait. Nempe quotidie multi mihi sacrificant, ut Musarum à me Gratiarumq; munera impetrent. Ergo quicumq; sacra puris manibus nobis faciunt, Musas à nobis Gratasq; gratis accipiunt. Quicumq; uero sacra manibus pollutis attrectare audent, picae & furiae inuiti reportant. Haec ille. Macrobius libro 1. Saturnal. capite 17, tradit Apollinis simulacra manu dextera Gratas gestare, arcum uero cum sagittis sinistra: quod ad noxam sit pigrior, & salutem dextera manus promptior largiatur. Quam eandem causam accipere, cur in parte dextra Musae sint collocatae. Hinc & à Graecis Apollo Musagetes dicitur, quasi Musarum dux.

Musas comites fuisse Ostridis, testatur Diodorus lib. 1. cap. 2. Dicitur Ostris, inquit, fuisse cupidior risus delectariq; solitus musicis & choris. Quapropter illum, musicorum mul-

titudo sequebatur. Inter eos nouem fuisse uirgines adolescentulas, tum canere solitas, tum in alijs eruditas: quas deinceps Graeci appellarunt Musas. Haec Apollinem docuisse dicunt (ut ait ibidem) quae ex re musicus est appellatus. Sunt tamen qui putant Musas à Parcis edoctas fuisse. Diodorus Siculus Musas ab Ioue patre literarum inuentionem attributam asserit. Eas quoque multi tradunt fuisse Bacchi comites.

Musarum nutricem Hyginus in Astronomico poetico, & Latina in Aratum commentaria, quae Basso à quibusdam adscribuntur, Euphemen uocant, quae Crotonem filium habuit, qui Musarum precibus, quod inter eas esset uersatus, & ab eis musicam edoctus, ab Ioue inter sidera collocatus, Saggiarij nomen habet. Huius quidem Euphemes statuam Pausanias in Helicone positam fuisse ait ad Musarum lucum. Porro Eupheme interpretatur Latine Laus.

Musas esse alatas scribit Porphyrius in tertio de Sacrificijs. Vnde apud Ouidium Metam. 5. una earum sic ait,

— claudis sua tecta Pyreneus,

Vimq; parat: quam nos sumptis effugimus alis.

Musas esse pulchritudine eximia tradit Homerus, teste Diodoro Siculo lib. 5. cap. 1.

Musae, à plerisq; uirgines esse dicuntur, ut author est Diodorus lib. 1. cap. 2. quoniam disciplinae, ut uirgines, abditae atq; incomptae esse uidentur, natuo scilicet decore contentae.

Musae & Hercules eodè in templo una colebantur, ut est apud Ouidium in Fastis, & Suetonium in Augusto, cap. 29, ubi fertur, à Martio Philippo eadem Hercules & Musarum exstructam, cuius rei causam Plutarchus in questionibus uestigans, ex Iube autoritate ait, Euanthrum edoctum ab Hercule literas, gratis id statuisse. Hinc uocari cepit Hercules Musarum. Eumgenius in Oratione de instaurandis scholis, hystoriam sic recitat, Aedem, inquit, Hercules Musarum in circo Flaminio Fuluis ille nobilior ex pecunia Censoria fecit, non id modo sequitur, quod ipse literis & summa poetae amicitia duceretur, sed in Graecia quum esset imperator, ac ceperat Herculem Musagetem esse, hoc est, comitem ducemq; Musarum. Idemq; primus nouem signa, id est, omnium Caenarum, quae ex Ambraciensi oppido translata sunt, sub tutela fortissimi numinis consecrauit, ut res quae à mutuis operibus & praemijs iuari ornariq; deberent, Musarum uidelicet quiete defensionis Hercules, & uirtus Hercules uoce Musarum. Haec uenit ille.

Musis rem diuinam primi fecisse dicuntur in Helicone Otus et Ephialtes, Aloei filij, & in Asra habitasse: ut uersus poetae Elegefisi ex eius poemate Atthide ostendunt, qui apud Callippum leguntur, & Pausaniam.

Musis etiam rem sacram facere Pastores, tradit Theocritus, & eius expositor: qui propterea id fieri ait, quoniam illis cura est cantilenarum, quarum sunt Musae praesides. Quinimo in hymno quodam Nemeo Pindarus eas uult filias esse Musarum, quum ita canit, αὐτὰρ ὅρα μὲν ὄρνιθες ἀϊόνα δῶ. Vbi expositores haec identidem inculcant, Musarum filiae Cantilena.

Musarum uolucres, uocat Apes Varr. de re Rust. lib. 3. cap. 16. Sic enim ait, de apibus uerba faciens, Quae cum causa Musarum esse dicuntur uolucres, quod & si quando dislicate sunt, cymbali & plausibus & numero reducuntur in locum unum. Et ut Musis Heliconae atq; Olympum attribuerunt homines, sic his floridos & in cultos natura attribuit montes. Haec uenit Varro. Proinde etiam non defuerunt, qui Aristoteli scripserunt pastorem fuisse Musarum, propterea quod primus apes & mellis usum admirant: Comatan quoque pastorem fuisse legimus in Commentarijs Theocriti, qui ex pecora

ribus singulis quum rem sacram Musis faceret, eius dominum indignatum fuisse, illumque ideo in ligneam arcam conclusisse, ac eius salutem Musis commississe, quas tantopere Comatas coluerat. Arcam uero insequenti mox tempore adaperiens dominus, Comatas uiuum reperit, inque ea mellis fauos, quibus Muse uitam Comate conseruauerant.

Musarum nomina et cognomina, uide singula suis locis. Dicitur enim Nympha, Camoena, Heliconiades, Parnassides, Aonides, Pierides, Pegasides, Aganippides, Thestiasides, Libethrides, Pimpliades, Castalides, Corycides, Olympiades, Ardalides, Maenides, Mnemosynides, Pateides, Ligiae, Ilisiades, et Ilisiades siue Hiliadiades, Hyantiae, Citheriades.

Delubra Musarum colere. Cic. pro Archia, 29.

Dona Musarum. Hor. 2. epist. 1. 49.

Sacerdos Musarum. Hor. 3. Carm. ode 1. 1.

Sacerdos Musarum, Phoebusque. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 5.

Sacra Musarum colere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2. 10.

Amicus Musis. Hor. 1. Carm. ode 26. 1.

Dulces Musae. Virg. 2. Georg. 9. 5.

Deditus nulli Musae. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 21.

Musae, pro Humanitate, doctrina, et literis accipiuntur. Cicero 5. Tusculan. Quis est enim omnium, qui modo cum musis, id est, cum humanitate et cum doctrina habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum malit, quam illum tyrannum?

Agrifres musae. Cicero in Orat. Omnis enim ueritas et quasi sylvia dicendi ducta ab illis est, nec satis tamen instructa ad forenses causas, quas (ut illi ipsi dicere solebant) agrifloribus musis reliquerunt. Sic enim Philosophi forenses causas appellabant, quoniam in eis (ut frequenter agriflorum homines solent) oratores uociferantur, clamant, litigant, et sepe de rebus tantum pecuniariis certant. In Partionibus Cicero duo genera hominum facit: alterum agriflorum, quod utilitate ac licentia alterum uero urbanum, quod honestate magis mouetur. Quin et Philosophicas disputationes appellat Musas mansuetiores, et pro quacumque doctrina Musam ponit. Unde apud Graecos uir omni scientia destitutus, ἀμαθία appellatur, hoc est (ut Cicero pro Archia uidetur interpretari) aduersus a Musis. Hinc illud prouerbum, indoctos a Musis atque a Gratia abesse. Sic Athenaeus parum eruditus fabulas ἀμαθιστικὰς uocat. Contra ἀμαθιστικὰς Graeci uocant, hominem maximè eruditum et politum: quasi quis Latine dixerit, omnibus Musis instructum. Quoniam igitur apud uulgum imperiti homines (quod ait Aristoteles et Quintilianus) plerumque uidentur ingeniosiores in dicendo, quam eruditi, ideo Musas agriflorum uocant.

Mansuetiores musae. Cic. Lent. lib. 1. 9. 94.

Musae nostrae. Cicero ad Tironem, libro 16. 12. 4. Tum Musis nostris para, ut operas reddas, nostra ad diem dictam fient.

Auersus a musis, insulsus et ineptus ad literas. Cicero pro Arch. 15.

Cum omnibus musis rationem habere cogito. Cicero ad Attic. lib. 2. 20. 4.

Delectare se cum musis. Cic. ad Att. lib. 2. 19. 3.

Musica, musica: uel Musice, musices, penultima correpta (μῦσικος) Scientia, quae modum canendi demonstrat. Plinius libro 7. capite 56. 13, Musicam Amphion inuenit. Cic. 3. de Fin. 8.

Tractare musicam. Cic. 3. de Orat. 7. 2.

Effeminata, et impudicis modis fracta musice. Quintilianus lib. 1. cap. 10. 2. 4.

Musicae appellatione (inquit Budaeus) prisci humanitatem literarum significauerunt: in qua ingenuus homines docebant

ocium conterere, animumque recreare. Recentiores uero ad numerorum modulationem hoc uebrum transferunt: quia musica uelut lyrae animi a curis uexati est requies. Artem tractare musicam, Periphrasticè dictum, pro Comedias scribere. Terentius in prolog. Phorm. 18. Donatus.

Musica, pen. corr. Adiectiuum (μουσικός) Quod ad musicam pertinet. Plin. lib. 2. cap. 22. Sed Pythagoras interdum ex musica ratione appellat tonum, quantum abste a terra luanat. Idem lib. 37. cap. 1. Hic uidetur instituisse, ut omnes musicae artis, hac quoque ostentatione censerentur.

Note musicae. Quintilianus lib. 1. cap. 12. 10.

Musicum studium, pro Studio componendi comedias. Terentius in prolog. Heaut.

Musicus, Substantiuum (μουσικός, μουσικός) Qui docet musicam. Cic. 3. de Fin. 5.

In fidibus, musicorum aures uel minima sentiunt. Cicero 1. Offic. 13. 0.

Haberi musicum. Cic. 2. Tuscul. 18.

Flouerunt in Graecia musici. Cic. 1. Tuscul. 7.

Musica, musicorum (μουσική) Cic. 1. de Orat. 92. Ut in musicis numeris et uoces, et modi, et c. Et 5. Tusculan. 89, Musicorum uero perstudiosum accepimus. de Dionysio Syracusano.

Conterere se in musicis. Vide Contero.

Musice, pen. corr. Aduerbium (μουσικῶς) Integre, ut nihil desit. Nam Musicam ueteres encyclopaediam dixerunt, in qua omnes artes sunt comprehense. Musice etiam, delicatè significat et genialiter: nam musicos adipat et genialiter uere manifestum est. Plaut. Mostell. 9. 33.

Musice herede agit et aetatem: itaque, uti uos decet, Vno et uictu, piscatuque, probò electili vitam colitis.

Musaeus, Adiectiuum (μουσαῖος) ut Lepor musaeus. Lucret. lib. 4. 2. Idem paulo post.

Et quasi musaeo dulci contingere melle.

Museum, musaei (μουσαῖον) Domicilium Musis dicuntur: accipiturque pro diversorio eruditorum. Plin. lib. 1. epist. 9. ad Minutium Fundanum, O mare, o litus, uerum secretumque museum: quam multa inuenitis, quam multa dictatis? Varro de re Rust. lib. 3. cap. 5. Vbi confluunt alter annis ad summum flumen, ubi est museum.

Musa Antonius] Augusti medicus fuit, cuius meminit Horat. lib. 1. epist. ad Vallam. Plin. lib. 19. cap. 8. Diuus certe Augustus laetitia conferuatus in egritudine fertur, prudentia Musae medici.

Musaeus] μωσαῖος, Eumolpi filius, Atheniensis, primus, teste Diogene, deorum genealogiam uersibus tradidisse fertur, sphaeramque inuenisse scripsit amores Heris et Leandri hexametris, qui extant. Decepsit Falerijs, ut indicat epigramma.

Eumolpi exanimem Musaeum terra Falerium Coninet hoc tumulo pignora chara patris. Musaeos tres Suidas commemorat: unum Eleusinum, Antiphoni filium, uersificatorè, discipulum Orphei, qui scripsit de poetis, id est, uitae praecepta, ad Eumolpum filium, uersuum ferè 1111. millibus. Virgilius 6. Aeneidos, 134. Alterum Thebanum, Thamyrae filium refert, ante Troianum bellum, qui poeta melicus fuit: scripsitque hymnos et cantica. Tertium Epheasium, item uersificatorum, qui tempore fuit Eumenis et Ataltali Pergami regum, scripsitque res Pergamenses: praeter ea de Perside libros decem.

Musca] musca (μύγα) Notum animal. Cicero de clar. Oratoribus, 11. 4. Qui nisi se suo more iactauerit, hodie te istius muscae comedissent.

Ligurium

Liguriunt muscae. Var. 3. de Re rust. cap. 16. Lambunt muscae. Vide Lambo.

Abigere muscas. Cic. 2. de Orat. 13. 7.

Afferantur muscae. Vide Aspéro.

Musca, pro homine modesto et importuno. Cic. lib. 2. de Oratore, Quid enim est Vargola affectus cum eum caddidatus A. Sempronius cum Marco suo fratre complexus esset, Puer abigere muscas: Ratum quae fuit, qui est mea sententia uel tenuissimus ingenij fructus.

Musca nulla foemina: id est, nulla foemina. Plaut. in Truculento, Act. 2. scen. 2. — quae tu mulieres

Mibi narra, ubi musca nulla foemina est in aedibus?

Musca, pen. corr. Adiectiuum (μύσκα) Quod ad muscas pertinet. Plin. lib. 29. cap. 6. 23. Aranei muscarij tele, et praecipue spelunca ipsa imposita per frontem, et c. id est, qui uenatur muscas.

Muscarium, muscarij (μούσκου) Flabellum quo muscae abiguntur. Martialis de muscario pauonio, lib. 14. 7. 2.

Lambere quae turpes prohibet tua prandia muscae, Alitis eximia cauda superba fuit.

Muscarium ab huius similitudine etiam appellatur coma illa quarundam herbarum, in qua semina dependent: qualis est ferule, foeniculi, aneti, olusatari, et similia. Plin. lib. 12. cap. 26. 1. Semine è muscarij dependente, ut ferule. in papauere et similibus, scapus: in iuglandibus, auellanis, panicula appellatur.

Muscarius, Adiect. Ea formatione fit, qua formicinus, inquit Perottus.

Muscarda, Musculus] Vide Mus.

Muscus] musci (μύσκη, μύσκη) Viridis herba sine lanugo in corticibus arborum, et circa latera fontium, et locis humidis nascens. Virg. 6. eclog. 13, — musco circumdat amarae Corticis.

Molli tellus erat humida musco. Ouid. 8. Metam. 113.

Virens muscus. Ouid. 3. Fast. 60.

Viridis muscus. Lucret. lib. 5. 190.

Circum ita saxa musco. Horat. 1. epist. 10. 2.

Turpi musco squalabant fistigia. Ouid. 1. Metam. 76.

Virentia stagna musco. Virg. 4. Georg. 4.

Muscus in uite. Colum. lib. 4. cap. 2. 4.

Muscosus, pen. prod. Adiectiuum (μούσκος) Quod musco opertum est: ut Muscosi fontes. Virg. 7. eclog. 9. Et Muscosi prata, apud Varronem 1. de Re rust. cap. 9. 5. Cicero ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 95. Nihil muscosius.

Solum muscosum. Propert. lib. 3. eleg. 3. 6.

Muscor, muscaris (μούσκα) muscari, Est musco tegi: unde compositum Emuscor. Colum. lib. 11. cap. 2. 2. 6. Oleae putantur et emuscantur: hoc est, musco liberantur.

Musca] muscorum (μούσκα λεγόμενα) dicuntur quae in edificijs ex pumicibus dependentia sunt, ad imaginè specus arte reddenda. Plin. lib. 36. ca. 21. In què locis sic ait Hermolaus, quae hic Musca appellatur, Aelius Spartianus Musca appellat: haec hodie uulgò Musca dicuntur. Muscae opus (ait Volateranus lib. 27. De domo et eius partibus) Plinius comenorat lib. 36. ca. 21. Spartianus in Pescenio nigro Musca, sic enim ait, Hinc in Commodianis hortis in porticu curua, pictura Musca inter Comodi amicissimos uidentur sacra fides ferè. Eius nunc rei hodie ars amissa: cum tot in templis collabentes ac celebres imagines absidesque ignaua seculi pereat. Haec tenus Volateranus. Vide Hermol. Barbar. in Corol. cap. 960. et Alciatu in tres lib. posteriores Codicis: et Lodoicium Viuem in lib. 16. cap. 8. beati Augustini de Ciuitate Dei. Siphonimus, Vermiculare ueteres dixerunt, minuta opera facere: et uermiculata opera, paruis testulis elaborata: qualia sunt, Theauri pars 2.

que nunc à Muscis Musca uocant. Musca enim dicuntur, quae in edificijs ex pumicibus dependentia, sunt ad imaginè specus arte reddendam. Plin. lib. 36. ca. 1. Vermiculatis ad effigiem rerum et animalium crustis, Lucilius apud Cic. lib. 3. de Orat. Quam lepidè lexeis cōposse, ut tessellae omnes

Arte pauimento atque emblemate uermiculato. Nobis placet hoc genus operis, quod Graeci ἀπὸ τῆς ὑβδαλλῆς, quod est Interfero, emblemata uocant, trifaria distinguunt quod in parietibus fit, uermiculatum siue muscaecum dicitur: quod in lignis, segmentatum: quod in pauimentis, tessellatum. Constat tamen, haec apud aethiopes saepe confundi. Idè alibi, Huiusmodi, inquit, pauimento lapideis siue figulinis crustis constant, uitro tectis, atque encausto pictis: inuentum Agrippae in thermis, quas Romae edificauit. Vulgo id opus nunc Muscaecum uocant. Muscaecum autem dici debet, à Muscis.

Muscaecum] pen. prod. (μούσκα) Locus est circa Olympum Macedoniae montem, Musca consecratus. Stephanus.

Musica] Vide Musa.

Musimon] pen. cor. musimonis, masc. g. (μούσιμων) Asinus, mulus, aut equus breuis. Lucilius lib. 6. Precum emit, qui uendit equum musimonem. Cato Deletorio, Asinum, aut musimonem, aut arietem. Haec Nonius. De musimone sic Plin. lib. 8. cap. 49. Est in Hispania, sed maxime Corsica, non maxime ab simile pecori, genus musimoni, caprino uillo, quam pecoris uelleri propius: quorum è genere, et ouibus natos prisci umbros uocauerunt, infirmissimum pecori caput: quada obrem auersam à sole pasci cogendum.

Musinor] Vide Muginor.

Musium] Vide Musca, muscaeorum.

Musmon, musmonis (μούμων) Musmones, inquit Strabo, arietes sunt in Sardinia, qui pro uellere uillum caprinum generant, quorum sese pelibus loriant. Haec ille. Plinius uideatur eos appellare Musimones. Vide supra in Musimon.

Musonius] Philosophus fuit non incelebris, cuius hoc luculentè uereque dicitur refert Gellius: ἀντι πελάγας καλῶν μετὰ πόδας, ὁ μὲν πύθη δὲ χιτῶνα, τὸ δὲ καλῶν μένει: ἀντι ποίησε αἰσχροῦ μετὰ ἡλιον, τὸ μὲν ἡδὲ δὲ χιτῶνα, τὸ δὲ αἰσχροῦ μένει. Vide Noct. Attic. lib. 16. cap. 1.

Mulsito, Musso, Mussa] Vide Mutio in Murus.

Mustace] mustaceus, pen. pro. Genus lauri. Plin. lib. 15. ca. 30, Duo lauri genera tradit Cato: Delphica, et Cypria. Pompeius Lenaeus adiecit, quam mustacem appellauit, quoniam mustacis subijceretur, hanc esse folio maximo, flaccidoque et albicante.

Mustaceum, γλαυκίον, Genus libi. Vide Laureola in Laurus. Cic. ad Attic. lib. 5. 108. 6. In eodem Amomo cepit laureolam in mustaceo querere. Luuen. Satyr. 6. 21.

Mustaceus, masc. gen. Idem (γλαυκίον) Cato de Re rust. cap. 128, Mustaceos sic facito: Farinae siligineae modium unum musto confertur, ansium, cuminum, adipis p. 11. casei libram, et de uirga lauri deradito, eodem addito. Et ubi definxeris, lauri filia subitus addito, quum coques.

Mustela] mustela, pen. prod. (μούστα) Animal mures persequens et serpentes. Plin. lib. 29. cap. 4. 3. Mustelarum duo genera: alterum syluestre: distant magnitudine. Graeci uocant ichthidas. Harum scilicet contra aspidem dicitur efficax, caeterò uenenum. Haec autem quae in domibus nectis oberrat, et cautos suos (ut auctor est Cic.) quotidie transfert, mutatque sedem, serpentes prosequitur. Var. 3. de Re rust. cap. 10. 4.

Mustela, Piscis genus, murenae ferè similis. Plin. lib. 9. ca. 17. 4. Mustela, aut Siphonimus, in lacu Brigantino Rherie, murenae ferè similis, et caeteros omnes pisces nostra etate excedentes precio: quas à lambendis petris, nunc lampetras nominant. Siphonimo subscribit Massarius in lib. 9. Plin. ubi multa de

GG ta de

ta de musela. Ausonius in Mosella,
 Quaeq; per illyricum, per stagna binominis isbri
 Spum. urum indicij caperis Musela natatum, &c.
 ¶ Muselanus, pen. prod. Adiect. (μυσελαδης) Quod est mu-
 selae, vel simile musela. Terent. Eunuch. 4. 4. 21,
 Hic est uerus, uicinus, ueternus senex,
 Colore muselino. Plin. lib. 30. cap. 14. 2. Aut ex utricu-
 lo muselino per genitale effluentes aquas.
 Musella] Musela, Viri nomen proprius, qui Ciceronis ualde
 studiosus fuit, ut ipse testatur scribens Attico, lib. 12. 2. 57. 3.
 Idē 2. Philip. 10. 4. dicit hunc gladiatorum principem fuisse.
 Musricola] musricola, Est machinula (auctore Festo) ex
 regulis, in qua calceus nouus infuitur. Afranius, Musricu-
 lam in dentes indam tibi.
 Mustum] musti (μυστου) Vinū nouū. Ouid. 4. Fast. 179,
 Præmia de lacubus proxima musta tuis. Plin. lib. 23. cap.
 1. 16. Musti differētia habent naturales has, quod sunt can-
 didi, aut nigri, aut inter utrunq; aliq; ex quibus uinum fiat,
 alia ex quibus passum. Cic. de clar. Orat. 15. 9. Sic ego istis cō-
 fuerim, & nouam istam quasi de musto ac lacu feruidā ora-
 tionem fugiendam.
 Austeri musta. Quinil. lib. 2. cap. 4. 7.
 Candida musta. Tibull. lib. 1. eleg. 5. 5.
 Circuncidaneum mustum. Vide Circuncidaneus in Cir-
 Dulce mustum. Virg. 1. Georg. 59. (cuncido.
 Feruida musta. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 15.
 Noua musta bibere. Ouid. 2. de Arte. 140.
 Pressi musta ueloci pede. Tibull. lib. 1. eleg. 5. 5.
 Pugnacibus mustis capula plus inditur, lenibus parcius. Plin.
 lib. 14. cap. 20. 3.
 Purpureum mustum. Propert. lib. 2. eleg. 17. 4.
 Mustum, inquit Nonius, non solum uinum, uerum etiam nouel-
 lum quicquid est, recte dicitur. Neuius Gymnastico, Virū
 est uictus, uirginem, an uidiuam uxorem ducere uirginem, si
 musta est.
 ¶ Mustus, Adiect. (μυστος) Recens. Plaut. Mustā iuuenē dixit.
 ¶ Mustaceus, mustacet, Genus libi. Vide Mustace.
 ¶ Mustarius, Adiect. (μυσταριος) Quod ad mustum pertinet:
 ut Mustarius urceus, in quo mustū reponitur. Cato ca. 11. 2.
 ¶ Musteus, Adiect. (μυσταριος) Quod mustum, hoc est, dulcedi-
 non in se habet: ut Poma mustea. Cato de Re rust. cap. 7. itē
 alia cōditua mala mustea. Plin. Est tanta mustis pomis sua-
 uitas, ut finis mandendi non nisi periculosa fiat.
 Mustus, Recens. Plin. lib. 12. cap. 7. 4. Amaritudo grano eadē
 quae piperi musto creditur esse. Colum. lib. 9. cap. 15. 11.
 Liber musteus. Plin. epist. 17. 4. b.
 Ciseus musteus. Plin. lib. 11. cap. 4. 2. 1.
 ¶ Mustulentus, Adiectiuum (μυσταλυτος) Idem quod musteus.
 Plaut. Cistell. 10. 101. Ita mustulentus estus nares attingit.
 Mutabilis] Vide Muto.
 ¶ Mutatoria, ab Esia. cap. 3. inter ornamenta muliebria posi-
 ta sunt, de quibus uide ibi Hieronymum, & forte haec sunt,
 quae Homer. lib. 8. Odyss. μεταξωμοισα uocat. id est, uesti-
 mēta mutatoria, permutata, alternata. Quidā apud Esiam
 uerterunt Ricas: de quibus infra.
 Mutulus] pen. corr. Adiectiuum (μυλοβδω, μυλλω) Siponti-
 nus à mutus deductum putat, significareq; truncatum & cō-
 minutum. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 12. — d tua cornu
 Ni foret execto frons (inquit) quid faceres, quum
 Sic mutulus mimitaris?
 Cornibus mutulus. Cesar. 6. bel. Gall. 95.
 Mutuli boues, dicti sunt sine cornibus, auctore Donato. Colum.
 lib. 7. cap. 3. 3. Nam est melior mutulus aries.
 Mutula & hiantia. Cic. in Orat. 17.

Mutula & decurtata. Cic. in Orat. 103.
 ¶ Mutilo, mutilas, penult. corr. (μυλοβδω, μυλλω) mutulare, Est
 (ut ait Donatus) aliquid detrudere, sine quo res esse nō pos-
 sit. Terent. Hecyr. 1. 1. 18,
 Quin spoles, mutiles, laceres, quenquam nacla sis.
 ¶ Mutillatus, pen. prod. Adiect. (μυλλω, μυλλω) ut,
 Mutillatus dens. Plin. lib. 8. cap. 5. 1. Ouid. in Ibin. 110,
 Trunca geras seuo mutillatis paribus ense,
 Quælia Mycerni membra fuisse serunt.
 Rami mutillati. Ouidius de Nuce, 8.
 Colubræ mutillatæ cauea. Ouid. 6. Metam. 112.
 Exercitus mutillatus. Cic. 3. Philip. 146, id est, diminitus.
 Aures mutillatæ. Liu. 9. bell. Pun. 4. 6.
 Muticus] Vide Mutus.
 Mutulus] mutuli, pen. corr. Quadrangulus ex aliqua parte
 comminutus. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 8. Sed pro colum-
 barijs in pariete mutulos aut palos in ordinem, supra quos
 tegeticule cannabine sint impostæ. Sic cap. 5. 11.
 Mutina] pen. corr. (μυτινα) urbs Italiae in Flaminia, Roma-
 norum quondā colonia: ut est auctor Pomponius Mela lib.
 2. & Liu. Decad. 4. lib. 9. non procul à fine.
 Firmissima & splendidissima pop. Rom. colonia Mutina. Cicer.
 5. Philip. 181.
 Labores Mutinae. Lucan. lib. 1. 9.
 Obfesse moenia Mutinae. Ouid. 15. Metam. 165.
 ¶ Mutinensis (μυτινα) & hoc Mutinense: ut Color Muti-
 nensis, id est, pullus: à Mutinensibus lanis, ex quibus natio
 colore panis fuit. Varro, Nam & ludere alacrem uidimus
 Mutinensi tunica.
 Arma Mutinensia. Ouid. 4. Fast. 126.
 Mutinitinus] Deus erat, cuius sacellum, ut Festus ait, Romæ
 fuit, cui uelate togis pretextatis solebāt sacrificare. Ego no-
 men eum gentiliū deum habuisse à tacendo, & non tinnien-
 do putor: nam in eo ni, ualeat t. c. Quare cōflatum nomen ex
 hac particula, & duobus imperatiuis uidetur: quasi diceret,
 Muti, ne tinni. Ex Turnebo.
 Mutinus] pen. prod. membrū uirile. Auctor Carminis Ob-
 Tutelam pomarij diligens Priape facito: (sceni,
 Rubricato furibus mimare mutino.
 Est & unum ē nominibus Priapi. Laetantius lib. 1. cap. 20.
 Sterculius, qui steruandi agri rationem primus induxit: et
 Mutinus, in cuius sinu pudendo nubentes sedent, ut illarū pu-
 dicitā prior deus delibasse uideatur. Arnobio lib. 4. aduer-
 sus Gentes, uocatur Mutinus, per quintam uocalem sic enitit
 ait, Etiamne Peruūda, que in cubiculis præsedē est, uirginālē
 serobē effodientibus maritis? Etiamne Mutinus, cuius immu-
 nibus pudendis, horrendiq; fascino, uestras inequitare ma-
 tronas, & auspiciabile ducitis, & optatis? Augustinus de Ci-
 uilit. Dei lib. 4. cap. 11. Mutinus, qui est apud Græcos Pri-
 apus. Idem lib. 6. cap. 9. Priapus nimis masculus, super cuius
 immanissimū & turpissimū fascinū sedere noua nupta iube-
 batur. Sunt qui Mutinum dictū putent, quod præset ut in
 primo cōcubitu uir moueatur, uirgo uero ne reluctetur. Por-
 ro fascinū dici uirile membrum, testatur Horat. Epod. 8. hoc
 carmine. Mutus ue languet fascinum. Vbi Porphyrio:
 Fascinū, inquit, pro uirili parte posuit, quoniam fascimandis
 rebus hæc membri deformitas apponi solet. Alij potius ab
 aueritō fascino dictū esse putant, quod in sacris Liberi sive
 Bacchi, ritē propitiato Priapo, & imposta illi corona à ma-
 trona honestissima, fascinum seu fascinatio à frugibus auerte-
 retur: ut Augustinus de Ciuit. Dei, lib. 7. cap. 21. ex Var-
 rone narrat. Ad fascinū ergo amolendū iubebatur noua nu-
 pta super id sedere: nam & Pompeius Festus uersus secenti-
 mos, qui in nuptijs dicebantur, etiā inde uideri posse dictos
 scribit,

scribit, quod fascinum existimarentur æcere. Sicut ergo in
 agris, ita et in nuptijs Priapus, seminum deus, ne succundit as
 fascinatione impeditur, colebatur.
 Mutio] mutis. Vide Mutus.
 Mutius] nobilis Romanus priscis temporibus, qui
 Porfenna, rege Roman obfidente, solus in castra profectus
 est, ut Porfennam occideret: sed quum regem non cognosce-
 ret, & regis scribam pro regeneccasset, comprehensus, &
 conuictus pro se nullo pœna uinci posse. Rex autem admira-
 tus eius fortitudinem, eum liberum dimisit. Tunc Mutius pro
 gratia regi dixit ut sibi caueret, quia trecenti Romani coniu-
 rassent sic se facturos. Quæ propter rex pacem fecit cum Ro-
 manis. Mutio autem postea Scænoles, à clade dextræ manus,
 cognomen est inditum. testis Liu. Decad. 1. lib. 2. Fuerunt
 præterea alij Mutij, quorum historiam multis profeguitur
 Raphael Volaterranus lib. 17.
 Muto] mutas (αλλεψω, μεταβαλλω, μεταβαλλω, μετα-
 μεταβαλλω) mutare, transferre. Varro, Fac ut te-
 cum omni familia mutēs.
 Mutari in marem. Plin. lib. 7. cap. 4. 2.
 Mutare in peius. Quinil. lib. 1. cap. 1.
 In horas mutari. Horat. de Arte. 33.
 Mutare se in formam alterius. Plaut. Amphit. 2. 2.
 Mutare, Variare. Plin. lib. 12. cap. 7. 1. Piper totum folibus, co-
 lore rugisq; mutatur.
 Mutare se habitu & loco: pro eo quod est, mutare habitum &
 locum. Horat. 2. Serm. Satyr. 13.
 Mutare et uertere ad omnē rationē aliquid. Cic. 3. de Orat. 97.
 Animum mutare, & Mutare sententiā. Terent. Phorm. 5. 2. 9.
 Cic. ad Galliam, lib. 7. 2. 4. 8.
 Verbo mutantur amantes. Propert. lib. 2. eleg. 5. 3.
 Amictus frustra mutantur. Tibull. lib. 1. eleg. 8. 3.
 Beneficium mutare. Cesar. 2. bell. Ciuil. 120.
 Brachia mutamus uario amplexu. Propert. lib. 2. eleg. 16. 2.
 Cœnacula mutare, lectos, balnea, &c. Horat. 1. epist. 1. 19.
 Colores mutare. Horat. 1. epist. 1. 7. 8.
 Colorem mutare ad similitudinem loci. Plin. lib. 9. cap. 29. 3.
 Consilium mutare. Cic. ad Attic. lib. 3. 53. 1.
 Decretum mutare. Cic. 3. Verr. 8. 4.
 Mutare aliquid de. Terent. And. 5. 4. 4. 7.
 — d lepidum patrem:
 De uxore ut possedit, nihil mutat Chremes: id est, quana-
 tum ad uxorem attinet.
 Dimutari. Horat. 1. Carm. ode 5. 2.
 Dicit mutare. Plaut. Bacchid. 23. 31.
 Factum mutare. Terent. And. 1. 1. 13. Vbi Donatus, Haud mutō
 factum, Vetustē: non me poenitet. Idem, Donatus in cōment.
 in Phormionem, Sic enim ueteres dicebant, Muto factum, &
 nolo factum, quum alicuius rei eos poenitebat.
 Fidem mutare. Plautus Milite, 13. 36.
 — sed ne istam amittā, & hæc mutet fidē, Viue modō.
 Fidem mutare cum aliquo. Terent. Phorm. 3. 2. 27.
 Fortunæ mutantur. Plaut. Trucul. 5. 9.
 Gestum mutare. Lucret. lib. 4. 156.
 Effigies laquila mutauerat habitu notioris. Lucan. lib. 9. 209.
 Mutauit id. Terent. Andr. 1. 5. 7.
 Ius mutare. Liu. 8. ab Vrbe, 139.
 Lares mutare. Horat. in Carmine seculari, 8.
 Locum mutare. Cic. 2. de Legib. 1.
 Potestas tralata mutauit locum. Lucan. lib. 2. 28.
 Mentem mutare. Cic. 1. in Catil. 4. Muta iam istam mentem, ni-
 hi crede, obliuiscere cedis atq; incendiorum.
 Que mentem infamia mutat? Virg. 4. Aeneid. 119.
 Thefauri pars 2.

Mentes & uoluntatem mutare. Cic. de Prōuin. Consul. 20.
 Merces mutare. Virg. eelog. 4. 8.
 Mutare mores. Terent. Adelph. 5. 9. 27.
 Naturam mutare pecunia nescit. Horat. 1. epist. 12. 2.
 Nuptias mutare. Plaut. Stich. 2. 36.
 Pactionem mutare. Cic. pro Domo sua, 18.
 Sedem mutare. Cic. pro Cecinna, 71.
 Sediū mutare ex sede, ut uolucres. Plin. lib. 2. cap. 37. 1.
 Sententiā mutare. Cic. Attico, lib. 9. 171. 2.
 Solum mutare, quod et Vertere solū dicitur. Cic. in Parad. 38.
 Sortem alicuius mutare in contraria. Ouid. 3. Metam. 66.
 Testamentum mutare. Cic. pro Cluentio, 23.
 Vellera mutare luto, pro Tingere, inficere per naturam, inquit
 Seruius. Virg. 4. eelog. 9.
 Vestem mutare. Cic. post redit. in Senatu, 10.
 Tempestas & humor cali mutauere uias. Virg. 1. Georg. 84.
 Terra mutat uices. Horat. 4. Carm. ode 7. 1.
 Vitam mutare priorem. Lucret. lib. 5. 24.
 Vulgus mutatur cum principe. Claud. 7. Paneg. 61.
 Vultum mutare. Cic. 2. Tusc. 71.
 Mutare aliquid cum aliquo, Aliud pro alio accipere. Terent.
 Eunuch. 3. 5. 2. 4.
 Ut uestem cum eo mutem, & pro illo iubeam me ducier.
 Mutare ere aliquid cum altero. Salust. in Iugurtha, Statuit ta-
 men Metellus pecoris & mancipiorū prædas certatim age-
 re, eaq; mutare cū mercatorib. uino aduocatio, et alijs talib.
 Mutare ere, pro Vendere. Colum. lib. 10. Quare dum utridis
 ætas pulchritudinem corporis conseruat, ere mutandi sunt.
 Mutare bellum pro pace. Salustius.
 Miseram pacem uel bello bene mutari. Tacit. lib. 3.
 Mutare alia re aliam. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 22,
 — an hic peccat sub noctem qui per uiam
 Furtiua mutat strigili?
 Mutare gaudium merore. Plin. epist. 111. b.
 Mutare iucunda seueris. Plin. epist. 112. a.
 Mutibus mutare tristia. Horat. 1. Carm. ode 16. 6.
 Exilio mutant urbem. Ouid. 6. Fast. 133.
 Mutare pretextam paludamento. Plin. in Paneg. 94.
 Quadrata mutat rotundis. Horat. 1. epist. 1. 20.
 Nihil mutauit fortuna te ipso. Plin. in Paneg. 38.
 Mutare uisicem patriam uicta, apud Liuuium. Cicero pro Se-
 stio, 29, Commutare dixit.
 Mutare, pro Emere aut uendere, antiquis fuit in usu. Horat. Sa-
 tyr. 4. lib. 1. & Virg. in Pollione.
 Mutare, Corrigere, emendare. Terent. Adelph. 4. 7. 40,
 — ceterum
 Placet tibi factum Mitio? m i. non, si queam
 Mutare, nunc quum non queo, æquo animo fero.
 Mutare, neutrum absolutum, pro uariare. Liuus lib. 5. ab Vr-
 be, Amona ex anteuicta copia, nihil mutauit: id est, Quo-
 nam urbs frumento abundabat propter anteuictam copiam,
 annonæ precium non creuit.
 Mutare ad, apud Sal. in oratione Marci Tribuni plebis, Ne uo-
 mina rerum ad ignauiam mutantes, ocium pro seruitio ap-
 pelletis.
 ¶ Mutor, mutaris, Passiuum. Horat. lib. 2. Carm. ode ult.
 Iam iam residum cruribus asperæ
 Pelles: & album mutor in alitem Superbē, &c.
 Id est, mutor à partibus superioribus in cynnum. Quidam
 corruptē legunt, superna. Vide Lambinum in hunc locum.
 Mutari ciuitate, pro Alterius ciuitatis ciuem fieri. Cicero pro
 Corn. Balbo, 23. & 33. Ut & ciuitate illum mutatum esse
 fateretur, & ius ciuitatis honore dignissimum indicaret
 Budeus.

Mutans, ἀλλὰ φέρω, Participium praesens: aliquando accipitur pro eo, qui mutatur. Quint. lib. 1. cap. 10. Diu enim mutantibus, scilicet uerbis, repugnandum.

Mutandus, Participium (μυτοβλητός) ut, Ratio mutanda est. Catul. de Acme, epigr. 39. 6.

Sedes mut. and. Virgil. 3. Aeneid. 33.

Mutatus, pen. prod. Participium (μυτοβλητός) ut, Mutatio nomine. Plin. lib. 3. cap. 11. 9.

Mutatus ab illo, id est, Dissimilis. Virg. 2. Aeneid. 55.

In deterius mutatus. Tacit. lib. 4.

In peiorem partem sunt uersi & mutata omnia. Cicero per Roscio Amerino, 62.

Vultum mihi mutatus. Stat. 2. Thebaid. 131.

Faciem mutatus & ora. Virg. 1. Aeneid. 133.

Amor mutatus. Ouid. epist. 5. 7.

Aura mutata. Horat. 1. epist. 19. 19.

Fortuna mutata. Virg. 5. Aeneid. 121.

Frontis mutata. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 17.

Res mutata. Horat. 1. epist. 10. 7.

Sententia mutata loco cedit. Virg. 9. Aeneid. 45.

Mutaturus, pen. prod. (ἀλλὰ φέρω) Aliud Participium. Habenas non mutaturus. Stat. 3. Sylu. 5. 6.

Mutatio, Verbale (ἀλλοίωσις, μεταβολή, μεταβολή, τροπή) ut Mutatio sedis. Plin. lib. 13. cap. 4. 9.

Mutationem annonae significans. Plin. lib. 2. cap. 103. 9.

Consilij mutatio optimus est portus poenitentiae. Cic. 12. Phil. 32. 2.

Loci non ingenij mutatio. Cic. pro Quintio, 7.

Crebra corporis mutatio. Cic. pro Cluentio, 42.

Morum scienda mutatio. Cic. 1. Offic. 168.

Officiorum mutatio, dando, accipiendo. Cic. 1. Offic. 34.

Motus & mutatio. Cic. 4. Acad. 21. 5.

Motibus & mutationibus suis ciens omnia & agitans natura. Cic. 3. de Natur. deor. 37.

Mutatio, pro Commutatione. Terent. Hecyr. 4. 4. 11.

A uirginitate hae sunt mea uxor exorta omnia: Mutatio sit: ea nos perturbat Laches.

Mutabilis, & hoc mutabile, pen. corr. (μυτοβλητός, μεταβλητός, μεταλλανός) Quod facile mutatur. Virgil. 4. Aeneid. 114.

— uarium & mutabile semper Foemina.

Vultu mutabilis. Horat. 2. epist. 2. 38.

Mutabiles uulgi animi. Liu. 2. ab Vrbe, 30.

Mutabilis causa. Liu. 1. bel. Maced. 114.

Fatum non mutabile. Stat. 9. Thebaid. 133.

Mens mutabilis Tibul. lib. 3. eleg. 4. 13.

Pectus mutabile consilij. Ouid. 2. Metam. 30.

Vaga & mutabili ratione labuntur sidera quaedam. Cic. de Ver. inuerst. 46.

Vulgus mutabile. Valer. 1. Argon. 153.

Mutabilitas, pen. corr. (μεταβλητότης) Mobilitas. Cicero. 4. Tusc. 123, Haec inconstantia, mutabilitasque mentis, quem non ipsi grauitate deterreat?

Mutabiliter Aduerbium, Mutando. Varr. Cras, credo, hodie nihil. Quibus instabilis animus ardens mutabiliter habet habere, & non habere.

Mutuo, mutitas, pen. cor. mutitare. Saepe facere, aut saepe exercitare. Gell. lib. 2. cap. 24, Principes ciuitatis qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent: id est, mutua inter sese conuiuia agerent. Videtur Gellius à Mutuus deducere. Turnebus mutitarent, legendū putat, ut mututare sit, mutuo conuiuia agitare. Quidam mutitare retinent, quod epulas inter se mutarent, & uicissim conuiuia conuiujs.

Muto] mutonis, m. g. Membrum uirile. Horat. Serm. lib. 1. Satyr. 2.

Huic si mutonis uerbis male tanta uidentis Diceret haec animus, &c.

Mutoniatus, pen. prod. id est, mentulatus. Mart. lib. 3. epigr. 31, in Phœbum, Dormis cum pueris mutoniatis, Mutulus] Vide Mutulus.

Mutinus] deus ethnicis fuisse uidetur, qui mutiret, efficeretque nequid em anaret, sed clam esset, & tacitum & cultum. Lucilius, Sed quid Mutino, subiectoque; huic opus signos? Mutuo, Aduerbium, & Mutuo, Mutuus] Vide Mutuo.

Mutus] Adiect. ἀλλολος, ἀναυδος, ἀφαιρος, εὐνήτος, βουβός) quidam à mugiendo deduci putant: etenim quum mutus loqui non possit, siue id linguae defectu, siue aurium accidat, prorumpit tamen in uocem, quae mugitus potius, quam sermo uidetur. Vel dicitur mutus, quasi minus, quod eo sensu minus sit, Vel dicitur à mussando, quod hic non amplius, quam mus dicat. Terent. Heaut. 4. 4. 26.

Tu nescis quod scis Dromo, si sapias. D. mutum dices. Plin. lib. 10. cap. 29. 4, Merula canit astate, hyeme balbutit, circa solstitium muta.

Mutus, inquit Nonius, onomatopoea est incertae uocis, quasi mugitus. Nam mutus sonus est proprius, qui intellectum non habet. Neuius Lycius.

Ducite eò cum argutis linguis mutas quadrupedes. Muti uel eloquentis origo. Cic. 5. Tusc. 98.

Mutum esse fatius est, quam quod nemo intelligat dicere. Cicero. Cornificio, lib. 12. 2. 7. 4.

Mutus illic. Terent. Eunuch. 3. 1. 27, — papae Inguaras hominem, quid ille? T. Mutus illic. Vbi Donatus, Tam hoc stultum est, quam si diceret, stultum nihil.

Mutus accusator. Cic. pro Ros. Amer. 63.

Accusatio huius temporis muta, Cic. pro Flacco, 4.

Auum mutum. Silius lib. 3. 117.

Aгна muta. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 43.

Armenta muta. Stat. 5. Thebaid. 67.

Mute artes à Virgilio, mimine celebres dicuntur, uel comparatione musica, lib. 12. Aeneid.

Scire potestates herbarum, usumque medicandi Maluit, & mutas agitare inglorios artes.

Mute artes, picture dicuntur, quae quum non loquantur, tamen res ipsas exprimunt. Cic. 3. de Orat. 15.

Aspectus mutus. Quint. lib. 6. cap. 1. 20.

Bestiae muta. Cic. 1. de Finib. 108.

Mute bestiae, & nihil intelligentes. Cic. 2. de Natur. deor. 200.

Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicandis nimium loquax. Cic. 2. de Orat. 87.

Eloquentia muta quaedam inducere. Cic. in Orat. 76.

Forum mutum, elinguiem curiam, tacitam & fractam ciuitatem uidebatis. Cic. post red. in Senatu, 5.

Gratia muta. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 11.

Historia muta. Cic. 2. de Finib. 108.

Imago etiā muta à tanto scelere reuocare debuit. Ci. 3. Catil. 55.

Leges muta tacent. Ouid. ad Liuian. 38.

Magistratus mutus, lex: cui opponitur Magistratus, lex loquens. Cic. 3. de Legib. 3.

Os mutum. Ouid. 6. Metam. 115.

Pecudes muta. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 35.

Pecus mutum & turpe. Hora. 1. Serm. Satyr. 3. 20.

Petus mutum metu. Virg. 9. Aeneid. 69.

Querelas mutas abruptit. Claud. 3. de raptu Proserp. 32.

Res muta. Quint. lib. 6. cap. 1. 20, Mute tamen res mouent.

Res inanimatae atque muta. Cic. 1. de Natur. deor. 53.

Muta & informis res: cui opponitur Eloquens & formata. Athor ad Herennium, lib. 4. 237.

Scientia muta. Quint. lib. 5. cap. 10. 84.

Silentia

Silentia muta noctis. Ouid. 7. Metam. 37.

Spelunca muta. Stat. 1. Achil. 48.

Suspiria muta. Stat. 11. Thebaid. 121.

Mutum à literis tempus. Cic. ad Attic. lib. 8. 166. 2.

Muti lapides in agrorum diuisionibus dicebantur, siue inscriptione appositū, ideo quia nulla significatione apparerent, quoto loco numerarentur. Ex Hygenio.

Mutio, mutis, mutiui, mutitum, pen. prod. (μῦσις) mutire, Tanquam mutus signum facere seu strepitum, siue submissa & imperfecta uoce fabulari, aut unum tantum uerbum dicere. Ter. And. 3. 2. 25, — Itaque hercle nihil tā mutire audeo. Idem Hecyra, 5. 4. 25, — Adeo mutio. id est, uel tenui dicto, inquit Donatus.

Muticus, pen. corr. Adiect. (μυτοβότος) ut, Mutica spica. Varro 1. de Re rust. cap. 48. 2, Spica mutica dicitur, quae non habet aristam: e enim quasi cornua sunt spicarum. Quibus uerbis inuit Varro, spicam dici muticā, quasi cornibus mutilatā. Quam etiam expositionem probat Caelius lib. 3. cap. 30.

Musso, mussas (μῦσις) mussare, Frequentatiuum à Mutio mutis, Occultē et depressa uoce loqui quod celatum quis uelit. Plin. epist. 12. 1. b, Postea quum uicissim ualeudinis die balineo prepararer, mussantesque medicos repente uidissem, causam requisij.

Tacta formidine mussant. Claud. 2. in Eutrop. 27.

Proceres mussant turbata consilia. Stat. 3. Thebaid. 19.

Mussare, Murmurare, inquit Festus. Ennius, In occulto mussabant. Seruius, Mussare, queri. Virgil. 11. Aeneid. 91, Fletu inuesti, mussantque patres.

Mussant oras & limina circum. Virg. 4. Georg. 38.

Mussant iuuencae. Virg. 12. Aeneid. 144.

Mussare, uulgo pro Tacere ponitur, auctore Festo. Ennius, Nō decet mussare bonos. Ter. Sil. cœla, occulta, tege, tace, mussa.

Mussabat tacito medicina timore. Lucret. lib. 6. 237.

Mussare, Dubitare. Virgil. 12. Aeneid. 144, — mussantque iuuencae Quis pecori imperitet. Seruius.

Mussat dicere. Virg. 11. Aeneid. 69, — cuncti se scire fatentur, Quid fortuna serat populi: sed dicere mussant. Vbi Seru. Mussant, modo uerentur significat. Aliis, dubitant: ut, — mussat rex ipse Latinus Quos generos uocet.

Interdum susurrantur: ut de apibus dicit. Et proprie mussare est obmurmurare, & mutio esse uicium.

Musito, musitas, pen. corr. (μῦσις) musitare, Frequentatiuum à musso. Liu. ab Vrbe, lib. 7. 109, Musitantesque inter se rogabant, nū quē plebei Cos. poeniteret. Plaut. Mil. 10. 119, Illi inter se certant donis, ego mecum musito. Terent. Adelphis, 2. 1. 53, Verum cogito id quod res est, quando eū quæstum occideris, Accipiunda & musitanda iniuria adulescentiū est. Vbi Donatus, Musitanda, Patienda, consideranda cum silentio, & ut in amatore putanda, atque per hoc perferenda. Musitare enim proprie est, distimulandi causa tacere: dictū uel à muto, uel ab m: quae litera est nimium presse uocis, ac penē nullius, adeo ut sola omnium, quum inter uocales incidere, atteratur, atque subfidat. Hinc Virg. 12. Aeneid. 132, — mussat rex ipse Latinus, Budeus à Greco μῦσις potius deriuari putat.

Mutuuum] mutui (ἀδελφότης, ἀδελφότης) Dicitur ab eo quod de meo tuum sit. Paulus iureconf. Mutuum damus, non recepturi eandem speciem quam dedimus (alloqui aut commodatum erit, aut depositum) sed idem genus: nam si aliud genus, ueluti pro tritico uinum recipiamus, non erit mutuuum. Mutuū est, si datur, quod reddetur: quod Siculi κατόπιον. Varr. Thesauri pars 2.

lib. 5. de Lingua Latina.

Mutuuum in amicitia, est quum par uoluntas accipitur & redatur. Cic. filius Metello, lib. 5. 2. 7.

Mutuuum argentum. Plaut. Pseud. 3. 78, Miser sum, argentum nusquam inuenio mutuuum.

Mutuuum argentum dare. Plaut. Pseud. 3. 83.

Frumentum mutuuum aliquibus dare. Cic. 2. de I. Agraria, 82.

Mutuo appendere: id est, dare mutuo. Plin. lib. 9. cap. 55.

Mutuuum rogare. Plaut. Pseud. 5. 61.

Mutuas pecunias sumere. Plaut. A. Sin. 5. 95. Cic. 3. Verr. 19.

Mutua quinq; seferria petere. Mart. lib. 10. 14.

Mutuus, pariter atque æqualiter respondens. Par: ut, Mutuus amor dicitur, quum ab eo amaris quem amas. Terent. Meretrix adulescentem, cuius mutuo amore tenebatur, exclusit. Quint. lib. 12. cap. 7. ad finem, Ac ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet, sed mutua beneuolentia utetur: id est, respondente.

Animus muluus. Horat. 4. Carm. ode 1. 6. Cicero filius Metello, libro 5. 2. 7.

Animus mutuis amant, amantur. Catul. de Acme, epigr. 4. 2. 4.

Ardor mutuus. Lucret. lib. 4. 245.

In amici mutua beneuolentia consequere. Cic. de Amic. 20.

Beneficia mutua & grata dum sunt, inter quos ea sunt, firma deuincuntur societate. Cic. 1. Offic. 82.

Mutua carne inter se uescuntur. Plin. lib. 10. cap. 23. 6. id est, uolores uescuntur carnibus olorum.

Certamina mutua. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 6.

Consilia mutua. Plaut. Epid. 287.

Coniuiuia mutua inter se curant. Virg. 1. Georg. 61.

Cupido mutua. Lucret. lib. 5. 193.

Dicta mutua referre. Ouid. 1. Metam. 132.

Face mutua torret me. Horat. 3. Carm. ode 9. 3.

Mutua inter se fiducia. Plin. epist. 237.

Gaudia mutua. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 18.

Ignis mutuus. Tibul. lib. 4. eleg. 5. 2.

Innocentia mutua. Plin. lib. 12. cap. 14. 7, Sylua diuisa certis portionibus, mutua innocentia tata est. De pluribus dixit, non de duobus tantum.

Odio mutuo flagrant inter se mugil & lupus. Plinius libro 9. cap. 62. 1.

Officij mutuis commune commodum gubernatur. Cicero pro Roscio Amer. 66.

Operas mutuis tradere. Terent. Phorm. 2. 1. 37.

Praelijs mutuis inter se pugnare. Hirtius de bel. Asia. lib. 5. 109.

Terror mutuus. Liu. 4. ab Vrbe, 175, Nec Volsorum meliores res esse credere quam pop. Romani fortunam, noctemque omnia terroris mutui impleffe. Terrorem mutuuum uocat, quo tam Volsi quam Romani terrebantur. Ex uetusto exemplari legitur, erroris.

Testimonium mutuuum dare. Cicero pro Flacco, 7.

Par & mutua uoluntas. Cic. Attic. lib. 16. 34. 1. 1.

Voluntatem mutuam alicui tribuere. Cicero filius Metello, libro 5. 2. 4.

Vulnera mutua. Ouid. 3. Metam. 25.

Mutuis uulneribus se concidere. Plin. de Viris illustr. 10.

Mutuuum facere cum aliquo. Plaut. Trinum. 8. 30, Bene uult tibi. i. adepol mutuuum mecum facit. id est, tantum bene illi uolo, quantum ille mihi. Idem Persa, 2. 17, — omnia quae tu uis, ea cupio. T. mutua Fiunt à me. hoc est, id uolo quod uis.

Inter se mortales mutua uiuunt. Lucret. lib. 2. 16. hoc est, mutuuo, Pedes per mutua nexi. Virg. 7. Aeneid. 14.

Mutuo, Aduerbium (κατόπιον) aliquando significat Inuicem, aliquando Euerso. Plaut. Milit. 2. 1, GG 3, Merea

Meretricem ingenuam deperibat mutuò Atheniensis iuuenis. Plancus ad Cic. lib. 10. 4. 9. Fac ualeas, meq; mutuò diligis. hoc est, Fac mihi in amore respondeas.

Facere mutuò aliquid. Plancus Cicero, lib. 10. 9. 6.

Mutuò, Aliud aduerbium (ματὸν λατὸν) Cic. filius Cn. P. m= peio, lib. 5. 7. 4. Nulla in re tam letari soleo, quam meorum officiorum conscientia: quibus si quando non mutuò respondeatur, apud me plus officij residere facillimè patior.

Mutuitans, pen. corr. mutuitantis (μυτῶν) Rogitans mutuum Plaut. Mercatore, 3. 5. 2.

Conclamitare tota urbe & predicare, Omnes tenerent mutuitanti credere.

Mutuò, mutuas (ἀνεύθε) mutiare, Dare mutuò, uel mutuò Mutare, pro Mutuo sumere, aliquando accipitur. Cælius, Ad amicos curat mutuatum, mutuè causa mea.

Mutuò, mutuas, pro Accipere mutuò. Valer. lib. 6. cap. 2. Et prius à libertate, quam ab innocentia præsidium mutuauit.

Mutuor, mutuarius (ἀνεύθετος, μὴτὸν εὐμας, μὴτὸν εὐμας) mutuari, Depoens, Mutuo accipere Mart. lib. 8. 17.

Sed consumis, & usq; mutuarius.

Mutuari in sumptum. Cic. ad Attic. lib. 8. 15. 0. 3.

Mutuari auxilia ad rem aliquam. Cæsar 8. bell. Gall. 79.

Mutuari, sæpe per metaphoram accipitur, pro Aliunde sumere. Cic. 2. de Natur. deor. 132. Mutuemur hoc quoq; uerbū, dicaturq; tam æther Latine, quam dicitur ær. Est autem, inquit Budeus, mutuari, quæ ab alijs inuenta sunt, in scripta iura uertere, ita ut sua uideri uelit, qui hoc facit: nec modo mutuum est, sed etiam furtum. Cicer. 1. de Oratore, 29. Nam ego quæ sunt oratoris cum illis communia, non mutuor ab illis.

Mutuari consilium. Lilius, Ab amore temerarium atq; impudens mutuatur consilium.

Mutuari laudem aliunde. Cic. 2. Offic. 66.

A uiris uirius nomen est mutuata. Cic. 2. Thic. 76.

Subtilitatem ab Academia mutuatur orator. Cic. de Fato, 5.

Verbum aliquod mutuari. Cic. 2. de Natur. deor. 132.

Mutuatio, Verbale (μυτῶν) Cic. 1. Tuscul. 161. Ego uerò illi maximam gratiam habeo, quòd me ea poena multauerit, quam sine mutuatione & sine uersura possem dissoluere. Idem pro Placco, 37.

Mutuatiuus, a, um, (ἀνεύθετος) Quod mutuò datur: ut, Pecunia mutuatiua. Gell. lib. 20. cap. 1. Maximeq; in pecunie mutuatiua usu atq; commercio.

Mutitū] Indiæ emporiū, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 23.

M] facere, est hesitare, aut subuereri, & uix loqui audere. Cælius lib. 2. 4. cap. 30. Varronem citans.

Mya] μύα, Genus conchæ siue margaritæ, in freto circa Bosphorum Thracium, unioes rufos ac paruos gignens. Plin. lib. 9. cap. 35.

Est item mya, insula in sinu Ceramico: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Myacanthon] μυακάνθον, Herba est, quæ alio nomine Corrua, hoc est, syluestris asparagus, dicitur de qua Plin. lib. 8. ca. 9. Myacantha uerò quibusdā herba est, quæ à Dioscoride μύριον ἀγρία, à Latinis Ruscus appellatur. Cuius nomenclaturæ rationem hanc reddidit, quod herba hæc in carnario suspensa, aculeis suis mures à lardo, carneq; salsa arceat. Vide Marcell. Virgilium in Dioscoridem.

Myaces] μύακες, Pisces sunt ex concharum genere, qui muricum modo coaceruantur, uiuuntq; locis in algosis, & ubi dulcis aqua copiosa mari commiscetur: gratissimi autumno: nā procedente hyeme amaritudinem contrahunt, colorimq; rubrum. Reliqua uide apud Plin. lib. 32. cap. 9.

Mya] myæ, fec. gen. prima prod. (μύα) Latine dicitur Musca Est & ludus quidam puerilis, cum aliquis ceteros clasfis oculis, protensisq; manibus capiat.

Myagros] pen. corr. Herba ferulacea est, folijs similis rubie, tripedanea: semen oleum, quod & fit ex eo. Medetur oris ulcerib. perunctis hoc succo. Author Plin. lib. 27. ca. 12. Nostru uocant camelianam, aut Camaminam: ex cuius semine oleum uulgo conficiunt. Ruell. lib. 3. cap. 12. 6. Dicitur & Melampyron, quasi nigrum triticum.

Myagrus] pen. corr. (μύαγρος) deus muscarū. Aliter uocatur Myodes et Achor, ut scribit Plutarchus. Plin. lib. 10. cap. 28. Inuocant & Aegyptij ibes suas contra serpentium aduersum: & Elei Myagron dunt muscarū, multitudine pestilentiam afferere: quæ protinus intereunt qua litatum est illi die: Mycale] pen. corr. Nomen ueneficæ mulieris apud Ouidiū lib. 12. Metam. Mater erat Mycale, quam deduxisse canendo. Sæpe reluctantis confabat cornua Luce.

Est prætereā, ut notat Herodotus, promontoriū in cōiuentiū suū. Mycale] pen. corr. Mons in Mediterraneo Bœotie, oppidū habens eiusdem nominis. Viriūsq; meminit Plin. lib. 4. cap. 7. Stephanus Mycale] pen. corr. Nomen accepit exstimaat à mugitū bouis, quæ Cadum in Bœotiam perduxit.

Mycenæ] Mycenarum, & Mycena, Mycena: siue Micene, mycenes, pen. prod. (μυκῆναι) Vrbs Peloponnesi, quæ Perseus Danaes filius extruxit, regiuncula in qua regnauit Agamemnon: à Mycena nymphe sic appellata. Cælius tamen lib. 9. cap. 12. Mycenas, inquit, nuncupari credunt, quòd ibi à Perseo sint condita: Mercurij præcepto, unde excidit gladius manubrium, id est myces.

Agamemnonia Mycenæ. Silius lib. 1. 6.

Agamemnonia Mycenæ. Virg. 6. Aeneid. 168. quia Agamemnon rex fuit Mycenarum.

Clare Mycenæ. Virgil. 1. Aeneid. 58.

Dites Mycenæ. Horat. 1. Carm. ode 7. 2.

Fortes Mycenæ. Virgil. 3. Georg. 25.

Magnæ Mycenæ. Virg. 2. Aeneid. 67.

Pelopelades Mycenæ. Ouid. 3. Fast. 17. quoniam illic Pelops habitauit: cuius etiam filio Thyeste, Thyestias uocat Lucan. lib. 1. 108.

Seuæ Mycenæ. Virg. 7. Aeneid. 45.

Myceneses, Mycenesium (μυκῆναι) Habitatores Mycenarum. Cic. 2. de Finib. 31. Omnes Danaei aut Myceneses, Attica pubes, reliquiq; Graeci, & c.

Mycenasus] Adiectiuum (μυκῆνας) ut, dux Mycenasus, Agamemnon. Ouid. 2. Trist. 80.

Mycerinus] pen. prod. Cheopis Aegyptiorū regis fuit filius, qui postquam patri successit in regnum, ita paterna facta perosus est, ut populo ad extremū calamitatis afflicto, res agere di fecerit potestatem: quin etiam præ regibus omnibus iusticiam exercuisse fertur. Herodotus.

Mycitus] Vide Anaxilaus

Mycon] Nomen pictoris egregij. Fuerunt autem duo Mycones unus Atheniensis, Syracusanus alter.

Mycone] Mycones, & Myconos, Myconi, pen. corr. (μύκων) Insula una ex Cycladibus. Statius 1. Achil. 41.

Cyclades hinc præter Myconos humilissq; Seriphos. Scribit Seruius, hanc insulam terræ motu diu laborasse: quo cesante, è Mycone Gyroq; uicinis insulis populos uenisse, qui eam tenerent & incohererent. Cælius lib. 13. cap. 29. scribit nomen ei fuisse inditum à Mycono, Aeneæ ac Rhodus filio.

Celsa Mycone. Virg. 3. Aeneid. 16.

Humilis Mycone. Ouid. 7. Metam.

Myconius, Adiect. (μυκῆνας) nomen possessiuū à Mycono.

Myconios gigni sine capillo, tradit Plinius lib. 11. cap. 37. 9.

unde caluos omnes, Myrconios dicitur, auctore Stephano. Meminit & Strabo.

Mydia] insula, quæ etiam Delos dicitur, una & Cycladibus. Mydon] teste Homero lib. 5. Iliad. Atymnis filius, & Pylamnis dicitur Paphlagonum auriga, ab Antilocho Nestoris filio in bello Troiano interemptus est.

Mydriasis] μύδριας, Vocatur morbus oculorum, cum pupilla quidem ipsa colorem non mutat, sed uidetur ultra naturalem situm multo latior, interim ut usum omnem adimat, interim ut partem. Latini pupille dilatationem uocant.

Mydusa] μύδουσα, à quibusdam recensetur inter nomenclaturæ Anchuse herbe: sed à doctioribus inter Dioscoridis nomina rejicitur.

Mygale] es, penult. prod. fœm. gen. Vide Mus araneus in Mus.

Mygdonia] Mygdoniæ (μυγδονία) regio literalis Macedoniae, à Mygdone rege sic dicta. Iuxta hanc est insula Mygdon.

Mygdonius, Adiect. (μυγδόνιος) ut, Marmor Mygdonium. Ouid. epist. 21. 29.

Campi Mygdonij. Horat. 3. Carm. ode 16. 9.

Opes Mygdoniæ. Horat. 2. Carm. ode 12. 5.

Mygdonus] pen. corr. (μύγδων) fuit frater Otrei, ac, teste Porphyrio in tertium Iliados, ambo fratres Hecubæ regis Priami uxoris, & Cissei filij, ambo reges in Thracia.

Mygdonides, pen. corr. Patronymicum, m. g. (μυγδονίδης) quod pro gentili ponunt poetæ. Virgil. 2. Aeneid. 69.

—iuuenisq; Choræbus

Mygdonides.

Mygdonis, pen. corr. huius Mygdonidis (μυγδονίς) Patronymicum, fœm. gen. Ouid. 6. Metam. 9.

Mygdonidesq; nurus.

Mylacris] μυλακρίς, Blatta genus, magnitudine cicadæ, circa molas nascens, uescensq; farina. Pollux auctor est, Mylacridem apud Aristophanem accipi pro gallina.

Mylasa] μύλασσα) Liberum Carie oppidum, ita dictum (si Stephano credimus) à Mylaso Aeoli abnepote. Meminit huius oppidi Plinius lib. 5. cap. 29.

Myle] myles (μύλη) Herba est, radicem habens paruo bulbo similem, contrahentis facultatis, quæ cum farina loliacea desiccata comestur, uulnū sanat. Author Galen. lib. 7. Simplex.

Myle] Oppidū, de quo Senec. lib. 4. Natur. quest. Circa Mesopotamiam & Mylasimo quiddā simile mare profert feruetq; & astat non sine calore fœdo. Unde illic stabulari Solis boues, fabula est. Eadem penè ad uerbum scribit Plinius libro 2. cap. 98.

Myllocos] Vermiculi genus ex blattis, circa molas ferè nascens, ut ait Plin. lib. 29. cap. 6.

Mymphur] Lignum medicocris longitudinis, rotundū, quod loro circumuolutum circumagunt fabri in operibus tornandis. Spononius.

Myobarbum] quo uocabulo usus est Ausonius in lemmate epigrammatis tricesimi, quid sit, multi inquirunt. Turnebus putat uerbum compositum à mure & barbo, quæ uox significat mystrium, id est, mensuram liquidorum sefunciant pendentem, ut sit tanquam muris cyathus. Inest autem & latent in mure mysterij significatio, & barbo, quo in mysterijs Cereis legiferæ utebantur. Hoc igitur lemma significat mystica Liberi patris nomina & mysticam potestatem.

Myctonos] pen. corr. (μυκτόνος) Radix aconiti. Plin. lib. 27. cap. 33.

Myoparo] pen. corr. myoparonis m. gen. (μυοπαρον) Genus nauigij: ex duobus dissimilibus formatum, inquit Festus

nam mydion & paron per se sunt. Nonius, Myoparo, est nauicula piratarum. Sifenna Historiarum lib. 4. Nauisq; tri-ginia biremis, totalem myoparones. Cic. 6. Verr. 10. 4. Eum sibi Prætoræ Cilicum myoparoni, prædombusq; patuisse. De portu Syracusano. Ibidem 7. 7. 6. Proh diu immortales piraticus myoparo, & c. Ibidem 3. 61. illi suam myoparonem egregium de sua classe, ornatum, atq; armatum dederunt.

Myopes] penult. prod. (μύοπος) dicitur, inquit Budeus, qui iam inde ab initio ortus sui, nisi admota oculis contineri nequeunt. Cuiusmodi multos uidemus, qui res intueudas oculis propè contingunt, & limis etiam, semiclusisq; oculis aspiciunt. Vide Lasciosus. Nominatiuus singularis Myops huius myopis. Vlpian. in Litem Offilius. ff. de edil. edict.

Myophonon] μύφονον, Herba est muribus exitialis: unde & nomen accepit. eadem fortassis cum ea, quam alibi Myoston & Aconitum appellari diximus. Meminit Miophoni Plin. lib. 11. cap. 9.

Myosota] μύοστος, Herba est, quam & Alsinem, & uerbū ex uerbo exprimentes, Muris auriculam uocant Latini. Folia enim cum primū erumpūt, murinæ auri habet non dissimilia. Alsines uerò nomen accepit, quòd algidis locis gignat, & opacis. Gallicis Muronis nomine notissima est, eiq; sotent auricularum escam fassidientium appetitum recreare. Refertur & alterū Myosoton à Dioscoride, quod & Myositis diminutiua forma appellatur, plures ab una radice caules mittens, aliquatenus ab imo rubentes, & concavos: folia autem angusta, ingrescentia, & acutum desinentia. Flosculus uerò caeruleos, anagallidis colorem exprimentes. Posteriorem hanc speciem describit Plin. lib. 27. cap. 12. prloram uerò, lib. 26. cap. 4.

Myrsei] seu Nipsei, teste Herodoto lib. 4. populi sunt Thraciæ, qui Dario Thraciam oppugnant, ultrò se dederunt.

Myra] Vrbs Lyciæ. Plin. lib. 5. cap. 27.

Myrias] myriads. pen. corr. fœm. gen. Numerus continens decem millia.

Myriaca] myrica, uel Myrice, myricæ, pen. prod. (μύριαν) Genus humilis uirgultū, in Italia ferè nascens: quod quidam putarunt esse tamaricem, quæ uulgo tamariscus dicitur & Dioscoridi, sed eius tantum folia habet. Virg. 4. eclog. 1.

Nō omnes arbuta uiuant, humilesq; myrica. Plin. lib. 13. cap. 21. 2. Myricen, & Italia, quam alij tamaricem uocant. Achaia autē bryan syluestrem. inigne in ea, quod satina tantum ferat galle similem fructum, in Syria & in Aegypto copiosa hæc est, cuius infœlicia lingua appellamus, quæ tamen infœliciora sunt Græciæ, Gignit enim arborem ostryn, quæ & ostryam uocant, solitariam circa saxa aquosa, similem fraxino cortice & ramis, folio pyri, paulo tamen longioribus crassioribusq; ac rugosis incisuris, quæ per tota discurrunt. Semine hordeo simili, & colore, materia est dura atq; firma: qua in domum illata, difficiles partus fieri produunt, morteq; miseræ. Myricam syluestrem Gallia bryariam uocat, de la bruyere. Ruellius lib. 1. cap. 99.

Fragiles myrica. Ouid. 3. de Arte, 138.

Tenuis myrica. Ouid. 10. Metam. 20.

Myrca] Myrica (μύριαν) insula est maris rubri, apud Steaphanum.

Myrice] Nymphe à quo genus suum duxit timice uxor Hannibal: ut scribit Silius lib. 3.

Myrina] Regina fuit Amazonum, quæ triginta millia pedum, & duo millia equitum in exercitu habuisse dicitur. Author Diodorus lib. 4. Fuit prætereā, teste Homero, urbs Aolia.

Myrinus] μύρινος, Mus muræne est. Plin. lib. 9. cap. 23. 1.

Aristoteles myrinum uocat marem qui generat. Vetus exemplar legit, Myrus.
 Myrinus] *μυρίνος*, Apollinis cognomen, à Myrina Aeolidis urbe, in qua religiosissime colebatur. Vnde & Myrimi campi appellati.
 Myriophyllum] *μυριόφυλλον*, Herba quae millefolium aliis dicitur. Plin. lib. 2.4. cap. 16.9.
 Myrtea] Plinio lib. 5. cap. 32. oppidum Bithyniae, quod Apamea dicitur: à Myrta Colophonorum duce, uel à Myrtea Amazone. Nicomedes autem Epiphane, Prusij regis filius, de matris nomine Apames, Apameam uocari uoluit.
 Myrmecias] Gemma nigra, quae habet eminentias similes uerucis. Plin. lib. 37. cap. 10.
 Myrmecides] penult. corr. (*μυρμηκίδης*) Nomen uiri proprum, de quo Cic. 4. Acad. 215. Plin. lib. 7. cap. 21. 2. Calliocrates ex ebore formicas, & alia tam parua fecit animalia, ut partes earum à ceteris cerni non possent. Myrmecides quidam in eodem genere inuenit, à quo quadrigam ex eadem materia quam misca integeret aliis fabricatam, & nauem quam apicula pinnis absconderet. Idem lib. 36. cap. 5.
 Myrmecion] morbi genus. Cels. lib. 5. cap. ult. Thyminon nominatur, quod super corpus quasi uerrucula eminet, ad cutem tenue, supra latius, subdurum, & in summo perasperum, & c. Et paulo post, Myrmecia autem uocantur, humiliora thymio, duriora quoque, quae radices alius exigunt, maioremque dolorem mouent: infra lata, super autem tenuia, nimis sanguinis mittunt: magnitudine uix unquam lupini modum excedunt. Nascuntur ea quoque aut in palmis, aut in inferioribus partibus pedum.
 Myrmecion, Phalangij genus. Plin. lib. 29. cap. 4. Myrmecion formica similis capite, alio nigra, guttis albis distinguentibus.
 Myrmecites] pen. prod. m. g. (*μυρμηκίτης*) Gemma, in tantam repentis formicae effigiem habens. Plin. lib. 37. cap. 11. 2. Sane myrmex, myrmecis, f. g. formica Latine dicitur.
 Myrmecoleo] *μυρμηκόλειον*, Exiguum animalculum formicis aduersum, quod se sub puluere abscondit, & formicas frumenta gestantes interficit, & interfectas consumit. Est autem diu ex formicae et leonis nominibus composita: quasi Formico-leonis dicas. Nam quaedam odium imbecilliorum animalium, ita hoc animalculum formicarum praedam agit: qui tamen uolucris nihil aliud sit quam formica. Vnde in lib. 106 legitur Myrmecoleo perijt, eo quod non habeat praedam.
 Myrmidones] pen. corr. (*μυρμιδόνες*) Populi sunt iudaei qui Hellenes. Seruius, Myrmidones sunt Achilles socij dicti propter hanc causam. Aeneas qui in arbore ficu formicas, id est, *μυρμηκας* uidisset, optauit tot sibi socios conuenire: & statim formicae in homines uerse sunt, sed hoc fabula est. Nam Eratosthenes dicit Myrmidones à rege Myrmidone dictos. Virgil. 2. Aeneid. 2. — quis talia fando
 Myrmidonum, Dolopumue, aut duri miles Vlyssi
 Temperet à lachrymis?
 Sedes superbae Myrmidonum. Virg. 2. Aeneid.
 Myrmilon] *μυρμιλον*, histronis nomen est apud Iuuenal. Satyr. 6. 9. — aut Myrmilonem exprimat infans.
 Myrmillones] Vide Mirmillones.
 Myrmisus] *μυρμισός*, Vrbs est Asiae, in ora Hellepontica, non procul à Lampaco. Gentile est Myrmisius (*μυρμισίος*) Stephano.
 Myrobalanum] myrobalani, penult. corr. (*μυροβάλανος*) Quasi unguentaria glans. Cels. lib. 4. cap. 9. Fit ex unguento & palmulis quod *μυροβάλανος* uocant. Plin. lib. 12. cap. 21. Myrobalanum Troglodytis, & Thebaici & Arabiae, quae iudeam ab Aegypto distinguit, commune est nascens unguento, ut ipso nomine apparet. Quo item indicatur & glandem esse arboris, heliotropio, quae dicemus inter herbas, simili fo-

lio. Eructus magnitudine auellanae nucis. Martialis lib. 14. 62.
 Myrobrechij] pe. cor. siue Myrobrecharij (*μυροβρεχάριος*) Quasi unguento fillantes. à *βρεχάριος* Graeci unguentum uocant: *βρεχάριος*, prolio, aspergo, madefacio, & irriigo. Plaut. Aul. 19. 39. Myrobrecharios pro unguentorum confectoribus accipiunt ad capillos irrorandos. ait enim, Aut manulearij, aut Myrobrecharij.
 Myron] aut Myro (*μύρων*) urunq; enim legitur, teste Plinio lib. 34. cap. 2. Statimius Eleutheri filius, & Hegesiladis discipulus Syracusanus, cuius uacca multorum poetarum epigrammatis celebratur. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 7.
 Vi similis uerae uacca Myronis opus.
 Alter fuit Atheniensis, ut scribit Pausanias.
 In arte fingendi praestans fuit Myro. Cic. 3. de Orat. 15. Fecit inter alia imaginem Herculis, ut uult idem Cic. Verr. 4. Mart. lib. 9. 50.
 Quis labor in phiala docti Myos? ane Myronis?
 Myron] *μύρων*, inter ornamenta muliebria posuit Pollux lib. 7. cap. 22.
 Myropola] myropola, pen. prod. m. g. (*μυροπόλις*) Unguentorum uenditor. Plaut. Trinum. 8. 5.
 Lanij, coq. olitores, myropola, aucupes. Idem Casina, 6. 12.
 Myropolium, myropolij (*μυροπόλιος*) Locus ubi unguenta uenduntur. Plaut. Amph. 13. 3.
 Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, Myropolia, Apud emporium.
 Myrothecium, myrotheci (*μυροθέκιον*) Unguentorum repositoryum. Cic. scribit ad Atticum, lib. 2. 16. 3. se myrothecium Isocratis totum consumpsisse in commentario Consulatus sui scribendo. hoc est, pigmenta oratoria.
 Myrrha] myrrhae (*μύρρα*) Arbuscula est, in Arabia praecipue nascens. Arboris altitudo ad quinque cubita, nec sine spina, caudice duro & intorto, cuius gutta, quae sponte fillat, uiridis est & amara: quae eodem nomine uocatur myrrha Arabica siue stacte, id est, gutta siue stilla myrrhae. Eius uirtus est, ut corpora impurissima reddat. Vide Plin. lib. 12. cap. 15. & 16. Propert. lib. 3. eleg. 19. 4.
 Crimen est illa fuit patria succensa senectae
 Arboris in frondes condita myrrha nouae.
 Fulua myrrha. Ouid. 5. Metam. 80.
 Maculosa myrrha. Vide Macula.
 Odoraria myrrha. Vide Odor.
 Orontea myrrha. Propert. lib. 1. eleg. 2. 1. Vide Orontes.
 Pinguis myrrha. Ouid. de Medicamine faciei, 18.
 Sabaea myrrha marcidus comam. Senec. Herc. Oeth. 2. 19.
 Madentes myrrha crines. Virg. 12. Aeneid. 20.
 Myrthatus] pen. prod. Adiect. Sil. Ital. lib. 13.
 Exhausto in sinu Pontus uacuare cerebro
 Ora uirum, & longum myrthata reponit in euum.
 Myrthata, id est, myrrha condita, quae putrefactionem arceat.
 Myrrhinus, pen. corr. Adiect. (*μυρρινός*) ut, myrrhinum unum, quod myrrha conditum est.
 Myrrheus, pen. corr. Aliud adiectiuum (*μυρρηός*) quod ex myrrha est, Propert. lib. 4. eleg. 1. 6.
 Myrrheaq; in partu pocula caeca focis.
 Crimen myrrheum cohobere nodo. Horat. 3. Carm. ode 14. 5.
 Myrrha] *μύρρα*, filia Cinyre regis, quae nefando sui patris amore capta, nutritis auxilio, cum illo ignorante quod filia sua esset, concubuit. Postquam uero pater filliam esse rescit, eam gladio uoluit occidere. Sed Myrrha fugiens per Arabiam, mutata fertur in arborem sui nominis. genuit quoque filium nomine Adonidem. Vide Ouid. lib. 10. Metam.
 Myrthapia] siue, ut apud Plin. legitur, Myraptia (*μυρθαπία*) Genus pyrorum, quod odorem gratissimum reddit. Plin. lib. 15. cap. 15.

Myrrhine]

Myrrhine] Myrrhines (*μυρρινή*) Fluvius est Troas, alio nomine Sebastopolis dicitur. Auctor Plin. lib. 5. cap. 30.
 Myrrhis] Myrrhidis (*μυρρίς*) Oleris genus cicutae simillimum, filijs aliquanto minoribus, & breuiori caule, saporis & odoris iucundi. Vulgus herbariorum uocat Cicutariam.
 Myrrhites] *μυρρίτης*, Gemma quae myrrhae colorem habet, odoremq; unguenti. Plin. lib. ult. cap. 10.
 Myrsilus] *μύρσιλος*, Myrsi filius ultimus ex Heraclidarum genere, Lydiae rex, alio nomine Candaules appellatus: qui cum uxore haberet formosissimam, non contentus secreta uoluptatum suarum conscientia, & ergi cuidam ex satellitibus suis nullam eam ostendit. Quae rem illa indignè ferens, & ergem ad uiri necem impulit, seseq; illi & Lydorum regnum tradidit. Auctor Herodotus lib. 1.
 Myrsinites] *μυρσίνιτες*, teste Plin. lib. 26. cap. 8. species est thymali, & folijs myrri acutis, compungentibus, sed mollioribus. Item, Myrsinites gemma est, quae melleum colorem nigricantem habet, & myrri odorem. Plin. lib. 37. cap. 10.
 Myrsinos] Myrsini (*μύρσινοι*) Oppidum Elidis, teste Stephano, postea Myrtoium appellatum: cuius meminit & Home-rus in Cat. nauium.
 Myrsos] *μύρσος*, Propriū nomen fuit patris Candaules, à quo & ipse Myrsilus dicitur fuit. Herod. lib. 1. Plin. lib. 35. cap. 8.
 Myrteacantha] *μυρτεάκανθα*, à quibusdam appellatur Russeus, Frutex, quem Dioscorides *μυρτεόβλητος* hoc est, syluestrem myrtum appellat. Est autem ex his nomenclaturis, quas eruditiores ueluti nothas à Dioscoridis familia sum-mouerunt.
 Myrtillus] Oppidum est in ora Lusitaniae, ad Oceanum: cuius meminit Plin. lib. 8. cap. 22.
 Myrtilus] pen. corr. (*μύρτιλος*) auriga Oenomai regis Elidis & Pise, à Pelope in mare proiectus: unde Pelagus Myrtoium dicitur est.
 Myrtopetalum] *μυρτοπέταλον*, Herba est, quam alio nomine Polygonatum appellat, à multitudine geniculorum. Auctor Plin. lib. 27. cap. 12.
 Myrtoum] In mare, à Myrtulo dicitur, iacet inter Cretam & Atticam, habetq; latitudinem maximam: in quo sunt insulae, Cythera, Calauria, & quae Aginam cingunt, & Salaminem, & ex Cycladibus pleraque: quod uero conuigium est, iam Aegeum existit. Auctor Strabo. Alij Myrtoum à Myrto (sic enim uocant Oenomai aurigam) nominatum tradunt, quem Pelops ab Hippodamia falso apud se accusatum, quasi ei stuprum in ferrere conatus esset, cum illa, absente Pelope, Myrtoi complexum & concubium ultra appetisset, in mare proximum e curru praecipitem dedit. Verum Pausanias in Arcadicis haec non probat. Vult enim mare Myrtoum à muliere quadam Myrtone esse appellatum.
 Mare Myrtoum. Horat. 1. Carm. ode 1. 3.
 Aque Myrtoe. Ouid. epist. 15. 4. 2.
 Myrtus] Asia est Lydia, uel quod idem est, Maeonia. Sic autem regio à Sardis Tmolus & Caystrum uocatur, uindicta & uliginosa, & myrtitis aptissima. Illic & Asium prauum erat, & Asia palus. Meminit Turnebus.
 Myrtus] myrti (*μύρτις*, *μύρτις*) Arbor baccas saporis praecipue producens, ex quibus uinum fit. Vide Plin. lib. 15. cap. 29. 1.
 Folium myrti. Ouid. 3. de Arte, 11.
 Amanes littora myrti. Virg. 4. Georg. 25.
 Fragilis myrtus. Horat. 3. Carm. ode 23. 4.
 Gratissima myrtus Veneri. Est enim arbor Veneri dicata, teste Plin. lib. 12. cap. 1. 11. Virg. 7. eclog. 13.
 Horrida myrtus densis bustilibus. Virg. Aeneid. 5. 3.
 Intonsa myrtus. Stat. 4. Syll. 7. 2.
 Littorea myrtus. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 7.

Paphie myrtid est, quae amat Venus. Ouid. 3. de Arte, 37.
 Pulla myrtus. Horat. 1. Carm. ode 25. 4.
 Cingere tempora myrto. Virg. 1. Georg. 6.
 Defendere à frigore myrtos. Vide Defendo.
 Viridi nitidum caput impedire myrto. Horat. 1. Carm. ode 4. 2.
 Myrtidanus, pen. prod. Adiect. (*μυρτιδανός*) Quod ex myrto factum est: ut, Myrtidanum unum. Plin. lib. 15. cap. 29. 1.
 Myrtaceus, Adiect. Cels. lib. 7. cap. 17. Quidam medium tumorem excidunt, ad similitudinem myrtacei filij.
 Myrtatus, pen. prod. (*μυρτάτος*) Aliud adiectiuum, idem: ut, Myrtatum obsonium. Plin. lib. 15. cap. 29. 1. Et lib. 12. cap. 17. 6. Ladana myrtata deprehenduntur, crepitantq; in igne.
 Myrtatum] à myrto, quod eo largè factum intestinum crassum. Varr. lib. 4. de ling. Lat.
 Myrteus, item adiectiuum, idem (*μυρτέος*) Plin. lib. 23. cap. 4. 9. Similis & myrte olei ratio, asstringit, indurat, & c.
 Serta myrtea. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 13.
 Virga myrtea. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 7.
 Myrtinus, pen. corr. (*μυρτινός*) Similiter adiectiuum, idem. Plin. Oleo myrtino illi dum statim resoluitur.
 Myrtetum, myrteti, pen. prod. (*μυρτείδιον*) Locus myrtis constitus. Plaut. Aulul.
 Nescio qui seruus est myrteto profuit. Martialis lib. 5. 11. 4.
 Myrtetis ociofis ordinata uilla.
 Littora myrtetis Leisima. Virg. 2. Georg. 23.
 Myrtites, pen. prod. (*μυρτίτης*) unum eo modo dicitur quo Aromates. Colum. lib. 12. cap. 38. 1. Vinum myrtitum ad tormina sic facio. Plin. lib. 30. cap. 7. 2.
 Myrtuosus, penult. prod. Adiectiuum. Plin. lib. 12. cap. 13. 2. Frutice myrtuoso, palmi altitudine.
 Mys] Myos (*μύς*) nomen fuit caelatoris, qui claruit argento calando. Martialis lib. 8. 50.
 Quis labor in phiala docti Myos, ane Myronis?
 Mys] huius myos, m. g. In mari testudo, inus aquatilis, qui & mus marinus, & luatu testudo dicitur. Item, piscis genus ex ostrea est. Plin. lib. 37. cap. 11.
 Mysia] *μυσία*, Regio Hellepontica, à Mysis dicta, qui è Thracia illuc migrauerunt: quae subdita fuit Telepho. Est & alia Mysia post Macedoniam, quae affinis Adriatici, usq; ad Ponticum extenditur mare. Ptolemeus duplicem Mysiam facit, Maiorem & Minorem, & utranq; extra Bithyniam in Asia posuit, non procul ab Ida. Mysos alij Thracas, alij Lydos fuisse dixerunt. Et quoniam Lydi saugum acetosum (quae multa nascitur in Olympo) Mysiam uocauerunt, ab eo Mysos dictos putarunt, quibus sermo fuit ex Lydo Phrygiog; permixtus. De Mysia meminit Cic. in Orat. 13. Et pro Flacco, 51. Claud. 7. Part. 11.
 Quum Geticis ingens premeretur Mysia plaustris. Seruius in 1. Georg. Mysia prouincia est: Macedonia uero, ciuitas haud longè à Troia: quam magis debemus accipere propter Gargara montes Phrygios.
 Mysorum postremus. Strabo Geographic lib. 12. refert, Mysorum populum usque adeo contemptum fuisse, ut prouerbio locum fecerit. Id usurpat M. Tullius pro L. Flacco, 51. Quid, inquit, porro in Graeco sermone tam tritum atq; celebratum est, quam si quis despiciat ducitur, ut mysorum ultimus esse dicatur? idem ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 29. Nisi me forte Paconij nescio culus hominis, ne Graeci quidem, at Mysi, qui Phrygis potius querelis moueri putat. Nimirum gentis eius contemptum declarans. Summum itaq; despectum & infamam humilitatem hoc adagio significabimus. Erasmi.
 Agmina Mysorum. Horat. Epod. 17. 2.
 Mysomacedones] *μυσομακεδόνες*, Populi sunt Asiae in tractu maioris Mysiae, à Macedonibus oriundi: unde & nomen habent. Meminit horum Plin. lib. 5. cap. 29.

Mysterium]

Mysterium] mysterij (μυστήριον) Arcanum Latine dicitur, uel sub quo arcani aliquid latet: quodq; non perficitur, nisi occulta aliqua sacroru ratione. res arcana occultaq;: quaeq; nefas est uulgo offerre. Erant enim mysteria, sacra arcana, quae Latini seclusa uocant. Haec aut duorum generum erant apud Eleusinen terrae Atticae: magna, quae Cereri sacra erant: & parua, quae Proserpinae: in quibus quae agebantur, sacerdotibus summo silentio occultabant. Cic. ad Attic. lib. 4. 87. 2. Neq; enim sunt epistola nostra, quae si perlata non sunt, nihil ea res nos offensura sit: quae tantum habent mysteriorum, ut eas ne librarijs quidem ferre committamus.

Aperire mysteria. Cic. 4. Tusc. 88. Enunciare dicendi mysteria. Cic. 1. de Orat. 103. Referre mysteria. Cic. 3. de Orat. 43. Quae tradantur mysterijs reminisci. Cic. 1. Tusc. 46. Tacitum tanquam mysterium tenere aliquid. Cicero 3. de Oratore, 37.

Mysteria etiam erant quaedam festa, ut uidetur apud Cicero-nem, ad Atticum, lib. 5. 110. 19. Et lib. 6. 112. 7. Faciesq; me, in quem diem Romana incidant mysteria, certiorum. Vide In cido, pen. corr.

¶ Mysta, mystae (μύσται) Sacra discens, mysteriorum peritus discipulus, initiatus sacris alicuius numinis. Seneca Herc. su- rent, 19. 4.

Et citi testis properant relictis Attici noctem celebrare mystae.

¶ Mystagogus, pen. prod. (μυσταγωγός) Princeps sacrorum. Cic. 6. Verr. 116. itaq; iudices, hi qui hospites ad ea quae uisenda sunt, ducere solent, & unumquidq; ostendere, quos illi mystagogos uocant, conuersam habent tam demonstra- tionem suam.

¶ Mysticus, pen. corr. Adiectiuum (μυστικός) Arcanus: ut, Mysti- ca sacra. Martial. lib. 8. 75.

Furta mystica. Ouid. 2. de Arte, 129.

Sacra mystica. Ouid. epist. 2. 9.

Vitis mystica. Tibul. lib. 3. eleg. 6. 1.

Mythillus] μύθιλλος cocus est apud Martialem, Si tibi Mythillus coquus Aemyliae uocatur, Dicitur quare non Taratalla mibi.

Mystus] Piscis ex lacertorum genere. Plin. lib. 32. cap. 11. Be- lonius putat esse Vn barbatus, a mysticibus.

Mythos] Latine fabula.

¶ Mythologia (μυθολογία) Sermo seu ratiocinatio fabularum. Mythridates] Vide Mithridates.

Mytilus] pen. corr. Piscis est ex genere concharum, in areno- sis potissimum locis proueniens, cuius exusti cinis causticam uim habet, non secus ac muricis. Vide Plin. lib. 31. cap. 9. & lib. 9. cap. 51. Martial. lib. 5. Sumitur inciso mytilus ore mibi.

Myus] myuntis (μύς) Vna ex duodecim Ioniae urbibus, tri- ginta a Maeandri ostio distans stadys, quam postea ob homi- num paucitatem Malesij incoluerit. Author Strabo lib. 14.

Myxa] myxae, Pituita e naribus fluens, qui & mucus dicitur, μύξα.

Myxon] myxonis, pen. prod. (μύξων) Mucosus, hoc est, na- res mucosae fordidata habens.

¶ Myxon, genus piscis. Plin. lib. 22. cap. 7. Auribus utilissimum bati piscis sel recens, sed & inueteratum uino. Item banchi, quem quidam myxona uocant.

¶ Myxos, μύξος, Prominens pars lucernae, ex qua profer- tur elychnium, quasi ex naribus mucus. Martial. lib. 14. 41. Illustrem quum tota meis conuiuia flammis, Totiq; geram myxos, una lucerna uocor.



centi. ubi uero non fuerit, seratur c, ut Ducenti. N literam postponebant ueteres frequentissime uocalibus na- tura longis, ut pleriq; ueterum inscriptionibus appare, ubi legitur Formosus, Formose, Atlans, Gigans, Pallans, Then- saurus. Quod hac de causa factum existimat Pierius: quod mos ueteribus fuerit istiusmodi uocalibus natura longis τὸ μακρόν, signum superaddere: quia nota, quante ille essent, admoerentur: eamq; postmodum imperitoribus seculis com- pendiarie scripturae aplice esse crediderunt. coepitq; primo pro n proferri, mox & adscribi: atq; ita ex formosus, For- mosus: ex Thesaurus, Thesaurus: ita ex Atlas, Atlans, & similia in usum prodierunt.

Nabathaea] Nabathaea, regio est, quae ab Arabia incipiens, quam intra se continet, usq; ad mare rubrum ex latere de- xtro, atq; ex superiori parte in Indicum protenditur. Inda

¶ Nabathaeus, pen. prod. Adiectiuum (Nabathaeus) Ouid. 1. Me- tamorph. 136.

Eurus ad Auroram Nabathaeaq; regna recessit. Eadem olim mitebat elephantis, ut est auctor Iuuenalis. Flatus Nabathaei. Lucan. lib. 4. 13.

Nabis] huius nabis, s. g. (Nabis) Animal. Plin. lib. 8. cap. 18. 4. Horum aliqua similitudo in duo transfertur ani- malia: Nabis Aethiopes uocant, collo similem equo, pedibus & cruribus boui, camelo capite, albis maculis rutilum colo- rem distinguuntibus, unde appellata camelopardalis. Dicitur- toris Caesaris Circensibus ludis primu uisa Romae. Ex eo subinde cernitur, aspectu magis quam feritate conspicua: quare etiam ouis ferre nomen inuenit.

Nabius] Tarracoenfis Hispaniae fluiuius, Ptol. lib. 2. cap. 6. Narium dicit Mela.

Nablium] nablij (Nablium) Instrumentum musicu, quod alias psalterium dicitur. Ouid. 3. de Arte, 66. Disce etiam duplici genitalia nablia palma Vertere conueniunt dulcibus illa modis.

Nabriassa] Nabriassa, Ptolemeo lib. 2. cap. 4. alijs Nebrissa: hodie Veneria cognominata: Hispaniae ciuitas est.

Nabuchodonosor] Babylonis rex fuit, qui (inquit Orige- nes) genibus innumeris propinauit mæoris potum, super- be ac crudeliter, quod Domini fiebat uirtute, sibi arrogati- uis ascribens.

Naccæ] appellantur uulgo fullones, ut ait Curiauius, quod nauci sint, id est, nullius precij. Idem sentit & Cincius. Qui- dam aiunt, quod omnia ferre opera ex lana, naccæ dicantur a Graecis. Festus. Vide Commentarios in Horatium, pag. 392.

Nactus] Vide Nancifcor.

Næ] Graeca dictio (Næ) Aduerbiu affirmandi. Valde uel ni- mis aliquando significat, ut ait Donatus. Terentius Andr. 2. 1. 26.

Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant. Idem Andr. 2. 1.

Sponsam

Sponsam hic tuam amat. p. næ iste haud mecum sen- tit. Vbi Donatus, Næ, Valde, ut & Cicero 2. in Cas- til. 29. Næ illi uehementer errant. Sensus hic est, Non id a- mat quod amo, nec id odio habet, quod odi. hoc est, Val- de iste, inquit, non mecum sentit: id amat quod ego odi. Et paulo post, Næ, Valde: aut, ut quidam uolunt, O quam. Lu- cilius in 10.

Næ in arce bouem discerpsi magnifice, inquit. Næ, Certè, utiq; profectò. Cicero Curio, lib. 7. 31. 1. Incredibile quam turpiter mihi facere uidear, qui his rebus interfim. næ in uideris multo ante prouidisse quid impenderet. Horat. 2. Seru. Satyr. 3. 20.

Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, næ etiam rex. Cic. 6. Verr. 73. Næ ista praecleara nobilitas desinat queri populum Rom. hominibus nouis, &c.

Nænia] nenie: uel Nenia, neniaram (Nenia) uocabitur. Est (inquit Festus) carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Sunt qui eo uerbo finem significari pu- tant. Quidam uolunt neniā in deo dici, quod uoci simlior querimonia sentium sit. Quidam aiunt, neniā ductum no- men ab extremi intestini uocabulo. Graeci enim uerbo extre- mum dicunt: siue quod chordarum ultima uerba dicitur, ex- tremam cantionis uocem neniā appellarunt. Nonius, Neni- a ineptum & inconditū carmen, quod adducta precto mu- lier, quae praefica diceretur, ijs quibus propinqui non essent, mortuus exhiberet. Varro de Vita populi Rom. lib. 4. ubi à muliere, quae obtutum à uoce esset, perquam laudari, deinde neniā cantari solitam ad tibias & fides. Haecenus Nonius. Cic. 2. de Legib. 98. Honoratorum uirorum laudes in con- cione memorentur, eaq; etiam ad cantus ad tibicinem profe- quantur. Cui nomen neniā: quo uocabulo etiam Graeciae can- tus lugubres nominant. Quintil. lib. 8. cap. 2.

Neniā quoq; deam ueteres colere, cui sacellum extra portā Viminalē fuerat dedicatum, ut ait Festus.

Soricina neniā. Plaut. in Truculento, Si tibi mæchæra est, nobis uerūna est domi, Quae quidam te faciam, si tu me irritaueris, Confosiores soricina neniā. Quo loco Turnebus, So- ricina neniā non aliud quicquam uidetur esse, quam can- tuncula quaedam celebris de confosioe sorice, qui dum uodit, suo iudicio plerunq; confosidit. Proinde canebatur, Sorex suo iudicio confosissus perijt: aut aliud quiddam simile.

Pterorū neniā. Horat. i. epist. 1. 13.

Neniā pro incantatione accipi dicit Porphyrio apud Horat. Epod. 17.

Caputq; Marsa distilire neniā.

Nenu] pro Non antiquis fuisse in usu probat Nonius. Lu- cil. lib. 30.

Sed tamen haec dicas, quid est nenu molestum est. Varr. si hodie nenu uenis, cras quidē si ueneris, &c. Sic à pleriq; nenu legitur sine m. Alij Nenum scribunt. Vide suo loco.

Nenuia] Mulieris nomen, a Nenu sic appellatae.

Nenuia Sylua dicta iuxta urbem, quod Nenuij cuiusdam fue- rit. Festus.

Nenuius] Nenuius. Poeta comicus uetustissimus, cuius meminit Horatius 2. epist. 1. 11.

Nenuius, epigramma sibi posuit plenum superbia Campanae. Author Gellius lib. 1. cap. 24. Varro autem in libro de Poe- tis, dicit eum stipendia fecisse primo bello Punico, idq; bellum carmine scripsisse.

Nenuius Turpio, Verris in omni calumnia praecursor & emissarius: ut refert Cic. 7. Verr.

¶ Neniānus, pen. prod. Adiectiuum (Neniānus) Cic. de clar. O- rat. 30. Illius autem etatis qui sermo fuerit, ex Neniānis feri-

ptis intelligi potest. Neniānus laudator. Cic. lib. 1. ad Atticum, Nosti caluum ex Næ- uianis illum laudatorem meum. In pleriq; tamen libris scri- ptum est, ex Nanneianis: sed mendium subolet, rectumq; ui- detur, ex Neniānis. Respexit enim Cicero ad uersum Næ- uij, cuius ita meminuit in epistolis, Letus sum laudari me, inquit Heffor, opinor apud Neniū abs te pater lauda- to uiro. M. inquit Crassus laudator ille meus, quem irridens caluum appellat, & laudatum uirum, similem; Neniāno laudatori, negotium transegit & confecit. Turnebus.

Næuus] Næui, Corporis insigne, seu genuina macula. Cic. 1. de Nat. deor. 107. At est corpori macula næuus: illi tamen hoc lumen uidebatur. Nullus in egregio corpore næuus erit. Ouidius 5. Trist. eleg. 14. 3.

Nagnata] Hyberniae urbs insignis, apud Ptolem. lib. 2. cap. 2. Magnata legitur in codice manu scripto.

Nagnia] Vilmbrorum urbs in Italia, Ptolem. lib. 3. cap. 1. Prius Nequinum, hodie Narnia, uulgo Narni.

Naiades] pen. corr. (Naiades, Naiades) Nymphae sunt fontiu, uel fluminum.

Aequoreae Naiades. Ouid. 14. Metam. 111. Chori Naiadum. Ouid. 1. Fast. 102.

Dominae undarum Naiades. Stat. 1. Sylu. 5. 2. Nonnulli legunt, Naias, quod à nominatio Nais descendit: illud uerò à no- minatio Nais.

Hesperiae Naiades. Ouid. 2. Metam. 65. Puella Naiades. Virgil. 10. eclog. 2.

Sorores Naiades. Silius lib. 6. 58. Vide Naiades. Claud. 3. de raptu Proserp. 4.

¶ Naius, a, um: Propert. lib. 2. Supposita excipiens Naiica dona manu.

Naim] Ciuitas Galilaeae, duobus millibus distans à monte Thabor.

Nais] huius Naidis, pen. corr. (Nais) nomen nymphae aquati- cae, à Nais.

Cerula Nais. Stat. 3. Sylu. 4. 8. Candida Nais. Virg. 2. eclog. 10.

Lubrica Nais. Stat. 1. Sylu. 3. 13.

Nais, item nomen fluiui, qui ex Tauro nascens in Pontum mergitur.

Nalcua] Nalcua, urbs Britanniae Ptolemeo. Nunc uulgo di- citur Osi fordae.

Nam] γὰρ, ὅτι, Coniunctio causalis, primum tantum locum sortitur. Terent. And. 2. 6. 27.

Quid nam hoc rei est? quid nam hic uult ueterator sibi? Nam si hic mali est quicquid, hem illic est huic rei caput.

Nam, non tam causam aliquando reddit, quam ingressum rei si- gnificat. Terent. And. 1. 1. 24.

Bo pacto & gnati uitam, & consilium meum Cognosces, & quid facere in hac re te uelim.

Nam is postquam excessit ex ophabis, Sofia, Liberius uiuendi fuit potestas, &c. Nam hic non cau- sam, sed rei initium notat: Pamphili nempe uitam incipit de- scribere. Cic. in Bruto, Fabius Pictor fuit & iuris, & litera- rum, & antiquitatis bene peritus, Quintusq; Fabius Labeo fuit ornatus istdem ferè laudibus. Nam Qu. Metellus, is cuius quatuor filij Consulares fuerunt, in primis est habitus elo- quens, &c.

Nam, incipiendi uim habet. Verba sunt Donati in illud prolo- gi Adelphi.

Nam quo d isti dicunt malenoli, homines nobiles Eum adiuuare, &c.

Nam, pro Autem, uel simili discretiua ponitur. Cic. in Salust. Nam

nam quod ista impetata rabie petulanter in uxorem et filiam meam, etc.

Nam quid, siue Nam quis: pro Sed quid, uel Sed quis: id est, Quid autem, uel Quis autem? Terent. Eunuch. 5. 2. 58, —quam tu rem actura obsecro es?

Nam quid ita est? Virg. 4. Georg. 90,

Nam quis te iuuenem confidentissime, nostras iussit adire domos? Cic. ad Marii, lib. 7. 1. 30, Nam quid ego te athletas putē desiderare, qui gladiatores contēperis? Nam profecto, Salust. in Catil.

Nam quia. Quintil. lib. 10. cap. 2, Nam quia quedam sunt imitabilia, quibus, etc.

Nam, pro Etenim. Cic. in Orat. 11. 4, Nam qui audiunt, hæc duo animaduertunt. Sic sepiissime Cic. Budeus.

Nannitæ] *ναυνησι*, Ptolemao libro 2. cap. 8. alio nomine Nannetes dicti: quorum ciuitas Condiuincii, uulgo Nantes. *ναυνησι* uel *ναυνησι* nancisci, Acquirere: cum homine autem iunctum, frequentissime capitur pro Inuenire. Fit autem à Nancio, nancis, secundum Priscianum. Nancisci, inquit Donatus, proprie dicitur, qui paratus ad tenendum ante quam possit reperire quod tenet, statim quod occurrerit, prehendit. Plautus Rudente, 20. 33, —ut nactus es, abi Bono animo.

Aduersarium nancisci, Venerem, uestitum. Plaut. Capt. 2. 64. Idem Bacchid. 4. 39. Terent. Eunuch. 3. 58.

Bellus immanes nanciscimur uenando. Cic. 2. de Natura deorum, 240.

Boni aliqui fortuiti nancisci. Cic. 3. de Nat. deor. 136.

Causam moriendi se nactū esse Cato gaudebat. Cic. 1. Tuscul. 116.

Fidem nacta. Ouid. 1. Fast. 95.

Firmitatem nancisci. Cic. Bruto, lib. 11. 12. 3.

Nacti sunt hami. Plaut. Rud. 23. 45.

Hospitium. Plaut. Menach. 9. 59.

Impudentiam. Plaut. Bacch. 252.

Malum. Terent. And. 5. 6. 3.

—more hominum euenit, ut quod sim nactus mali, Prius rescisceres tu, quam ego, quod tibi euenit boni.

Occasionem. Caesar 3. bel. Ciuil. 32.

Ocium. Cic. Appio Pulchro, lib. 4. 7. 1.

Aliquem ociofum. Cic. 1. de Fin. 22.

Pisces. Terent. Adelph. 3. 3. 67.

Potestatem. Salustius, Homines adolēcentes summam potestatem nacti.

Potestatem per scelus nancisci. Cic. 3. de Nat. deor. 123.

Prædam nactus in agro. Ouid. 3. Metam. 122.

Nanciscetur enim precium, nomenq; poetæ. Horat. de Arte, 61.

Sortem. Cic. 3. Verr. 73.

Spem. Cic. 3. Verr. 39, Quo quidem tempore iudices, iste spem maximam reliquorum quoq; peccatorum nactus est.

Spem maiorem aliquid impetrandi nancisci. Cicero Cluio, libro 13. 8. 8.

Tempora apta nactus. Ouid. 9. Metam. 115.

Nannium] Meretricula quædam fuit, proscenium ut scribit Athenæus, cognominata, quod uestitum et auri cultu plurimo speciosa uidebatur, cum exuta foret uel turpissima. Hæc item si Suidæ credimus, facetè dicta est Capra: quod Thalli cuiusdam couponam facientis bona degluisset, tanquam germina hædis obijci solita in pastum, quæ Thallos Græci uocant. Plaut. Amphit. 3. Alij legunt Nanium, simplici n.

Nanq;] *ναυ*, Coniunctio causalis, quæ secundo loco ponitur, ut, ille nanq; ita, etc.

Nanq;, primo loco positum, pro Siquidem, certè. Terent. Nāq; est hæc anus à fratre egressa modo. Virg. 1. eclog. 2,

Nanq; erit ille mihi semper deus. Cic. 1. de Orat. 50.

Nanq;, pro Verum, aut Sed. Cic. 1. de Orator. 37, Nanq; illud quare Scaeuola negasti te fuisse laturum, etc.

Nanus] Adiectiuum (*ναυ*) teste Gellio lib. 19. cap. 13, Græcum uocabulum est: quo antiqui uocauerunt breui corpore hominem, paululum supra terram extantem, quem Latine pumilionem dicimus. Iuuenal. Satyr. 9. 4,

—nanum cuiusdam Athlanta uocamus.

Nanum, inquit Festus, Græci uas aquarium dicunt, humile et concauum, quod uulgo uocant situlum barbatum. Vnde nani pumilionem appellantur.

Nanium] nanij (*ναυνησι*) sint qui dicant diminutiuum esse factum à Comici, pro muliere parua, sicut Glycerium, et huiusmodi. Plaut. Amph. 3. 91,

Etiam histriones nanio in proscenio hic Iouem inuocauerunt. Alij legunt nannio, duplici n.

Napata] Napatorum (*ναπατα*) Aethiopiæ urbs est: olim Can daces regina, cuius meminit Strabo libro 17.

Napeæ] *ναπηαι*, Nymphæ sunt fontium, ut Scribit Seruius. Faciles Napeæ. Virg. 4. Georg. 107.

Naphtha] naphthæ (*ναφθα*) Genus ueniens ex bitumine. Plinius libro 2. cap. 105. Similis est natura naphthæ: ita appellatur circa Babyloniam, et in austrogenis Parthiæ profluens, bituminis liquidi modo. hinc magna cognatio ignium, transilluntq; protinus in eam undecunq; uisam. Ita ferunt à Medea pellicem crematam, postquam sacrificatura aras accesserit, corona igne raptâ. Hæc Plinij uerba plurimū afferunt lucis Horatio sic scribenti,

Hoc delibuitis ulta donis pellicem

Serpente fugat aliæ. Etsi iocatur alio, non naphtha imbutam fuisse coronam. Appellare uidentur Latini hoc genus bituminis liquidi, Oleum uiuum. Gratius,

Vulcano condita domus, quam subter eunti

Stagna sedent uenis oleoq; madentia uiuo. Turnebus.

Napithæ] *ναπιθα*, Populi in Scythia, quorum Caput uicis Napis: qui et Napate nominantur. Stephanus.

Napus] napi (*ναπος*) Genus rapi obtusifloris et breuioris. Colum. lib. 2. cap. 10. 18, Napus deuexam terram amat et siccam. Vide Plinium lib. 20. cap. 4. 1.

Napellus] napelli, nomen habet à napi similitudine. Est autem radix paruo napo similis. Arabes nunc uulgo uocant Bisch.

Napina, Napina, pen. prod. Locus in quo seminatur napi. Colum. lib. 11. cap. 2. 53, Nanq; et napina, itemq; rapina siccae locis per hos dies sunt.

Nar] *ναρ*, Fluuus, qui per urbem Narniam effluens, Tyberim immiscetur. Vide Plinium libro 3. cap. 5. Est et alius hoc nomine qui à Danubio uidetur deriuari. Virg. 7. Aeneid. 104,

Sulphurea Nar albus aqua. Strabo hunc Naranē uocat.

Narane] fluuus Dalmatiæ, ab Epidaurio non distans amplius centum millibus passuum.

Narbais] Vrbs æstuarua in Hispania.

Narbo] *ναρβω*, Martius, Gallie urbs, decumanorum colonia, xlii. m. pass. à mari distans. Plin. lib. 3. cap. 4. 2. Ab hac urbe nomen est inditum prouinciæ Narbonensi. Ausonius in urbium catalogo,

Nec tu Martie Narbo silebere, etc.

Vulgo Narbona dicitur. Cic. pro Font. 2, Est in eadem prouincia Narbo Martius, etc.

Narbonensis] *ναρβωνοια*, prouincia, ut ait Plinius libro 3. cap. 4. appellatur pars illa Galliarum, quæ interno mari alluitur: Brachata autè dicta, à uestitum habitus: quæ reliqua, à nutriendi capilli studio Comata diceretur, quoniam sunt qui

qui toti id nomen Gallie tribuant. Amne Varo ab Italia et Alpibus discernitur: reliqua uero Gallia, montibus Cebenæ et Turasagrorum cultu, uiuorum morumq; dignatione, amplitudine opum nulli prouinciarū postferenda. Hæc et Plinius. De hac uide Melam libro 2. cap. 5. et Strabonem lib. 4.

Narcæus] *ναρκαυ*, Filius fuit Dionysij et Phisocæ, qui bello clarus Palladis Narceæ templum excitauit. Nam sepe à templorum conditoribus, dijs ueterum adoptabantur cognomina. Author Cælius lib. 13. cap. 34.

Narcissus] Claudij libertus fuit, potentia formidolosus: qui quum quondam missus esset à Claudio, ut milites tumultuantes sedaret, suggestumq; uelut concionaturus conscendisset, hominis indignatione moleste ferentes militum plures, id inuulgatum succlamarunt, id est *ναρκαυ*, id est Saturnalicius dies, quoniam dominorum habitu tunc prodeant serui. Author Dion. Fuit et Narcissus, nomen fluij.

Narcissus] *ναρκαυ*, Flos apud Italos frequentissimus, nostris autem minus cognitus. Plin. lib. 21. cap. 5. 3. et cap. 19. 5. Narcissi duo genera in usu medici recipiunt: unū purpureo flore, et alterum herbeaceum. Hunc stomacho inutilem, et ideo uonitiorum, aliosq; soluentem, neruis inimicum, caput grauantem. Et à *ναρκαυ* Narcissum dictum, nō à fabuloso puero. Virg. 8. eclog. 90,

—narcisso floreat alnus.

Lachryma narcissi. Virg. 4. Georg. 32.

Purpureus narcissus. Virg. 5. eclog. 8.

Sera comus narcissus. Virg. 4. Georg. 25.

Narcissinus] pen. cor. Adiectiuum (*ναρκαυ*) ut, Narcissinum oleum. Plin. lib. 21. cap. 19. 6. Et hoc flore fit narcissinum oleum ad emolliendas duricias.

Narcissites, pen. prod. (*ναρκαυ*) Gemma appellata est, quæ narcissi colorem habet, uenis hederæ distincta. Huius meminit Plin. lib. 37. cap. 11.

Narcissus] *ναρκαυ*, fertur filius fuisse Cepheij amnis, et Lyriopes nymphæ: qui quū pulchritudine præstaret, à muliere nymphis amatus est. Et quum nimio desiderio potiunde nymphæ contabisset, mutatus est in florem sui nominis. Ouid. 3. Metam. 74. Et Stat. 7. Thebaid.

Narcoica] *ναρκαυ*, Medici neoterici appellat medicamentum, quibus stupor conciliatur, ac torpor aduersus sensum doloris ac cruciatum, et *ναρκαυ*, quod stuporem significat.

Nardus] *ναρδα*, sem. gen. et Nardum, n. g. (*ναρδα*) Eriatex est (inquit Plinius lib. 12. cap. 12.) graui et crassa radice, sed breui, ac nigra, fragiliq; quamuis pingui, situm redo lente ut cyperi, aspero sapore, folio paruo densiq; cacumina in aristas se spargunt, ideo gemina dote nardus spicas ac folia celebrant. Hebraicè uocatur Nerd. Vulgus nostrum uocat spicam nardi. Est enim et alia nardus celtica, quam eandem esse cum nostra lauandula putat Barbarus. Plin. lib. 21. cap. 6. 2. Baccar quoq; radice tantum odorata est, à quibusdam nardum rusticum appellatum.

Achemeniæ nardo perfundi. Horat. Epod. 13. 2.

Assyria nardus. Horat. 2. Carm. ode 11. 4.

Lenis nardi aristæ. Ouid. 15. Metam. 80.

Nardus, et Nardum, pro unguento nardino. Tibul. libro 2. eleg. 2,

Illius puro distillent tempora nardo: Puro, id est, non adulterato. Sic lib. 1. eleg. 7. dixerat,

Illius et nitido stillent nardine capillo.

Et capite et collo mollia ferta gerat. Veteres enim epulabantur unguentati. Horat. lib. 2. Carm. ode 11,

Thefauri pars 2:

Cur non sub alta uel Platano, uel hæc Eui iacentes sic temerè, et rosa Canos adorati capillos, Dum licet, Assyriaq; nardo Potamus uncti? Quæmadmodum rosa dixit, pro roseo: sic nardo, pro nardino.

Perunctus nardo. Horat. Epod. 5. 13.

Nardinus] pen. cor. Adiectiuum (*ναρδα*) Quod nardum redolet, uel quod potius nardi saporem habet. Plin. lib. 15. cap. 15, Pyra ab odore myrapiæ, laurea, nardina.

Vnguentum nardinum, Ex nardo uel spica nardi factum. Plin. lib. 13. cap. 1. 11.

Narica] naricæ, authore Festo, Genus est piscis minuti. Plaut. Muriaticam uideo in uasis stanneis, naricam bonam et canatam, et taguma, quinas fartas conchas piscinarias. Naticæ (inquit Festus) piscem leges apud antiquos per r, non per r: et uidetur à natando dictus.

Naris] huius naris, se. gen. (*ναρ*) Nares proprie nasi latiores partes, in quibus sunt spiracula, à naritate, inquit Donatus, quæ nos adoratu doceant præsto et propè esse, quod adhuc oculi non uident. Plin. lib. 11. cap. 2. 84. Item, omnium auriculæ ac nares quæ modicum, aliosq; soluentem, neruis inimicam, naturæ prouidentia, ne frangerentur. Festus, Nares appellari putant, quod per ea nasi foramina odoris cuiusq; quæritur. Melius dicit à Græco per immersionem literarum, ut Latinis consuetum est *ναρ*, nares: ut *ναρκαυ*, forma: et *ναρκαυ*, tener, et multa huiusmodi.

Rectè sursum sunt nares, quod odor omnis ad supera fertur. Cic. 2. de Nat. deor. 211.

Acute nares. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 6.

Adiunctis naribus spiritus augetur. Cicer. 2. de Natura deorum, 201.

Adunca naris spiramina. Lucan. lib. 2. 37.

Balba de nare locutus. Persius Satyr. 1. 4.

Caua naris. Ouid. 1. de Arte, 105.

Compreste nares. Lucret. lib. 6. 240.

Emunctæ naris durus componere uersus. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 2. de Lucilio. Porphyrio refert aduersus, appellans uersus emunctæ naris, elegantes et decentes. Acron refert ad Luciliū, interpretaturq; sapientem: quia e contrario, inquit, mungosum sultum appellamus. Emunctæ igitur et purgatæ naris dicitur is, qui nasum emunctum et non mucosum habet. Porro qui nares purgatas habet, aerius olfacit, et clarius loquitur, unde facilius potest alienorū uitiorum factorè ac graucolentiā indagare, et liberius arguere. Adde, quod mucosus non nisi emuncti solent irridere.

Gemina nares. Virg. 4. Georg. 60.

Obeşe naris iuuenis, Qui nihil olfacit: hoc est, stupidus. Horat. Epod. 12. 1.

Obeşe nares igni. Silius lib. 7. 72.

Patulus captauit naribus auræ Bucula. Virgilius 1. Georg. 76.

Pilose nares. Iuuenal. Satyr. 14. 20.

Remisse nares à fronte. Ouid. 14. Metam. 19.

Resima patulæq; nares. Vide Patulus.

Sagacitare sentire aliquid. Lucan. lib. 7. 168.

Truncæ nares in honesto uulnere. Virg. 6. Aen. 100.

Tumidæ nares. Valer. 1. Argon. 46.

Admouere aliquid ad nares. Cic. 3. Tuscul. 73.

Corrugare nares. Horat. 1. epist. 5. 5.

Ducere naribus succum. Cic. 1. de Diuin. 26.

Indulgere naribus, irridere, substatuare: quod et naso suspenderè aduincò dicitur. Pers. Satyr. 1. 5.

Infundere in naribus. Vide Infundo:

Infundere per nares. Vide Infundo.
 Lumen extinctum offendit nares nidore. Lucret. lib. 6. 159.
 Patent nares propter necessarias utilitates. Cicero 2. de Natura deor. 217.
 Auris inducere naribus. Lucret. lib. 4. 201.
 Tauri spirantes naribus ignem. Virg. 2. Georg. 28.
 Viti naribus. Horat. 1. epist. 20. 9.
 Narium tadia & graecolentiam emendat succus hederae. Plin. lib. 24. cap. 4. 10.
 Naritia. Vide Narycium.
 Narina. Iul. Narnia (vopvns) auctore Strab. lib. 5. Vmbria civitas, per quam Nar labitur, a quo & nomen accepit. Silius lib. 8. 93.
 Hissellon, & duro moti per saxa recumbens Narnia. Narniensis tribus. Vide Tribus.
Nepos, inquit Nonius, dici et scemina potest, Ennio auctore, quæ nunc nepitis dicitur, Iliada nepos quas erumnas retulisti.

Nepotes, posterii etiam uocantur. Virg. 6. Aen. 137. Fortè recesserat numerum, charosque nepotes. Id est, posteros ac descendentes.

¶ **Nepotes** (*νεποταί*) appellantur consumptores, à scorpione siue nepa, quæ (ut ait Plinius lib. 11. cap. 25. 5) deuorat omnes foetus suos, uno solum saluo. Siue dicuntur luxuriosæ uita homines, quod non aliter ipsi rei sue familiaris cura sit, quam ipsi quibus pater auus uiuunt. Hor. 2. Sermon. Satyra. 3. 45.

Vincit enim stultus ratio insanire nepotes. Cicero pro Quintio. 22. Quis tam perditus ac profusus nepos, non adesa iam, sed abundanti pecunia sic dissolutus fuisse, ut fuit Sexti, Neuius?

Nepos in patrimonio suo. Cicero 1. pro lege Agraria. 1. Ibi demum, 54. Vt in rebus suis, ita in Repub. luxuriosus nepos, qui, &c.

Nepos aliquando cognomen contumelie fuit à prodigitate, ut de Q. Metello collega P. Lentuli o o s. scribit Valer. un. de lusi Cic. ad Att. Sumpta tam Nepos euasit Scaptius. Patrem tamen Metelli, eum qui c. T. Didio o o s. fuit, Q. Metellum Nepotem uocant etià Capitolini scriptores. Nepotem autem eum dictum, quasi Q. Metelli Macedonia nepotem significat in Cornelianam Pædianus. Ex Sigonio.

Nepotes, in uite. Colum. lib. 4. cap. 6. Idem tamen sarmentum, quod in materiam summittimus, ab imo usque in tres pedes, et semissem pampinabimus, et omnes eius intra id spacium nepotes enatos decerpemus. Ibi demum, cap. 2. 4. 15. Iam uerò ipsos palmites, quos uidentem præparamus, clauiculis ac nepotibus liberandos magnoperè censeo. Virgilius 2. Georgicorum. 12.

Nepos. Columella libro 6. cap. 37. 3. Eiusmodi admissarius onager nepotibus magis, quam filijs utilior. De genere mularum.

¶ **Nepotis**, huius nepitis (*νεπίς*) Cic. de claris Orat. 111. Ergo illam patris elegantia tinctam uidimus: et filias eius Mutias ambas, quarum sermo mihi fuit notus: et neptes Licinias. Plin. lib. 7. cap. 43. 3.

Arbitrium nepis habebat auus. Ouid. epist. 8. 7.

¶ **Nepotulus**, nepotuli, pen. corr. Diminutiuum (*νεποτύλλος*) Plautus Milit. 2. 2. 20.

— si Te saluum hinc mittimus ire Veneriū nepotulum.

¶ **Nepotinus**, pen. prod. Adiectiuum (*νεποτινός*) Suetonius in Caligula, cap. 37. Nepotinus sumptibus omnium prodigiorum ingenia superauit.

¶ **Nepotus**, pen. prod. nepotaris (*νεποτάριος*) nepotari, Luxuriosè et prodigè uiuere. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 15. Vt liberalitatem nepotari id est, beneficium non dandum est ei qui nequiter profusus sit. Hinc.

¶ **Nepotatus**, huius nepotatus, pen. prod. (*νεποτάσιος*) Verbalè: de quo Afranius, Scurrilitate ac nepotatu nobiliss. Plin. lib. 14. cap. 4. ad finem.

¶ **Nepotalis**, et hoc nepotale, pen. prod. ut, Luxus nepotalis, id est, immodica profusio uictus et prodigentia. Nepos enim prodigus dicitur. Apuleius lib. 2. Asini auri, paulo post principium.

Neptunus] pen. prod. (*νεπτούνας, νεπτονώνας*) Saturni et Opis filius, maris deus: dictus est à nando, mutatis literis primis, ut ait Cic. 2. de Natura deorum, 96. Vel (ut Varro placet) à nubendo, quod ut calum nubes, ita mare terras tegat.

Corpus acerbum Neptuni. Lucretius libro 2. 95. Id est, mare acerbum.

Credere se Neptuno. Vide Credo.

Neptunus Aegæus. Virg. lib. 3. Aeneidos, Nereidum matri, et Neptuno Aegæo. Aegæus autem appellatur, inquit Turnebus, quod magna ueneratione Aegæus, quod oppidum est Eubœæ, colebatur.

Virg. Neptunus. Catull. de Sirmione, — Quæscunq; in liquentibus stagnis Mariq; falso fert uerq; Neptunus. Quæsitum qui sit uterque Neptunus: ac probabilis eorum esse uidetur sententia, qui mare superum et inferum, quibus Italia cingitur, interpretantur. Verius tamen fortasse uideri potest, quum significet Neptunus eam uitam, quæ honori præest, ut utrumque Neptunum intelligamus et eum qui dulcibus, et eum qui salis aquis imperat. Sic enim Sirmio insulis et peninsulis omnibus maris, et fluminum, et lacuum anteponetur. Huic expositioni fauent Catulli uerba, qui et liquentium stagnorū, et maris mentionem facit. Ex Turnebo.

¶ **Neptunus**, pen. corr. (*νεπτονώνας*) Adiectiuum possessi-

uum, Neptunia regna.

Ara Neptunia. Virg. 8. Aen. 139. Hoc est, mare.

Dux Neptunus. Horatius Epod. 9. 2. Hoc est, marinus imperator. Sextum Pompeium intelligit, Pompeij magni filium.

Heros Neptunus. Ouid. 9. Metam. 1. Intelligit Theseum.

Lacune Neptunia. Author ad Heren. lib. 4. 157.

Mœnia Neptunia. Propert. lib. 3. eleg. 9. 9.

Pergama Neptunia. Ouid. epist. 3. 31. à Neptuno et Apollinè edificata.

Pistrix Neptunia. Cic. in Arato, 48.

Prata Neptunia. Cic. in Arato.

Proles Neptunia. Messapus. Virg. 9. Aen. 105.

Troia Neptunia. Virg. 2. Aen. 125. Cuius muri à Neptuno et Apollinè constructi sunt.

¶ **Neptunine**, huius neptunines, pen. prod. (*νεπτονώνας*) Patronymicum fœm. Catull. Argon. epigr. 59. 6.

Tene Tethys genuit pulcherrima Neptunine. Turnebus, aliter et sic legit,

Tene Tyche tenuit pulcherrima Neptunine? Neptunumque putat hic uocari eum, qui ex elemento Neptunus, et nepibus uxorem petat, et Neptunum genere contingat. Itaque uocandi sensu de Peleo interpretandus, aut Neptunina legendum. Et hæc germana lectio est.

¶ **Neptunalia**, Neptuniorum (*νεπτονώνας*) Neptuni sacra, quæ et Salatia à Salo dicuntur.

Nequa] Aduerbium (*νεκός*) Ne per aliquem locum, Aut Nequa, nomen id est, ne aliqua. Virgilius 6. Aeneid. Cicero 1. Verr. 18. Tamen nequa deductio fiet, magna ex parte tua potestas erat.

Nequalia] Sunt detrimenta, ait Festus.

Nequam] *νεκός, νεκός*, Nomen indeclinabile, quod apud ueteres significat hominem nullius precij, quod ne tantum quidem sit, quam quod habetur minimi: ut ait Festus. Varro, Nequam ex Ne et Quicquam, media syllaba extrita, cõponi ostendit in libro de Lingua Latina. Quidam à Nequeo, quod nihil queat, nulliq; rei sit aptus. Vide Gellium libro 7. cap. 11. Caper docet, Nequam signare non malum, sed inutile. Plaut. Most. 3. 16. Atq; ubi illo immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia, &c. Et Cas. 5. 41. Potius quam illi seruo nequam armigero, nibili atq; improbo. Cic. 2. Philip. 84. O hominem nequam: quid enim aliud dicant magis propriè nihil possum dicere.

Charisius lib. 1., Commune trium generum in a unum uenit Nequa, idem et singulari et plurali numero monoptoton est, propter quod multum errant qui dicant adiecta in litera, Nequam hominis propositum habet. Hæc Charisius.

Frugi et Nequam, contraria. Cic. 2. de Orat. 37.

Nequam et cessator Dauus. Hor. 2. Serm. Satyr. 7. 20.

Nequam atq; improbus homo. Cic. pro Cælio, 6.

Homo ingeniosissime nequam. Paterculus lib. 2. C. Curio eloquens, audax, homo ingeniosissime nequam, et facundus malo publico. Aliquanto post, M. Cælius, uir eloquio animosq; Curioni simillimus, sed in utroque perfectior, nec minus ingeniosè nequam.

Nequam pro Inconsideratus. Cic. Attic. lib. 6. epist. 2. Peloponnesias ciuitates omnes maritimas esse, hominis non nequæ, sed etiam tuo iudicio probati. Dic. archi tabulis credidi.

Nequam, id est, inconsiderati, indiligentis, qui temerè scribere ret quicquid in buccam.

¶ **Nequior, nequissimus**. Cic. ad Att. lib. 9. 112. 5. Nunquam uidi hominem nequiorum. Idem, 2. Philip. 34. Non cum uno gladiatore nequissimo de Repub. grauius querens. Horat. 3. Carm. ode 6. 10.

Aetas parentum peior auis, tulit Nos nequiores. Perditus, multoq; nequior homo. Cic. Cælio, lib. 12. 2. 1.

Nequus aut turpius nihil est effeminato uiro. Cicero 3. Tusculan. 41.

Homo omnium nequissimus. Cic. Brutio, lib. 11. 21. 1.

Aurum nequam. Festus, Nequam aurum est auris, quod uis uehementius ambiat. hoc uersu Lucilij significare ait Asinius Capito, nequam esse aurum, quod aures ledat, uel pondere inaurium, quum mollissima pars inciditur. Vel ex auro intelligi pecunie cupiditatem, cuius respectu et nimia cupiditate te homines ad peccandum adducuntur.

Liber nequam. Ouid. 2. Trist. 63.

Nequam uitis, inutilis. Colum. lib. 3. cap. 10. ad finem.

Nequam, pro Nequiter. Plaut. Pen. 3. 50.

— locum sibi uelle liberum præberier, Vbi nequam faciat clam.

¶ **Nequiter**, pen. corr. nequius, nequissime, Aduerbium (*νεκός*) Cic. 3. Tuscul. 64. A me quidem paulo ante appellata frugalitas, quæ te turpiter et nequiter facere nihil patitur. Plin. lib. 12. cap. 25. 7. Nequissime autem gummi, quoniam ipsum quoque inherescit. Cic. 2. de Fin. 45. Quia quod bene, id rectè, frugaliter, honestè, ille porro malè, præuè, nequiter, turpiter cenabat.

¶ **Nequitia, nequitia** (*νεκότης, νεκότης*) Lasctitia et libidinositas illecebra. Cic. Att. lib. 1. 11. 13. Nam planè ita putauerunt, quum religio, quum pudicitia, quum iudiciorum fides, quum Senatus autoritas concidisset, fore ut aperte uictrix nequitia ac libido pœnas ab optimo quoque peteret sui doloris.

Poeta suæ nequitie. Ouid. 2. Amor. eleg. 11.

Nequitia, inquit Donatus, propriè libidmosa inertia dicta est, quod nihil queat, nulliq; rei apta sit.

Natiua mala nequitia. Iuuen. Satyr. 14. 22.

Officina nequitie, et diuerforum flagitiorum omnium domus eius. Cic. pro Rosc. Amer. 79.

Semina nequitie languidiora. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 2.

Nequitia, ut ait Gellius lib. 7. cap. 11, est luxus uite prodigus atq; effusus. Ouid. 1. Fast. 83. Nequitia est quæ te non sinit esse senem. Terentius Heaut. 3. 1. 72.

Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris.

Modus nequitie. Senec. Agamem. 3. 9.

Frugalitati contrarium uitium Nequitia dicitur. Cic. 3. Tuscul. 31. Frugalitas, ut opimor, à fruge, qua nihil melius è terra: nequitia ab eo, etsi hoc erit fortasse durius, sed tentemus, et luisse putemur, si nihil sit, ab eo quod nequiequam est in tali homine, ex quo idem nibili dicitur.

Nequitia, pro Intemperantia quadam, et libidine rerum Venerearum. Hor. 3. Carm. ode 15.

Tandem nequitie fige modum tuæ. Et Satyr. 3. lib. 2.

— par nobile fratrum

Nequitia, et nugis prauorum et amore gemellum. Luxuria et nequitia. Cic. 7. Verr. 69.

Nequitia et inertia. Cic. 1. in Catil. 3.

Malitia et nequitia. Author ad Heren. lib. 3. 102.

Perdita nequitia. Vide Perditus.

Perdita nequitia et summa egestate uir. Cicero pro Cluentio, 26.

Singulari nequitia præditus homo. Cic. 5. de Fin. 100.

Inuoluta argumentis nequitia. Vide Inuoluo.

Abducere aliquem ad nequitiam. Vide Abduco.

Adducere ad nequitiam. Vide Adduco.

Aceti enim nequitia inest uirtus, magnos ad usus. Plin. lib. 14. cap. 20. 4. Hoc est, acrimonia, et substantia quæ ex uino ita degenerauit.

Nequitia est scelere. Locus est Ciceronis in 5. Philip. *Αρνιγμά*

tis autem inuolutum & implicatum continere sensum uideatur hancq; complecti sententiam, Recte facere, nequitia est, ut quum quis per scelus partas opes, nequiter profuseq; disperdit, recte facere uidetur. Sic exponit Turnebus, sed ita ut addubitet, quod non satis incolumem eius loci integritatem esse credat. Et Muretus quoq; paruam quandam in libris uetusis ibi patere lacunam affirmat.

Nequitia, pro malitia & fraude. Vlp. in L. cum autem. §. capita lem. ff. de edil. edic. Capitem fraudem admisisse accepimus dolo malo, & per nequitiam.

Nequitias, nequitias, idem (πρωτομα) Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 27, illum aut nequitias, aut uasri insecta iuris, Postremum expellet certe uiuacior heres.

Nequando] Aduerbium (πρωτομα) Ne illo tempore. Cic. de Amicit. 5. 4. Illud potius precipiendum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus in amicitijs comparandis, ut nequando amare inciperemus eum: quem aliquando odisse possemus.

Nequaquam] pen. prod. (ἀπολογία) Aduerbium negandi Cic. 6. Verr. 57. Iste aut. se nelle illud etiam atq; etiam confyderare: nequaquam se esse fatiatum.

Nequaquam tantum inter eos intercessit. Cicero 1. de Inuentione, 89.

Nequaquam satis in re una consumere curam. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 10.

Neque] (μηδεν, ἢ, ἢ, ἢ) Distinctiua coniunctio. Terent. Eunuch. 2. 3. 2. — occidi Neq; uirgo est usquam, neq; ego qui illam e conspectu amisi meo.

Nulle enim lites, neq; controuersie sunt, que, &c. Cicero 1. de Orat. 59.

Neq; sapius repetitum. Cic. 1. Offic. 7. Nulla enim uite pars neq; publicis, neq; priuatis, neq; forensibus, neq; domesticis in rebus, neq; si tecum agas quid, neq; si cum altero contrahas, uacare officio potest.

Neq; enim sunt isti audiendi, qui uirtutem duram & quasi ferream esse quandam uolunt. Cic. de Amic. 4. 4.

Neq; Terent. Eunuch. 1. 1. 32. — si sapius, Neq; praterquam quas ipse amor molestias Habet, addas: & illas quas habet, recte feras.

Neq; sequente etiam. Liu. 6. bel. Pun. 7. M. Sextilius Fregellanus respondit, &c. ad id sibi neq; opes deesse, animum etiam superesse.

Neq; sine Terent. And. 1. 2. 8. At nunc faciet neq; ut opinor sine tuo magno malo.

Ne, neq; Terentius And. 1. 2. 34. Ne temere facias: neque tu haud dicas tibi non predictum, caue.

Neq; id quidem. Cic. de Amic. 17. Quare sibi habeant sapientie nomen & inuidiosum & obscurum: concedantq; ut hi boni uiri fuerint, neq; id quidem facient: negabunt id nisi sapienti posse concedi. In ueteri codice legitur, ne id quidem.

Neq; dum, pro Necdum: id est, Et nondum. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. 2. 4. 3. Sed eius rei maturitas neq; dum uenit, & tamen iam appropinquat. Idem pro Cluent. 58.

Neq; uero me Lacedemonij aut Atheniensis magis nouerint, quam Pop. Romanus. Quint. lib. 2. cap. 17.

Neq; quicquam quam, pro Tantum. Suet. in Claudio Cesare, cap. 10. Hinc ad alios commilitones fluctuantes, neq; quicquam adhuc quam frementes perduxit.

Neq; fecius eo, pro Nihilominus. Suet. in Domitiano Cesare, cap. 12. Sed quum obnoxium se barbaris per hoc animaduerteret, neque fecius eo in explicandis oneribus omnibus hereret.

Neq; nihil. Cic. pro Rosc. Comcedo, 5. Ad arbitrium hoc animo

adimus, ut neque nihil, neq; tantum quantum postulauimus consequamur.

Neq; non. Varro de re Rust. Neq; non etiam quaedam assumenda in uillam. Idem lib. 1. cap. 13.

Neq; opinato se ostendere. Cic. 2. Philipp. 8. 4.

Neq; ne, pro simplici negatione. Liuus 5. Decad. libro 4. 154. Neq; enim ne his enuntiationem aperuerat suam.

Nequeo] nequis, nequius, nequitum, pen. corr. (ἀδυναμία, ἀδυναμία) nequire, Non ire interpretatur Feslus. Significat autem non posse. Cic. de Amic. 7. 6. Cuius autem aures clausa ueritati sunt, ut ab amico uerum audire nequeant, huius salus desperanda est. Liuus, Signum omni ui molliente signi fero nequire conuelli.

Nequeo te exorare ut maneat triduum hoc? Terentius Phorm. 3. 2. 4.

Dormire nequeo. Hor. 2. Serm. Satyr. 1. 2.

Nequeo quin. Plaut. Milite, 20. 32, — heu mihi, neq; quum eam, Quum abs te abeam.

Nequiu. Virg. 6. Aen. 102.

Nequij. Hor. 2. Serm. Satyr. 5. 16. — putasne, Perduci poterit, tam frugi, tamq; pudica, Quam nequiere proci recto depellere cursus

Nequibo, Futurum antiquum. Lucret. lib. 1, — concedere porro Quo poterunt unda, quum pisces ire nequibunt.

Nequitium, pen. cor. (οὐκ ἔστιν) & Nequitur, pen. prod. pro non posse dixerunt ueteres. Pacuuius, Sed quum contenti nequitum, ut clam intendenda est plaga. Plautus in Satyrione, Retrabi nequitur quoquod progressa est semel. Et Caeto Origium lib. 1. Id nequitum exaugurari.

Nequicquam] Aduerbium (ἀδυναμία, ἀδυναμία, ἀδυναμία) id est, Frustra. Terent. Heaut. 2. 3. 103. Age modo, hodie sero ac nequicquam uoles. Liuus 1. ab Vrbe, 131. Vtrinq; iniuria facta, ac res nequicquam erant repetite. Cic. 3. Offic. 82. Ex quo Ennius, nequicquam sapere sapientem qui ipse sibi professe non quiret.

Talia nequicquam questus. Ouid. 13. Metam. 185. Heu tantis nequicquam erepte periculis. Virgilius 3. Aeneidos, 143.

Nequicquam, pro Non quicquam, ut ueteres. Ne uis, pro Non uis dicebant. Cic. 1. Tusc. Secernere autem a corpore animinum, nequicquam aliud est quam emori discere.

Nequicquam, Non. Virg. 1. Georg. 39, Nequicquam pinguis palea teret area culmos.

Nequino, nequinas, nequinare, Modò lasciuire, modò negare significat. Siphont.

Nequinum, Vmbria oppidum, teste Plin. lib. 3. cap. 14, quod nunc Narnia dicitur, ob incolarum libidinosam inertiam. A quo Nequinates, qui nunc Narnienses. Vulgò Narni.

Nequinunt] pro Nequeunt, id est, Non possunt: ut Solimut, Ferimunt, pro Solent & Ferunt, dicebant antiq. Liu. in Odyssæ, Partim errant, neq; nunc dequimunt Græciam redire. Feslus.

Nequis] nequa, nequod uel nequid (μηδεν) Ex Ne & Quis compositum. Ne aliquis. Terent. Heaut. 2. 3. 28, Hoc primum, ut nequid huius rerum ignores, anus Quo est dicta mater esse ei antehac, non fuit.

Nequitia] Vide Nequam.

Nereisus] in Argolis, Oppidum est in Cea insula, cuius meminit Aeschines Epist. 1. ad Polybcratem.

Nereus] uirgois fuit, ut testis est Hesiodus in Theogonia, marinus deus, Oceani & Tethyos filius, ac Chorim sororem uxorem accepit, ex qua nymphas plures genuit. hunc omnium

nium antiquissimum dixit Orpheus in Argonautica. Profundus Nereus. Stat. 5. Theb. 88.

Spumeus Nereus fuit tridentis. Virg. 2. Aen. 84.

Violentus Nereus. Ouid. 12. Metam. 5.

Orbem totum circumsonat Nereus. Ouid. 1. Metam. 38.

Nereides] penultima correpta (νηρηίδες) Patronymicum, fem. gener. à Nereis: fuerunt maris nymphæ, humanam effigiem habentes: quarum nomina sunt Nysæ, & Cythothoe. Nominatiuus singularis est Nereis, penult. indiff. Ouid. 11. Metam.

Sed memor admisi Nereida colligit orbam. Virgil. 5. Aeneid. 84, Claudianus in secunda præfatione libri contra Eutropium,

Lascius doctum fallere Nereidas. Ouid. 13. Metam. 162, Paulo post in cantileua Polyphemus,

Nerei te uereor: tua fulmine senior ira est. Nerei, uocatiuus est.

Dee Nereides. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 8.

Aequoreæ Nereides. Catul. Argon. epigr. 59. 3.

Alma Nereides. Cic. in Arato, 49.

Lasciæ Nereides. Claud. 2. in Eutrop. in præfat. 14.

Ouantes Nereides. Claud. de Nupt. Honorij, 57.

Virides Nereides. Ouid. epist. 5. 12.

Nerime, huius Nerines, pen. prod. (νηρηίς) Patronymicum fem. Virg. 7. eclog. 83.

Nerine Galatea thymo mihi dulcior hyblæ.

Nerio] Nerienis (νηρηίς) Martis uxor. Gellius lib. 13. cap. 21, Nereis, siue Nerienes, Sabium uerbum est: eoq; significatur uirtus, & fortitudo. Paulo post, Nerio igitur Martis uis, & potentia, & maiestas quaedam esse demonstratur. Plautus autem in Truculento, coniugem esse Nerienem Martis dicit. Hec etiam à Cn. Gellio in tertio Anнали dicitur Neria, non Nerio, neq; Nerienis. Nerio, quasi Nerio, dicitur putat Seruius Claudius, hoc est, sine ira, & cum placiditate: ut eo nomine mitem tranquillumq; fieri Martem precemur. Ne enim particula, ut apud Græcos, ita plerumq; in Latina quoq; lingua, priuatiua est. Hec ex Gellio.

Neritæ], ex concharum genere. Plinius libro 9. capite 33. 2.

Neritos] uirgois, insula est prope Zacynthum, Dulichium & Ithacam. Hanc à Laerte fuisse captam ait Strabo ex Homero. Est & Neritos mons in Ithaca, ut eodem loco docet Strabo. Plin. lib. 4. cap. 12.

Neritius, pen. corr. (νηρηίς) Adiectiuum, quo homine Vlysses intelligit Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 12, Pro duce Neritio docti mala nostra poetæ Scribite: Neritio nam, mala plura tuli.

Domus Neritie. Ouid. 13. Metam. 154.

Rates Neritie. Ouid. 1. de Remed. 53.

Nerium] nerij (νηρηίς) Frutex est folijs amygdalæ, sed maioribus & pinguioribus: folia eius, quadrupedibus sunt uenenum. Rhododaphne aliàs dicitur. Plin. lib. 24. cap. 11. 51. Romanis autem rhododendron, inquit Dioscorides, à flore roseo, & quod in arboris magnitudinem crescat: rhododaphne uero, quod folium lauri, florem autem rose similem gerat. Officinis uulgò hodie oleander dicitur.

Nerium] uirgois, Ptolem. lib. 2. cap. 6. Promontorium Tarda conensis Hispanie: Artabrorum promontorium alio nomine. Nunc uocatur Finis terre, in Compositella.

Nero] uirgois, Gel. lib. 13. cap. 21, Nerio, siue Nerienes, uerbum Sabium est: quo significatur uirtus & fortitudo. Itaq; ex Claudij, quos à Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia ac prestanti fortitudine, Nero appellatus est. Sabini autem id nomen à Græcis accepisse uidentur, qui uincula ac fir

mamenta membrorum uirgois dicunt: unde nos quoq; Latine neruos appellamus. Vide Sætion. in Tiberio, cap. 1. Hoc nomine fuit imperator Romanorum, qui omnium quos terra tulit, crudelissimus fuit. Hinc proprium nomen in appellatiuum commutatum est, ut Neronis nunc crudeles & Neromiores crudeliores dicamus. Hor. 4. Carm. ode 4. 8, Quid debeat à Roma Neronibus, Testis Metaurum flumen.

Maior Neronum. Hor. 4. Carm. ode 14. 3.

Nero caluus] maledictis populi appellatus est Domitianus, quod scilicet Neronem uel exæquaret, uel superaret, ac Nero alter esset. Et quia Caluus erat, ut à superiore distingueretur, Nero Caluus est uocatus. Iuuenalis.

— & caluo feruere Roma Neron. Ausonius, Et Titus Imperij felix breuitate, secutus Frater, quem caluum dixit sua Roma Neronem.

Neroneus, penultima prod. Adiectiuum (νηρηίς) Stat. 1. Syllu. 5. 13, — Neronea nec qui modò lotus in unda, &c.

Neronianus, penult. prod. Aliud adiectiuum (νηρηίς) Mart. lib. 7. 33, — quid Nerone peius, Quid thermis melius Neronianis?

Nerua] fuit cognomen Liciniorum, Corceiorum, & Sylliorum: ductum à Neruis, hoc est, à robore, ut quidam scribunt. Cic. in Brut. C. Licinius Nerua non indifertus fuit.

Nerua] Romanorum Imperator fuit, Flauio Domitiano cui successit, dissimilimus, animoq; uerè paterno erga populum affectus. Hic quum liberos sibi nullos genuisset, Aelium Troianum sibi adoptauit, qui illi etiam in Imperio successit. Vide Sueton. & reliquos historicos.

Neruij] uirgois, Gallie Belgice populi maxime fieri, ut ait Caesar. Tornacensis nunc uocantur, Atrebatibus & Veromanduis finitimi. Hos irrigant Sabis & Scalde flumina. Cuius pugnauit. Caesar maximo totius exercitus discrimine, ut ipse testatur fuisse belli Gallici lib. 2.

Nerulam] Populi in Latio iuxta Romam, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Nerulam] Oppidum in Lucanis, quod ui captum fuisse repente aduentu Aemilij, testatur. Liuus lib. 9. bel. Pun. In de Nerulonenses dicti sunt. Sueton. in Augusti. Manibus coloris Lybo decoloratis Nerulonensis mensarij.

Neruus] nerui (νηρηίς, νηρηίς, νηρηίς) Note significationis, hi à corde originem habent, ut docet Aristoteles. Alij à cerebro orti dicunt: & rectius quidem, ex ipsa anatomie inspectione. Græcis autem dicuntur νηρηίς: unde nostra dictio Latina deducta est, ut testatur Gellius libro 13. cap. 21. Plautus Pœn. 18. 98, — condamus alter alterum Ergo in neruum brachialè. Adiuui aliquo conamine nerui. Vide Adiuui.

Validi nerui. Lucret. lib. 5. 186.

Astringi ossa suis neruis debent. Quint. in Proem. lib. 1. 18.

Neruis artus continentur. Cic. 2. de Nat. deor. 209.

Neruis & ossibus dii non continentur. Cicero 2. de Natura deorum, 84.

Extentare neruos. Lucret. lib. 3. 99.

Rupti uulnere nerui. Ouid. 11. 4.

Validi neruis. Celsus in Præfat. lib. 1.

Neruus, pro Robore & uiribus aliquando ponitur: in neruis enim robur peculiariter existit. Vnde dicimus rem esse sine neruis, que debilis est. Hor. 2. Serm. Satyr. 1. 1, — sine neruis altera quicquid Composuit pars esse potat.

Quantum in cuiusq; animo roboris est & neruorum, tanta est

consolatio. Cic. Torquato, lib. 6. 1. 9.
 Nervi Reip. id est vires & fortitudo Reip. nempe milites, clas-
 ses, & uehigalia. Cic. pro lege Manilia.
 Nervi belli pecunia & equitatus. Cic. 5. Philip. 166.
 Vechigalium nervi. Cic. 5. Verr. 70.
 Aculei & nervi forenses. Cic. in Orat. 34.
 Mentis & corporis nervi. Quint. lib. 1. cap. 2. 6.
 Nervus & sapientia tua opus est. Cic. Appio, lib. 3. 10. 4.
 Est tuorum nervorum. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. 24. 10.
 Adhibere nervos. Vide Adhibeo.
 Afferre nervos. Vide Afferro.
 Contendere omnes nervos in re aliqua, uel Contendere omni-
 bus nervis: pro, summa ut, summoq; studio nit. Nam robur
 iuxta philosophos, in nervis situm. Cic. ad Qu. frat. Sic con-
 tende omnibus nervis & facultatibus. Idem 2. Verr. 22.
 Magnum fortasse onus, & mihi periculosum, ueruntamen
 dignum in quo omnes nervos & etatis, industriaq; mea con-
 tenderem.
 Frangere nervos & mentis & corporis. Quint. lib. 1. cap. 2. 2.
 Legionum nostrarum nervos his consilijs incidemus. hoc est,
 vires & robur frangemus. Cic. 12. Philip. 313.
 Incidere nervos populi Romani. Cicero 2. pro lege Agra-
 ria, 53.
 Incidere nervos uirtutis. Cic. 1. Acad. 51.
 Intendere nervos in re aliqua: pro, Totis uiribus conari, & o-
 mnem sollicitudinem adhibere, & operam. Terent. Eunuch.
 2. 3. 20. Vide Intendo.
 Nervum etiam appellamus (inquit Festus) uinculum ferreum,
 quo pedes uel etiam ceruices impediuntur. Plautus,
 Perfidiosè captus, eo ad pedes nervo ceruices probat. I-
 dem Capt. 12. 71.
 Nam noctu nervo uinctus custodibitur.
 Sic A. fin. 11. 5. — cruceq; compedesq;
 Nervos, catenas, carceres.
 Corripere in nervum aliquem. Vide Corripio.
 Nervus, pro ameno, uel chorda arcus: ut,
 S. ridens nervus. Virg. 5. Aen. 101.
 Adducto nervo concita moles. Ouidius 8. Metamorph. 72. In-
 telligit balistam.
 Equino nervo intentus arcus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 5.
 Pulsans nervus. Virg. 4. Georg. 63.
 Sagittas aptare nervo. Virg. 10. Aen. 27.
 In nervum abire. Terent. Phorm. 4. 4. 15. — ceterum
 Quum argentum repetent, nostra causa scilicet
 In nervum potius ibit. Vbi Donatus, In nervum ibit,
 Decipiet. à proterbio tracto à sagittarijs: quum uis cona-
 tusq; tendentis arcum, non in uolatum teli, sed in ruptionem
 nervi expetatur. Alijs dictum placet, In nervum ibit: pro,
 in uincula ibit. Antiquitus enim qui soluendo non essent uin-
 cti tradebantur creditoribus, donec opera compensarent
 creditam summam. Nervus autem genus est uinculi, de quo
 paulo antè. Gel. lib. 20. cap. 1. Confessis igitur aris ac debiti
 iudicatis, triginta dies sunt dati conquirenda pecunia cau-
 sa, quam dissoluerent. Post deinde, nisi dissoluerant, ad Prae-
 torem uocabantur, & ab eo, quibus erant iudicati, addice-
 bantur. Nervus quoq; aut compedibus uinciebantur. Deinde
 subdit Gellius uerba x 11. tabul. In nervum potius ibit: id
 est, patietur se addici, & addictum uinciri.
 Erumpet fortitudo istac in nervum. Vide Erumpo.
 Nervi, Chorae citharae dicuntur. Cic. 1. Tusc. 7. Summam eru-
 ditionem Graeci sitam censebant in nervorum uocumq; can-
 tibus.
 Concordia nervorum. Quintilianus libro 5. capite 10. 87. De
 fidibus.

NER
 Lyra intenta nervis. Quint. lib. 2. cap. 8. 10.
 Modulati nervi. Ouid. ad Pisonem, 35.
 Continere nervos. Quint. lib. 1. cap. 12. 3.
 Percutere nervos. Quint. lib. 1. cap. 12. 3.
 Probare nervos. Quint. lib. 1. cap. 12. 3.
 Sonant in scabibus nervi, ut à digitis sunt pulsati. Cicero 2. de Or-
 ratore, 19.
 Trahere nervos. Quint. lib. 1. cap. 12. 3.
 ¶ Nervus, pro membro uirili. Hor. Epod. 8,
 Illiterati num minus nervi rigent? Vbi Porphyrio,
 Nervos pro membro uirili dixit. Autho. Carminis obsceni,
 Nemo meo melius nervum tendebat Vlysse,
 Siue illi laterum, seu fuit artis opus?
 ¶ Nervus, nervus (x 10. 10. 10) in foemino genere lectum est. a
 pud doctos saepe, inquit Nonius. Varro, Scientia docet
 quemadmodum in psalterio est, tendamus nervus. Nervus
 pro fidiculis, id est, cordis citharae accepit Varro. Vide
 & Gel. lib. 9. cap. 7.
 ¶ Nervium, nervij, neutro genere. Varro, Et id dicunt fia-
 am Bryseidem producere, quae eius nervia trahere solebat.
 Nonius.
 ¶ Nervulus, penultima correpta, Diminutivum (x 10. 10. 10)
 Cic. ad Attic. lib. 16. 343. 5. Quod certe facies, si tu nervulos
 tuos mihi sepe cognitos, suavitatemq; qua nemo tibi par
 est, adhibueris.
 ¶ Nervosus, pen. prod. (x 10. 10. 10) Quod multos habet nervi-
 uos, Plinius libro 11. cap. 37. 66. Ideo nulla est ei caro, sed
 nervosa exilitas.
 Nervosus orator, per translationem: hoc est, Magnam uim &
 efficaciam sermonis habens. Cic. de clar. Orat. 62. Quis A-
 ristotele nervosior?
 ¶ Nervositas, pen. corr. nervositatis (x 10. 10. 10) Plin. libro
 19. cap. 1. 3. Nervositas filo equalior penè quàm araneis,
 tinnitibusq; cum dente liberat expertiri. De lino.
 ¶ Nervose, penultima producta, Aduerbum (x 10. 10. 10) Ma-
 gna ui.
 Vigilanter & nervose. Plancus ad Ciceronem, libro 10.
 23. 13.
 Nervose dicere, uel asserere, Audacter, & magna sermonis uir-
 Cic. in Orat. 70. Idem 3. Offic. 144. Itaq; nervosius qui ista
 differunt, solum audent malum dicere id quod turpe sit.
 ¶ Nervulae, & hoc Nervule, penultima correpta: ut, Nervulae
 herba. Scribonius Largus, Herbam quam Graeci ποδάρκων
 γού, nos Nervulem appellamus.
 ¶ Nervicus, penultima correpta (x 10. 10. 10) Qui nervis la-
 borat. Vitruvius lib. 8. cap. 3. Aquae nervicos aut podagra-
 cos efficiunt: sulphurosi fontes nervorum labores resciant.
 Budeus. Sed hoc à Graeca dictione νέρυον deducitur, quae
 idem significat quod Nervus.
 Nesa] Regio montana iuxta Aetnam.
 Nesa] es, sive Nesa, & (x 10. 10. 10) Nympha marina, Nereis
 & Doridis filia, x 10. 10. 10, hoc est, à natando dicta. Au-
 thor Hesiod. in Theog.
 Nescio] nescis, nesciui, nescitum, pen. prod. (x 10. 10. 10)
 nescire, Ignorare. Terent. Eunuch. 4. 7. 29,
 Causa sis, nescis cui maledicas nunc uiro.
 Nemo in eo quod nesciat, disertus esse potest. Cic. 1. de Orat. 33.
 Nescio alius, pro eo quo à barbarè dicitur, Nescio de alijs. Te-
 rent. Heaut. 2. 4. 16.
 Casu nescio quo in ea tempora nostra etas incidit, ut quum ma-
 xime florere nos oporteret, tum uiuere etiam puderet. Cic.
 Lucio, lib. 5. 15. 5.
 Nescias eius sit potestas posthac, an nunquam tibi. Terentius
 Heaut. 2. 3. 104.

Nescia

Nescio de illo. Plaut. Merc. 7. 42.
 Nescit nisi. Plaut. Mostel. 8. 75,
 Foenus illic foenus, hic nescit quidem nisi foenus fabulari-
 er. Terent. Heaut. 4. 1. 50.
 Nescimus qui sit. Plaut. Poen. 9. 36.
 Nescio quid, Aliquid quod ignoro. Terent. Heaut. 2. 2. 7,
 Faciam: sed nescio quid profectò mihi animus praesagit
 mali. Idem. And. 2. 2. 3,
 Latus est, nescio quid.
 Nescio quid certe est. Virgil. 8. eclog. 22.
 Nescio quis. Cic. de Amicit. 73. Qualem fuisse Athenis Timonè
 nescio quem accepimus.
 Nescio quomodo. Cic. de Amicitia, 72. Serpit enim nescio quo-
 modo per omnium uitam amicitia.
 Nescio quomodo ad aures istius peruenit. Cic. 6. Verr. 56.
 Nescio quo pacto. Cic. de Amicitia, 4. Plus nescio quo pacto ui-
 detur habere grauitatis. Ibidem, 82. Terent. Heaut. 3. 1. 39.
 — nescio quod magnum malum
 Profectò Parmeno me celas.
 Dum liceat scire nescire quod nesciam. Cic. 1. de Orat. 51.
 Nescias quod scis. Plaut. Milite, 9. 89,
 Posthac etiam illud quod scies nesciueris. id est, Tacea-
 bis, nec palam facies. Terent. Eunuch. 4. 4. 55,
 — tu pol si sapis,
 Quod scis nescis, neq; de Eunucho, neq; de uitio uirginis.
 Donatus ad monet esse proterbium. Sumpitum à dialectico-
 rum ludis, in quibus huiusmodi quidam scrypi proponi so-
 lent: Facio, & non facio: Sum amicus, & non sum amicus:
 Audio, & non audio. Hoc proterbio certam in tacendo fia-
 dem significamus, dum quis quod scit, perinde continet ac
 dissimulat quasi nesciat.
 Nescio unde eam. Terent. Eunuch. 2. 3. 13.
 Nescio te ego: hoc est, Putas te mihi non esse notissimum? Plaut.
 Menæh. 16. 44.
 Nescis nec in pace, nec in bello uiuere. Cic.
 Nesciunt irasci. Cicero 3. de Oratore, 37. hoc est, non possunt
 irasci, aut nolunt.
 Lachrymare uultus nescit. Seneca Herc. furen. 13. 19.
 Ludere nescit. Horat. de Arie, 77.
 Stare loco nescit. Virg. 3. Georg. 17.
 Latine nescire. Cic. de claris Orat. 72.
 ¶ Nescitur, pen. prod. (x 10. 10. 10) Cic. ad Atticum, lib. 7. 131. 2,
 Inde utrum consistere uisum uelit, an mare transire, nescia-
 tur. Idem 4. Acad. 63.
 ¶ Nescius, pen. corr. Adiectiuum (x 10. 10. 10) Qui
 nescit.
 Viri nescia. Ouid. 1. Metam. 124,
 — uiri quass nescia querit. hoc est, tanquam uirum nõ
 cognouerit. Plin. epist. 17. 6. b. Impendentis mali nescius. Co-
 lumel. lib. 10. 6. Nescia plebs generis.
 Fati nescia Dido. Virg. 1. Aeneid. 61. Ibidem, lib. 10. 101.
 Nescia mens hominum fuit sortisq; futurae.
 Haud nescius rerum. Virg. 12. Aeneid. 46.
 Veri nescius. Ouid. 1. Metam. 124.
 Corda nescia mansuere. Virg. 4. Georg. 94.
 Lumina nescia succumbere somno. Ouid. epist. 12. 10.
 Tolerandi nescius. Tacit. lib. 3.
 Vinci nescius. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 9.
 Non eram nescius Brute, quum quae summis ingenijs, exquisi-
 taq; doctrina, &c. Cic. 1. de Fin. 1.
 Non sum nescius Crasse, ista inter Graecos dici solere, &c. Cic.
 1. de Orat. 24.
 Et non sum nescius. Vide Non Aduerbum.

Nescius, x 10. 10. 10, Incognitus, qui ignoratur. Plaut. Rud. 7. 11.
 Gellius lib. 19. cap. 1. Quum sonus aliquis formidabilis aut è
 caelo, aut ex ruina, aut repente nescius periculi nuncijs,
 uel quid aliud eiusmodi factum est, &c.
 Tributa nescia. Tacit. lib. 1.
 Nesei] Populi in Scythia Europa, optimis quondam equis abun-
 dantes. Vide Plin. lib. 6. cap. 20.
 Neseion] insula in Campano litore inter Paesilypum
 & Puteolos, quae alio nomine dicitur Nesis. Lucan.
 — tali spiramine Nesis. Huius nominis obliquos pro-
 ducit Papinius,
 Syluag; quae fixam pelago Nesda coronat. Item, Accia-
 ur eclog. 1.
 Nessorophium] nessorophij, pen. prod. (x 10. 10. 10)
 Locus ubi anates clausae pascuntur. Colum. libro 8. capite
 15, Nessorophij cura similis, sed maior impensa est: nana
 clausae pascuntur anates, &c. x 10. 10. 10. Graecis, anates Latine
 dicuntur.
 Nessus] x 10. 10. 10, Centaurus fuit, Ixionis ex Nube filius, sagittis
 ab Hercule confixus, quod eius uxorem Deianiram rapuisse
 set. Fabulam refert Ouidius 9. Metam. 21.
 Biformis Nessus. Ouid. 9. Metam. 25.
 Ferox Nessus. Ouid. 9. Metam. 21.
 ¶ Nessesus, pen. prod. Adiectiuum (x 10. 10. 10) ut,
 Tabes Nessesia illia palla. Senec. Herc. Oeth. 6. 3.
 Venenum Nessesium. Ouidius epist. 9. 33. hoc est, uenenosus
 sanguis.
 Nestocles] Statuarius fuit, Phidiae emulus, cuius tempore flo-
 ruir, Olympiade nimirum 83, ut scribit Plin. lib. 34. cap. 8.
 Nestor] huius Nestoris, pen. corr. (x 10. 10. 10) teste Homero libro
 Odyssae 11. Nelei filius ex Chlora uxore: qui, ut idem Home-
 rus in 2. Iliados scribit, cum quinqueginta nauibus ex Pylo
 contra Troianos uenit: quamquam trecentisimum annum
 ageret. Ouid. 12. Metamorph. 38,
 — uixi
 Annos bis centum, nunc terita uiuitur etas. Item, Iuue-
 nal. Satyr. 10. 25,
 Rex Pylius, magno si quicquam credis Homero,
 Exemplum uitae fuit à cornice secunda.
 Pylius Nestor. Horat. 1. Carm. ode 15. 5.
 Vincere Nestora eloquio. Ouid. 13. Metam. 13.
 ¶ Nestorides, pen. corr. Patronymicum (x 10. 10. 10) & Nesto-
 reus, possessiuum.
 Seneca Nestorea. Stat. 1. Sylu. 3. 22.
 Gratia nestorei mellis. Ouid. ad Pisonem, 13.
 Nestus] x 10. 10. 10, Fluvius est Thraciae, à Strymone secus Abde-
 ram urbem fluens. Vt Diomedis fabulis infamis est, ita De-
 mocriti patria, quam praeterfuit, clarus. Meminit huius Pla-
 nius multis in locis.
 Neu] x 10. 10. 10, à Neue deducium est, per apocopen, id est, non.
 Plaut. Stich. 2. 15,
 Neu lachryma soror.
 Neu, pro Neue, & Non. Terent. And. 1. 5. 56,
 Te obtestor, ne abs te hanc segreget, neu deserat. Caesar
 2. bel. Gal. 305. Milites non longiore oratione est cohorta-
 tus, quàm uti suae pristinae uirtutis memoriam reinerent,
 neu perturbarentur animo.
 Neu, neu, conduplicatum, elegantem nim habet. Caesar 1. bell. Ci-
 uil. 280. Neu se, neu Pompeium absentem imperatorem sua-
 um aduersarijs ad supplicium tradant, obsecrat. Lilius 5.
 bell. Pun. 210.
 Neucetia] urbs Umbriae.
 Neue] Vide Ne.

KK 4 Neugmate]

Neugmate] inquit Festus, in carmine Gn. Marci uatis signi-
ficat Negare, quam ait,
Grauis Metentium duorum neugmate. Fortasse neugma-
te. Hec Festus.

Neuolio] neuis, neuult (νεωλιω) ueteres dixerunt: pro, Non
uolo, uel Nolo, Plaut. Trinum.
Filiam meam tibi desponsatam esse audio, nisi tu neuis.
Titimius Scina, ipsius quidem hercle ducent neuult. Non.

Neuras] adis (νεωρας) Ionum lingua herba appellata est,
quae alio nomine poterion dicitur, neruorum dissolutiones
iuuans, unde et nomen accepit. Hec etiam in uiuo pota, ra-
narum, quas rubetas nominant, ueneno medetur: unde et
Phrynon uocatur. Plin. lib. 25. cap. 10. Sunt et raris uene-
na, rubetas maxime. Auxiliatur eis Phrynon in uiuo potu.
Aliqui neurada appellant, alij poterion, etc. Eadem et Pa-
ronychia appellatur, quod τὰς παρωνυχίας, hoc est, ab
seesibus circa unguis medetur.

Neuri] νευροι, Populi Scythiae Europae, ad Borysthenem a-
mnam, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Neuris] νευρίς, Herba, quam alij solanum, alij uescariam ap-
pellant. Dioscor. lib. 4. cap. 74. et 75. Hermolau in eundem.

Neuris] νευρίς, insula est Propontidis Cizico adiacens, alijs
nominibus Elaphonnesus et Proconnesus dicta. Plinius li-
bro 5. cap. ult.

Nericus] Vide Neruus.

Neurobata] neurobate, pen. cor. m. g. (νευροβάτη) Neu-
robatae, qui omnifariam prorepunt, qui ambulant super ner-
uos et funes nerveos. τὰ νευροβάτη, Graeci neruos dicunt. Iulius
Firmicus lib. 7. Mathefos, cum testimonio uero Martis et
Luna erunt funambuli, oribate, neurobate, et qui talia per-
trahent.

Neuroides] νευροειδής, Species est syluestris lactucae, quae
alio nomine Limonium appellatur, multo minoribus folijs
quam beta satina, undecim interdum caules habens. Author
Plin. lib. 20. capite 8.

Neurospaston] νευροσπάστιον, Herba est quam Graeci νευ-
ροσπάστιον, Latini Rubum caninum appellant. Folium habet
uestigio hominis simile, uiam autem nigram, in cuius acino
neruum habet: unde et nomen accepit. Author Plinius lib.
24. cap. 14. Sunt item Neurospasta, imagnucula, quae ner-
uis quibusdam, et fiduculis oculis mouentur, perinde ac si
uincerent. Vide Cael. Rhodig. lib. 7. cap. 16.

Neuter] neutra, neutrum, pen. cor. trisyllabum, teste Priscia-
no, genitio neutri, neutrae, neutri et neutrius (δὲ τε γένος)
Nec hic, nec ille. Terent. Andr. 5. 1. 20,
Vero uultu, quam ibi me adesse neuter tum praesenserat.
Cic. de Amicit. 48.

Neuter anguis: id est, nec mas nec foemina. Cic. 2. de Diuin. 92.

Neutram in partem. Cic. 2. Off. 27.

Neuter alterum diligit, dicimus non autem, Neuter neutrum: id
est, neq; ille hunc diligit, neq; hic illum.

Neutrum ab altero separo. Quintil. lib. 1.

Quid bonum sit, quid malum, quid neutrum. Cicero 2. de Di-
uinatione, 16.

Neuter alteri officit. Quintil. lib. 1.

Neuter utri inuidet. Plaut. Stich. 14. 51.

Neuro, Aduerbum (δὲ τε γένος) Nec ad unam partem, nec
ad alteram. Liu. 5. ab Vrbe, 121. Praeterea; parua fieri, et te-
ri tempus, neutro inclinata spe, id est, in neutram partem, 1-
dem 4. bel. Maced. 230.

Neurobi, penultima producta. Idem (δὲ τε γένος) Plautus
Aulul. 7. 56,
Neurobi habeam stabile stabulum.

Neutrale, et hoc neutrale, pen. prod. (δὲ τε γένος) Quod est
neutrius partis. Vide Neutra: alia uerba dicta sunt, quae neq;
agunt aliquid, neq; patiuntur: ut Sio, Iaceo, etc.
Positio neutralis. Quintil. lib. 1. cap. 4. 18.

Nomina neutralia. Quintil. lib. 1. cap. 5. 34.

Neutraliter, penult. corr. Aduerbum. Charisius lib. 1. Quan-
uis Gellius fora natium neutraliter dixerit. Paulo post, O-
cynum consuetudo neutraliter dicit. Rursus, Vulgus inue-
niunt et masculinè elatum: ut apud Virg. in 2,
— hinc spargere uoces
In uulgom ambiguit. Sed idem et neutraliter in primo,
Senuq; animis ignobile uulgus.

Neutiquam] pen. prod. inquit Donatus (νευτικῶς) Una
pars orationis est, pro Nequaquam. Nullo modo, ut ait Fe-
stus. Terent. Andr. 2. 1. 32,
Ego Charime, neutiquam officium esse liberi puto,
Quum is nihil promereat, postulare id gratiae apponi so-
bi. Idem Heaut. 2. 3. 113.

Nex] necis (νέξ) Mors, siue caedes, quae ferro fit, aut alia ui.
Author ad Herennium lib. 4. 179, Tiberium Gracchum
Rempub. administrantem prohibuit indigna nex diuitius in
ca commorari. Apud Plinium inuenies Neces in nominati-
uo, accusatiuo et uocatiuo pluralibus.

Necem a Graeco dicitur certum est, inquit Festus, νύξ enim mor-
tuum dicitur Graeci.

Dignus necis. Ouid. epist. 6. 30.

Artifices necis, qui nouum aliquod mortis genus comminiscun-
tur. Ouidius 1. de Arte, 132.

Amor necis. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 8.

Author necis. Ouid. 8. Metam. 90.

Multorum cinium neces. Cic. 1. in Catil. 13.

Iniusta nex. Cic. pro Milone, 7.

Afferre necem. Vide Afferro.

Cecidit necis uir. Ouid. epist. 1. 4. 3.

Consciuit sibi ipsi necem Iunius. Cic. 2. de Nat. deor. 12.

Dedere aliquem neci. Virg. 4. Georg. 18.

Demittere aliquem neci. Virg. 2. Aeneid. 17.

Infanda neci dare aliquem. Ouid. in Ithim, 76.

**Datus neci, auctore Festo, proprie dicitur, qui sine uulnere in-
terfectus est, ut ueneno, aut fame.Effugere necem**. Ouid. 7. Metam. 85.

Eriperè necem alicui, Conseruare aliquem quominus percat
Stat. 3. Thebaid. 14.

Inferre necem. Vide Infero.

Maturare necem alicui. Hor. 3. Carm. ode 7. 4.

Meruisse necem. Ouid. epist. 11. 22.

Miscere necis. Valer. 3. Argon. 76.

Corpora missa neci. Ouid. 7. Metam. 124.

Moliri necem alicui. Tacit. lib. 13.

Occumbere neci. Ouid. 15. Metam. 100.

Parare necem alicui. Ouid. 1. de Arte, 50.

Indignam necem pati. Ouid. 10. Metam. 125.

Patrare necem. Tacit. lib. 2.

Causam praebere necis. Ouid. epist. 2. 30.

Gelida necis tortus. Lucret. lib. 4. 111.

Vlcisci necem alicuius. Ouid. 7. Metam. 92.

Graviurgendus necis. Seneca Herc. Oeth. 14. 16.

**In necem alterius: pro, In damnum, et fortunarum euerfionem.Vlpianus de Crimine stollionatus, Siquis impofuram fece-
rit, uel collisionem, in necem alterius. Budeus.Nexo, nexas, et Nexus] Vide Necto.N] I
Ni] et uir, à Nisi per apocopen factum, Si non. Subiunctiuo
interdum**

Interdum iungitur, interdum etiam Indicatio. Terenti-
Andr. 3. 4. 19, Nistrum ni domi est. Cicero 3. de Finibus, 102.
Quod ni ita se haberet, nec iusticie ullus esset, nec bonitat'
locus, etc.

Ni, pro Non, dicebant ueteres, ut ait Donat. Plaut.
— ni sulta sis.

Ni, pro Ne. Virgil. 3. Aeneid. 138,
Contra iussa mouent Heleni, Scyllam atq; Charybdum,
Inter utraq; uiam lethi discrimine paruo,
Ni teneant cursus, certum est dare lintea retrò. Vbi Ser-
uius, Antiqui Ni, pro Ne, ponebant. quae particula plenus est
Plautus, Ni mala, ni sulta sis. Sensus ergo talis est, Ne cursus
teneant, hoc est, agantur et impleantur inter utraq; uiam
modico mortis interstitio, id est, Scylla et Charybdis. Lu-
cret. lib. 2. 148,
Nixue alium quemuis quae sunt imbuta colore
Propterea gereere hunc credas.

**Ni particula in responsionibus utebatur antiqui, et in iudi-
cio recuperatorio**. Cicero pro Murena, Sponfionem facere
possent, ni aduersum edictum Praetoris uis facta esset. Idem
5. Verr. 117. Budeus.

Niathos] νιαθος, Fluuius est apud Theocritum, quem enar-
ratores ipsius dicunt esse in Sicilia.

Nicaechus] Νικητορ fuit sua etate eximius. Hic inter alia
Venerem, inter Gratias et Cupidinem pinxit: et Herculem
tristem in sania penitentia. Author Plin. lib. 35. cap. 11.

Nicandrus] siue Nicander (νικανδρος) Colophonius gram-
maticus et poeta, et medicus tempore Attali iuuenis illius
qui Gallograecos uicit. Author Suidas. De hoc Cicero 1.
de Orator. 36.

Nicasio] Nicasionis. Cic. lib. ad Attic. 3. Nicasionum archety-
pa. Quo loco Turneb. Nicasionū archetypa, inquit, per str-
pion significat sceneratorum calendarium, uel quodd Nica-
sio scenerator fuerit, uel quod in Nicasione fabula à Caecilio
nescio quid tale scriberetur: uel certe quod proprium nomē,
quod Graecum est origine, quadam lasciuia ad interpreta-
tionem Romanam, ad quam alludit, reuocaretur: quae si Ni-
casto, à Nicanando, id est, necando dicitur, ut eneco et enico
dicitur sceneratorum autem crudelitas homines trucidare,
enecareq; uidetur: uel quadam etiam alia ioci luxuria, quasi
hominum sint uictores. Hec ille.

Nicerotianum] pen. prod. (νικερωτιανόν) Delicatus odo-
ramentum et unguentum: dictum ab artifice probo Nicero-
te. Martial. lib. 6. 55,
Fragras plumbea Nicerotiana. Idem lib. 10. 38,
Nymbis ebria Nicerotiana.

Nicea] et Nicia, pen. prod. (νικαία) utroq; modo dicitur se-
cundum Priscianum, est nomen duarum urbium: quarum u-
na est Galliae, à Massiliensibus condita, teste Plinio lib. 3. cap.
5. 10. alia Asiae, et Bithyniae metropolis, de qua Plin. lib. 5.
cap. ult. 8. Niceam primus Antigonus Philippi filius condi-
dit, et Antigoniam nominauit. Postea Lysimachus à nomine
uxoris Antipatri filiae Niceam appellauit. Urbis ambitus sta-
diorum LXX fuit in figura quadrata, in campo sita. Habuit
quatuor portas ad rectos angulos: quare ex uno lapide, qui
circa medium gymnasium positus erat, omnes quatuor por-
tas cernebantur. Author Strabo lib. 12. Bith. iubente Constan-
tino, famosa illa synodus celebrata est, trecentorum decem
et octo episcoporum, et perfidum Arrij dogma recisum.
Alij Nicea scribunt.

Aestuose Niceae ager. Catull. ad seipsum, epigram. 43. 1.

Nicephorium] νικηφοριον, Oppidum est Mesopotamiae, nō
procul ab Euphrate fluuiio, ab Alexandro magno conditum.
Author Plin. lib. 6. capite 26.

Nicetertia] Niceteriorum (νικητερία) Praemium uictoris: ac-
cipitur etiam pro sacrificio uel epulo, uictoriae gratia facto:
quod etiam epinicia plurali numero dicitur. Iuuenalis
Satyr. 3. 7,
Et ceromatico fert nicetertia collo. Budeus.

Nicetes] penult. prod. Smyrnaeus, sopherista Adriano principi
gratosus, ab eoq; museo Aegypcio ascriptus fuit. Quum
causas tentaret, foro etiam optissimus uidebatur. Aded inge-
num ad utraq; dicendi rationem accommodauit, ut iudi-
ciale sopheristica quadam facultate exornauerit, sopheristicum
uero et umbratile forensibus aculeis roborauerit: genus di-
cendi antiquum et politum reinuit. Lasciuus nihilominus
et dihyrambicus uisus. Ex Philostrato.

Nicias] Atheniensis, genere clarus. Aristoteles scribit, tres ui-
ros Athenis eodem tempore aequè potentes fuisse, Niciā Ni-
cerati, Thucydidem Milefium, et Tberamenem Agnonis.
Thucydides his natus aliquantulum maior, multa cum Peri-
cle clara pro Republica gessit. Post mortem Periclis ad Ni-
ciam primae partes delatae sunt. Missus igitur imperator und-
cum Demosthene altero duce contra Syracusanos, qui Gi-
lippum Lacedaemoniorum ducem auxilio acceperant, in-
feciliter pugnant, ambo à Syracusanis in bello capti sunt,
in carceremq; coniecti, sibi manus attulere. Ex Plutarebo
Nicias Marco Crasso ex nostris comparatur. Plutarchus in
Parallels: quod et diuitijs abundauerit, et eundem serē ex-
itium hic apud Siculos, ille apud Parthos inuenit. Nicias
alius Atheniensis pictor, qui, teste Plinio lib. 35. cap. 11. dili-
gentissimè mulieres pinxit: lumen et umbras custodiuit: atq;
ut eminerent in tabulis picturae, maxime curauit. Hic etiam
in artem tanta contentione animi incubuisse dicitur, ut cibū
sumere saepe oblitus sit. Aelianus de Varia historia.

Nicias, Pyrrhi medicus, qui olim ad Fabritium ueniens, ei pro-
misit Pyrrhum ueneno necaturum. At ille auersatus facinus,
Pyrrho rescristit, ut à Nicia sibi caueret. Hec Curtius.

Nicias, Grammaticus Romae, familiaris Pompeio et Ciceroni,
qui eius in epistola quadam ad Atticum meminit: item in epi-
stola ad Dolabellam. Tranquillus.

Nico] fuit unus ex tredecim principibus Tarentinorum, qui
coniurarunt in Annibalem: tandemq; comprehensus cū Phi-
lomene, ad Annibalem deductus est. De quo Linius Decad.
3. lib. 5.

Nico] nicis, nicere, Verbum antiquū, à quo deductum est ni-
care, et significat signum facere, ut manum mouere, aut ea
nimari. Plaut. Truculentio,
Emoricre ocyus si manus niceris.

Nico creon] νικηκρεων, Cypriorum tyrannus: de quo in dia-
stione Anaxarchus.

Nicolaus] pen. prod. (νικολαος) Nomen proprium, quasi
uictor populi.

Nicolaus Damascenus (νικολαος δὲ δαμασκηνός) Peripateticae
sectae philosophus fuit, Herodi Iudeorum tetrarchae, et Au-
gusto Caesari familiaris, qui uniuersalem historiam libris 80.
complexus est. Nicolaus alius fuit ex Myra Lyciae ciuitate,
flagrantissimus Christianae religionis propagator, qui sub
Constantino Caesare uixit. Fuit item Nicolaus quidam se-
pherista, ex eadem Myra ortus, Dioscoridis Grammatici fra-
ter, qui artem Rhetoricam scripsit, et meditationes quasda.
De his omnibus uide plura apud Suidam.

Nicolai uocantur Palmarum balani grandiores. Plin. lib. 13. ca-
pite 4. 15. ubi nominis rationem assignat.

Nicolaitae, pen. prod. (νικολαιται) Haeretici fuisse, ab Nicolao
nomē ductes, qui fuit cum Stephano diaconus. Eorū dogma
fuit, Vxorum communio. Improbantur apocalypsis cap. 2.
Nicomachus] pen. cor. Nicomachos sex tradit Suidas: Pri-
mum ex

mum ex Alexandria Troadis, poetam tragicum, qui scripsit tragedias undecim. Secundum Atheniensem item tragicum, qui uicit Euripidem & Theogenem. Nicomachum item medicum, Machaonis filium, Aesculapij nepotem, qui scripsit de medicina libros sex, & in philosophia unum. Reliquos duos, patrem & filium Aristotelis ponit, ambos medicos: quorum filius scripsit commentarios in Physicam patris.

Nicomedes] pen. prod. (νικωμεδους) Nomen proprium regis Bithyniae, Romanorum amici, qui olim raso capite sumpsit pileum, & se Romanorum libertum uocauit: a quo Nicomedia.

Nicomedia] vno uocabatur, Ciuitas Bithyniae, a Nicomede rege, qui eam condidit, appellata. Turcis hodie Nichor: Nauis uulgò Comidia, & Comidi.

Nicophanes] pen. corr. (νικωφανης) Pictor elegans & comerrimus, ita ut uetusta opera pingere propter aeternitatem rerum: impetuosi animi, & cui pauci comparentur. Cothurnus ei, & grauitas artis. Plin. lib. 35. cap. 10.

Nicopolis] penult. corr. (νικωπολις) Ciuitas Epiri, a uictoria Augusti sic appellata, quia Cleopatram & M. Antonium apud Actium bello superauit.

Nicostrata] Mater Euandri Arcadis, futurorum uaticinatrix, quae a carminibus, quibus Phæbi oracula significare solebat, Carmentis Latine dicta fuit: uel, ut alij nonnulli uoluerunt, a Carpeno quo utebatur.

Nicostrategi] alij Nicostrelegi. Hoc uerbo utitur Arcadius in l. munerum, §. 1. ad finem. ff. de munerib. Legati quoque, qui ad sacrarium principis mittentur, quia uaticum, quod legatum dicitur, interdum solent accipere sed & Nicostrategi & pistrinorum curatores, personae munus inueniunt. Ceterum quod sint Nicostrategi, apud nullum reperi. Turnebus suspicatur hic mendum esse, quod nullum tale apud Graecos uerbum sit, quam tamen Graecam mentiatur originem: & eius loco, nicorum stratorum & pistrinorum, &c. repouendum credit.

Nicostratus, Macedo, orator inter decem secundos, tempore M. Antonij & Dionis Chrysolomi, & Aristidis oratoris, & qualis scripsit nonnulla, ut author est Suidas. Fuit item alter Nicostratus, poeta comicus, cuius meminit Athenæus in Dipnosophistis. Nicostratus citharædus, & Laodocus, cum inter se concertarent: dixit Nicostratus Laodocus esse in magna arte paruorum se autem in patria magnum: si quisq; nõ domum diuinitis, sed artem studio & diligentia augere. Aelianus de uari. historia.

 Obnunciatio, Verbale. Cic. 1. de Diuin. 55. Marco Crasso
 quid acciderit, uidemus, dirarum obnunciatione neglecta.
 Obnunciatio, inquit Padianus, perniciosis legibus resistebat-
 tur. Sicuti uero intercessionem obtemperare necessarium cen-
 sebatur, ita planè augurum obnunciatio: quod in Crasso
 significabat Plutarch.
 Interponere obnunciaciones. Cic. Attic. lib. 4. 85. 10.
 Obolere] oboles, penult. corr. obolui & oboleui (ὀβολός)
 obolere, Graue olere, odoremq; tetrum reddere. Plautus
 Mostellar. 2. 38.
 — oboluisi allium
 Germana illuies. Sueton. in Calig. cap. 23. Ille anti-
 tum oboluisset, quasi ad precauenda uenena sua sumptum.
 Obolere, per translationem, pro Praesentificare, subolere. Plaut.
 Amphit. 4. 167.
 Vltro istic qui exoffat homines, perij si me aspexerit.
 n. Olet homo quidem malo suo. s. heu nunquam obolui.
 Idem Menæh. 9. 27.
 — oboluit marsupium
 Huic istuc quod habes. Cic. 1. Acad. 17. Ne obolesce-
 rent, hæc renouabam.
 Obolus] oboli, penult. corr. (ὀβολός) Vltima est nummo=

rum significatio, inquit Donatus. Terent. And. 2. 2. 32.
 — etiam puerum inde abiens conueni Chremis.
 Olera & pisciculos minutos ferre obolo in cenâ seni.
 Obolus, inquit Budeus, ualeat semissem nostrum & denariolus
 id est, septem denariolos.
 Obolofates, inquit Cælius, dicitur minutulus fenerator.
 Vide lect. antiq. lib. 10. cap. 2.
 Oborior] oboriris, pen. prod. uel oboreris, pen. corr. obora-
 tus sum (ὀβόριος) oboriri, Adnasci, inquit Festus. Plaut.
 Stich. 4. 11.
 Vteri dolores mihi oboriuntur quotidie. Terentius
 Heaut. 4. 3. 2.
 Nulla mihi res posthac potest iam interuenire tanta,
 Quæ mihi aegritudinem afferat, tanta hæc læticia ob-
 orta est.
 Obortum est bellum. Liu. 1. bel. Pun. 28.
 Oborta lux. Liu. 8. bel. Pun. 57. Cic. pro Ligario, 4. Vide
 quanta lux liberalitatis & sapientie tuæ mihi apud te dis-
 centi oboritur.
 Lux oborta micat. Sil. lib. 17. 97.
 Nox oborta est. Senec. Herc. furen. 9. 42.
 Tenebræ obortæ sunt oculis. Ouid. 2. Metam. 37.
 Sol radijs terram aëmoni obortis. Lucret. lib. 6. 175.
 Obortus] obortus, Agnatio, accessio, ut, Perpetuus obortus.
 Lucret. lib. 4.
 Perpetuusq; fluant certis ab rebus obortu. Sic restituit
 Lambinus: cum antea legeretur, ab rebus odores: pla-
 nè mendosè.
 Obraucatus] penult. prod. Adiect. Solinus cap. 15. de gru-
 bus, Volatus desiderium castigat, nocetq; cogit agmen. Ea ubi
 Obraucata est, succedit alia.
 Obrepio] obrepis, pen. prod. obrepis, obreptum (ὀβρεπία
 ἴσως, ὀβρεπία) obrepere, Est, ut ait Budeus, latenter pro-
 gredi, & fallaciter adire. Tractum ab animalibus, pedibus
 carentibus, quæ gressu tacito gradiuntur. Plaut. Trinum.
 13. 129.
 Nimis argutè obrepisti me ipse occasiuncula.
 Inscientibus nobis & coenantiibus obrepit aliquid. Cic. F. Tiro-
 ni, libro 16. 21. 8.
 Obrepere, dicitur quicquid sensum fallit. ut, Obrepit fames.
 Plaut. Pœnulo, 2. 14.
 Obrepit creditor. Vlpian. in l. si fideiusso. com. §. si cum. ff.
 mandati uel contrâ. Debitor enim debuit notum facere fi-
 deiusso. iam se soluisse: ne forte creditor obrepat, & igno-
 rantiam eius circumueniat, & excutiat ei summam, in quâ
 fideiussit.
 Obrepit mors. Plaut. Pœnulo. 10. 20.
 Obrepit somnus. Plinius epist. 12. 4. lib. 7. ad Pontium, Dein-
 què meridie (erat enim aestas) dormiturus me recepissim,
 nec obreperet somnus. Horat. de Arte, 73.
 Verum opere in longo sis est obrepere somnum. His
 per translationem, pro Falli & peccare.
 Obrepit dies, Obrepit senectus. Cicero de Senect. 5. Qui enim
 citius adolescentie senectus, quàm pueritie adolescentie
 obrepit: Idem Attico, lib. 6. 11. 4. 2. Obrepit dies, ut uidet:
 mihi enim ad tertium calend. Sextiles de provincia decedendū
 Obrepit obliuio. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 1. (est. Budeus.
 Obrepere in animos. Cic. 2. de Diuin. 205.
 Obrepere, Fallere: hoc est, incautum aggredi. Vlpian. in l. Car-
 bonianum. §. pueri. ff. de Carbon. edicto, Sed si quum esset
 pubes, quasi impubes obrepserit, bonorumq; possessionem
 acceperit, dicendum erit nihil eum egisse. Budeus.
 Obrepere ad magistratum dicitur, qui falsi specie uel probita-
 tis uel doctrine ad magistratus assumitur. Cic. in Pisonem,
 1. Ob=

i, Obrepisti ad honores errore hominum, commendatio-
 ne sumofarum imaginum: quarum simile habes nihil præ-
 ter colorem. Budeus.
 Obrepto, obreptas (ὀβρεπτός) obreptare, Frequent.
 Plaut. Persa, 32. 4.
 Opera ne fuerint, nequis obreptaerit.
 Obreptio, obreptionis, Verbale (ὀβρεπτικός) Latens &
 fallax aditio. Vlp. in l. sed si hæc. §. patronum. ff. de in ius uo-
 cando, Patronum autem accipimus, etiam si capite minutus
 sit, uel si libertus capite minutus sit, dum arrogetur per ob-
 reptionem. quum enim hoc ipso quod arrogatur, celat con-
 diuionem suam, non id actum uidetur, ut fieret ingenuus.
 Obretio] obretis, penult. prod. (ὀβρετικός) obretire, Reti
 aliquem circumdare, aut obuium reti excipere. Lucr. lib.
 3. 7. 9. — neq; aranei tenuia fila
 Obuia sentimus, quando obretimur euntes.
 Obrigeo] obrigues, pen. corr. obrigui (ὀβριγγύω) obrigere,
 Totum frigore contrahi, & quasi indurescere, & rigidum
 fieri. Cic. 1. de Nat. deor. 36. Atqui terræ maximas regiones
 inhabitabiles atque incultas uidemus, quod pars earum ap-
 pulsu solis exarsit, pars obriguerit niue pruinaq; longin-
 quo solis abscessu. Idem in Som. Scipionis, 21. Obriuisse
 pruina uidet.
 Obrigeo] idem epist. 83. Quid ergo uiro non uel obrigere
 scire fatuus est?
 Obrima] obrimæ, Vnum est ex tribus fluminibus, Apami-
 am urbem in Asia celeberrimam ambientibus. Plinius libro
 5. capite 29. Tertius conuentus Apamiam uadit, ante ap-
 pellatam Celenas, deinde Ciboton. Sita est in radice montis
 Signia, circumfusa Marsia, Obrima, Orga fluminibus, in
 Meandrum cadentibus.
 Obrimo] Vnum est ex cognominibus Proserpine. Sic au-
 tem dicta est, quod quum uim ei uideretur illaturus Mer-
 curius, immugit alius? unde factum, ut is manum abstine-
 ret. Memini Cælius lib. 2. 6. cap. 20.
 Obrius] Nomen fluij in Gallia Narbonens. Pomponius li-
 bro 2. Secundum Beterras Obrius fluit. Hunc Ptolemæus O-
 brium uocat. Gallicæ Orb. Hic Biterros etiam alluit, & Ce-
 bennis montibus scaturiens.
 Obryzum] huius obryzi (ὀβρυζιον) uel potius obryzum, Au-
 rum dicitur, quasi ὀβρυζιον, hoc est, sincerum delicatumq;
 quod sape igne candefactum & exustum est, & quod in co-
 ctione non minuitur. Hermolaus ex Phocyonis sententia, ut
 illud Plinij lib. 33. cap. 3. 19. Auriq; experimento ignis est,
 ut simili colore rubeat quo ignis: atq; ipsum obryzum uo-
 cant. Hieronymus in Ieremiam dici putat quasi Ophirium.
 Nam ex Ophir insula laudatissimum aurum euehebatur.
 Vitur & Suetonius in Nerone, cap. 44.
 Obrodo] obrodus, pen. prod. obrosi, obrosium (ὀβροδός) ob-
 rodere, Circum rodere. Plaut. Amph. 8. 90.
 Vt quod obrodas sit, animo si malè esse ocepserit.
 Obrosus, pen. prod. Partic. Circumrosus. Plin. lib. 37. cap. 2.
 6. Potauit ex eo ante hos annos Consularis ob amorem ob-
 roso eius margine. De poculo murrhino.
 Obrogo] obrogas, penult. corr. (ὀβρογός) obrogare:
 Festus, Obrogare, obloqui, atque alterius sermone molestè
 impedire.
 Obrogare legi (ὀβρογέω) Est legis prioris infirmãde
 causa, legem aliam ferre. Cicero ad Attic. lib. 3. 65. 5. Quod
 per legem Clodiam promulgare, obrogare, derogare, obro-
 gare sine fraude sua non liceat. Idem 1. Philipp. 17. Quid,
 quod obrogatur his legibus Cæsaris? Correctiora exempla-
 ria legunt abrogatur. Vide Abrogo.
 Obrosus] Vide Obrodo.
 Thesauri pars 2.

1009
 Obrumpo] obrumpis, obrupi, penultima producta, ob-
 ruptum (ὀβρουπέω) Obrumpere, Idem quod Rum-
 pere. Varro 3. de re Rustic. capite 10. 5. Quo temperan-
 dum ipsi, qui propter cupiditatem saepe in piscendo, si ra-
 dicem prenderint, quam educere uelim è terra, obrum-
 punt collum. De asneribus. Alia exemplaria habent, ab-
 rumpunt.
 Obruo] obruis, obrui, obrutum, pen. corr. (ὀβρουέω) ob-
 ruere, Substernere, operire. Cic. de Senect. 19. Nec uero quæ,
 quam senum audiui oblitum, quo loco thesaurum obruisset.
 Obrueret & Erueret, contraria. Cic. 4. de Fin. 17.
 Obrueret & opplere. Cic. 2. de Nat. deor. 196.
 Obrueret lapidibus, telis, & id genus: hoc est, Dilapidare, &
 telis lapidibusq; operire ad necem. Cic. 3. Offic. 63. Liu. 7.
 bel. Pun. 108.
 Fratrem obruit armis. Stat. 11. Theb. 115.
 Obrutus niuibis, pruiniq; Liu. 5. ab Vrbe, 6.
 Numero obruimur. Virg. 2. Aen. 85.
 Telis obruimur. Virg. 2. Aen. 83.
 Procella obruit uiros. Ouid. 1. Fast. 98.
 Nox terram obruit roriferis umbris. Lucret. lib. 6. 174.
 Obrueret sale. Plin. lib. 9. cap. 35.
 Corpus obrueret Mellure. Ouid. 1. Fast. 76.
 Obrutum uetustate, uel situ uetustatis. Plin. lib. 11. cap. 17. 1.
 Liu. 9. bel. Pun. 69.
 Obrutus in terra. Cato cap. 143. 2.
 Semina obruere uersata terra. Ouid. 1. de Remed. amor. 35.
 Oua obruere testudines & crocodilos, quum in terra parua
 ediderint, deinde discedere aiunt: ita nascuntur & educan-
 tur ipsa per sese. Cic. 2. de Nat. deor. 194.
 Thesaurum obruere. Cic. de Senect. 19.
 Obruere se uino, Inebriari. Cic. pro Deiot. 17.
 Obruere, per metaphoram, pro Opplere, confundere, abolere,
 deuasare, euertere. Quum. Tot voluptates obruere pos-
 sunt unum dolorem.
 Obruere & delere. Cic. pro Deiot. 26.
 Obruere & perdere. Cic. pro Cecin. 65.
 Perpetua obliuione aduersa obruimus, secunda iucundè ac sua-
 uiter meminimus. Cic. 1. de Fin. 88.
 Famam alicuius obruere. Tacit. in uita Agricole.
 Sapientia malum paruam obruere, uix ut appareat. Cicero 3.
 Tusc. 136.
 Mala uirtutis magnitudine obruuntur. Cicero 5. de Fini-
 bus, 159.
 Memoriam & nomen alicuius obruere. Cic. 1. Tusc. 177. Idem
 pro Archia, 18.
 Quod diu omen obruant. Cic. de Arusp. resp. 38.
 Vnda obruit meos uultus. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 7.
 Obruit aliquem obliuio. Tacit. in uita Agricole, Nam multos
 ueterum uelut inglorios & ignobiles obliuio obruit.
 Obruit eum obliuione uetustas. Cic. de clar. Orat. 30.
 Obruere ære alieno. Cic. ad Att. lib. 2. 16. 17.
 Ambitione & foro obrui. Cic. 1. de Orat. 47.
 Obrui copia sententiarum. Cic. 2. Tusc. 5.
 Obrui & opprimi criminibus & testibus. Cicero 3. Ver-
 rim. 13.
 Obrui magnitudine negocij, tanquam fluctu. Cicero ad Quint.
 frat. lib. 1. 1. 6.
 Obruitur omnium risu testis. Cic. 3. de Orat. 157.
 Obruitur uulgi sermo hominum interitus, & obliuione poste-
 ritatis extinguitur. Cic. in Som. 28.
 Obruitur enim aratorum testimonijs. Cic. 4. Verr. 108.
 Obrutus, pen. corr. Partic. (ὀβρουέω) Ouid. epist.
 Iol. 1. 2.
 QQ Obrutus

Obrutus infans effret adulter aquis.
 Classis obruta aquis. Ouid. 6. Fast. 39.
 Corpora morbo obruta. Claud. 2. in Euprop. 3.
 Gratia uirtutis obruta. Ouid. 13. Metam. 90.
 Ignis latet obrutus multo cinere. Lucret. lib. 4. 178.
 Obruta itinera strage. Liu. 10. bel. Pun. 23.
 Somno obruta legio. Stat. 10. Theb. 38.
 Semina obruta longis sulcis. Ouid. 1. Met. 25.
 Obrussa] Exploratio et probatio perfectionis, et nota auri atq; argenti. Cicero in Bruto, Et adhibenda tanquam obrussa, ratio. Hodie, quam obrussa, edunt in emendatè. Placet etiam, cum obrussa: nam, cum, in, quam, facile potuit degenere breui discrimine: atque hoc uerius puto. Verba sunt Turnebi.
 Obrutus] inquit Festus, Obsupuit: à bruto, quod antiqui pro graui, interdum pro stupido dixerunt. Afranius, Non possum uerbum facere, obrutus. Vide Obrutelo.
 Obyzum] Vide Obrizum.
 Obcauo] obscurus, obscurus, obscurus, pen. prod. (ὀβσκαύω) obscurare, Contra seuire. Plaut. Epid. 11. 29, — tunc is es.
 Qui per uoluptatem in me erumna obscuri gnauiter?
 Obsaluto] obsalutas, pen. producta, obsalutare, Salutandi gratia sese alicui offerre, dicebant anti. qui: ut Consalutare, pro Salutare. Festus.
 Obsaturo] obsaturus, pen. corr. (ὀβσαύω) obsaturare, Significat Saturitatem usq; ad fufidium, uel contra animum capere. Terent. Heaut. 4. 8. 29, — ne tu propediem, Vt istanc rem uideo, istius obsaturabere.
 Obscenus] pen. prod. (ὀβσκαίω) Adiect. Ab Ob et Cano deductum, interposita s litera, euphonia causa, et sine diphthongo scribitur: et abominabile augurium significat. Virg. lib. 1. Georg. 94.
 Obsceni] canes, opportuneq; uolucres. id est, contraria portendentes et mala. Festus, Obscena apud anti. quos dicebantur, quæ mali ominis habebantur. Virgilius Aeneid. lib. 12, — ne me terrete timentem Obscena uolucres. Seruius, que canendo aduersa significat.
 Obsceno, obscenas, pen. prod. (ὀβσκαίω) obscenare, Obscenum, id est, malum omen asserre. Plaut. A. sin. 6. 17, Metuo ne ille obscenari meæ false fallacie. Nonius.
 Obscenus] obscenus, obscenus, Adiectiuum, cum diphthongo, Turpe, immundum: Ex Ob, et Cænum, componitur: uel ab Ob et Canendo: uel à πρὸς τὸν νότον, ut ait Priscianus lib. 9, Festus ab Obscis deriuat, quorum frequentissimus fuit usus libidinum spurcarum: unde et uerba impudentia appellantur obscena. Quod si uerum esset, sine B, et absq; diphthongo, obscens scribi oporteret. Varro lib. 6. de Ling. Latina docet, obscens à scena deduct, quasi ad scenam: quod scenis id daretur quod obscenum foret. Varro Agathone, Pueri obscenis uerbis nouæ nuptiæ aureis restaurant.
 Cantare obscena. Ouid. 3. Fast. 135.
 Aues obscena. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 11.
 Carmina obscena. Propert. lib. 1. eleg. 15. 2.
 Dicta obscena. Ouid. 14. Metam. 104.
 Facinus obscenum. Claud. 2. in Eutrop. 24.
 Liberale, petulans, flagitiosum et obscenum iocandi genus. Cic. 1. Offic. 135.
 Lectus obscenus. Ouid. 10. Metam. 92.
 Opus obscenum. Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 6.
 Partes obscena. Ouid. 2. de Arte. 117.

Risus obsceni. Ouid. 2. Trist. 82.
 Sermones obsceni. Hor. 2. epist. 1. 26.
 Spem capit obscenam. Ouid. 6. Fast. 68.
 Verba obscena. Ouid. 3. Fast. 139.
 Delicatas et obscenas uoluptates. Cicero 1. de Natura deorum, 153.
 Obscenum, Vitabile, authore Nonio. Virg. 3. Aen. 74.
 Obscenamq; famem, que prima pericula, uito. Vbi Seruius, Obscenam, aut que homines etiam ad obscena compellit, ut Malefusa fames: aut certe quam obscena uis prædixerat.
 Adulterium obscenum. Ouid. 2. Trist. 43.
 Obscena passu auis. Plin. lib. 10. cap. 29. 10.
 Obscenus piscis. Plin. lib. 9. cap. 18. 1.
 In obscenis est penis: hoc est, inter obscena connumeratur. Cic. Pato. lib. 9. 22. 6.
 Obscenas, pen. corr. obscenitatis (ὀβσκαίω) Cic. pro Flac. 26, Quas ego non solum propter longitudinem, sed etiam propter turpissimam obscenitatem uerborum prætereundas puto.
 In obscenitate si quod sit flagitium, id aut in re esse, aut in uerbo. Cic. Pato. lib. 9. 22. 2.
 Turpitudinem uerborum, et rerum obscenitatem uitare. Cic. 2. de Orat. 134.
 Obscenitas orationis. Cic. 1. Offic. 178.
 Verborum obscenitas si turpitudini rerum adhibeatur, ludus ne libero quidem homine dignus est. Cic. 1. Offic. 146.
 Obscenè, pen. prod. (ὀβσκαίω) Aduerbium, impure. Cic. 1. Offic. 178, Latrocinari, fraudare, admirari turpe est, sed dicitur non obscenè.
 Excitata obscenius Mercurij natura traditur, quod aspectu Proserpine commotus sit. Cicero 3. de Natura deorum, 76.
 Obscauo] obscauas, obscauare, Quasi scauum, id est, malum omen asserre. Plaut. A. sinar.
 Metuo quod illic obscauauit meæ false fallacie. Nonius. Alij legunt, Obsceno.
 Obscurus] pen. prod. (ὀβσκαίω) Adiectiuum, quod à Cura deriuari dicit Sponcius: significareq; proprie, Quod sine lumine est. Virg. 9. Aen. 49,
 Vidimus obscuris primùm sub uallibus urbem.
 Acumen obscurum. Lucret. lib. 4. 87.
 Aer obscurus. Virg. 1. Aen. 83.
 Ambages obscuræ. Ouid. in Ibin. 76.
 Antrum obscurum. Ouid. 4. Metam. 20.
 Cælum obscurum. Virg. 3. Aen. 18.
 Cubile obscurum. Senec. Hippol. 4. 43.
 Luna obscura. Virg. 4. Aen. 16.
 Obscura luce. Liu. 4. bel. Pun. 95.
 Nox obscura. Virg. 2. Aen. 84.
 Nubes obscura. Virg. 4. Georg. 12.
 Puluere obscuro permitti soles. Stat. 2. Sylu. 2.
 Sidera nullis obscura tenebris. Propert. lib. 2. eleg. 27. 11.
 Lucis obscurum. Tacit. lib. 20.
 Ferrugo obscura, Nigra. Virg. 1. Georg. 94.
 Forma obscura reddita. Ouid. 3. Metam. 96.
 Obscurum, Difficile, et quod statim intelligi non potest: ut, Obscura oratio, Cuius sententia latet.
 Obscurus et Apertus, contraria. Cic. 2. de Inuent. 238.
 Obscura et ambigua multa erant, adhibita sunt interpretum explanationes. Cic. 1. de Diuin. 190.
 Obscura deorum natura, et difficiles explicatus habet. Cic. 3. de Nat. deor. 136.

Carmen

Carmen obscurum ambage nouorum uerborum. Ouidius 14. Metam. 12.
 Obscurum ius. Quint. lib. 7. cap. 11.
 Flexilona, obscura, et ambigua oracula. Cicero 2. de Diuinatione, 172.
 Verba ignotiora, et obscuriora. Quintilianus, libro 7. capite 4. 9.
 Non erat obscurum, quid homo improbus aut nefarius cogitaret, id est, nemo ignorabat. Cic. 4. Verr. 63.
 Obscurum et cæcum. Cic. 2. de lege Agrar. 46.
 Discrimen obscurum, Quod dignosci facile non potest. Horat. 2. Carm. ode 5. 5.
 Obscura et Nota alicuius nobilitas, contraria. Cic. pro Muræna, 13.
 Valde obscurus Heraclius, minime Democritus. Cicero 2. de Diuinat. 197.
 Nimis obscurus Euphorion poeta: non Homerus. Cicero 2. de Diuin. 197.
 Obscurum et ignotum, Patefactum atq; illustratum, contraria. Cic. 1. de Orat. 85.
 Non obscura beneuolentia, Non obscura concuratio: id est, nota et manifesta. Cic. ad Sulpitium, lib. 13. 7. 1. Idem ad Lentulum, lib. 1. 1. 10.
 Fama obscura. Virg. 5. Aen. 60.
 Fama obscurior aeo. Ouid. 6. Fast. 21.
 Fama est obscurior annis. Virg. 7. Aen. 41.
 Obscurus et incertus index. Cic. pro Cluentio, 15.
 Odium obscurum. Hor. 1. epist. 14. 8.
 Obscura spes. Cic. pro lege Agrar. 68.
 Tabernæ obscuræ. Hor. de Arte, 47.
 Vera inuolueræ obscuris. Virg. 6. Aen. 20.
 Obscurus, ignobilis. Cic. de Amic. 17, Quare sibi habeant sapientie nomen et inuidiosum et obscurum.
 Obscurus uir, astutus, fallax. Cic. 3. Offic. 74.
 Obscuro loco, uel genere natus, siue ortus: hoc est, Ignobilis. Cic. 7. Verr. 142. Liu. 6. bel. Pun. 194.
 Obscuris ortus maioribus. Cic. 1. Offic. 163.
 Obscurus et sordidus. Cic. ad Cælium, lib. 2. 11. 4.
 Obscure persone. Cic. ad Appium, lib. 3. 5. 6.
 Obscurus, ut dictum est, ex Ob, et Cura siue Curo componitur: interposita: quod ea quæ obscura sunt, nobis curam obiectant.
 Tenebris obscurior. Claud. 2. in Eutrop. 47.
 Obscurè, pen. prod. Aduerb. (ὀβσκαίω) Cic. 1. Acad. 11, Quam argute, quam obscurè, etiam contra Stoicos differendum.
 Loqui obscurè. Cic. 4. Verr. 34.
 Dicere obscurè. Cic. 4. Acad. 222.
 Nimis obscurè aliquid commemorare. Cic. 2. de Fin. 24.
 Palam et Obscurè, contraria. Cic. 4. Acad. 28.
 Tacitè et obscurè perire. Cic. pro Quint. 28.
 Serpit obscurè hoc malum. Cic. 4. in Catil. 78.
 Neque, uel Non obscurè, pro Manifestò, et apertè. Cesar 8. bel. Gal. 191, Neq; obscurè hæc dua legiones uni Cesari detrahuntur.
 Obscurè ferre aliquid: pro, Dissimulanter ferre, et ita ut nemo commoti aut egri animi notas agnoscere possit. Cic. in Parad. 58. Idem pro Cluentio, 41, Neq; id obscurè ferebat, nec dissimulare ullo modo poterat.
 Obscurè et dissimulanter. Cic. ad Lent. lib. 1. 5. 15.
 Obscuritas, pen. corr. obscuritatis (ὀβσκαίω) Tenebrositas, et offuscata luminis penuria. Plin. lib. 20. cap. 12. Obscuritates et uitia ocalorum sanat.
 Obscuritas, Difficultas. Cic. 4. Acad. 263, De obscuritate natu-

Thefauri pars 2.

ra, deq; errore tot philosophorum, &c.
 Lumen, Obscuritas et tenebræ, contraria. Cicero 3. de Orator. 28.
 Obscuritas et dubitatio. Cic. pro Cluent. 58.
 Naturæ obscuritas. Cic. 1. de Orat. 35.
 Obscuritates et enigmata somniorum. Cicero 2. de Diuinatione, 196.
 Latebram obscuritatis adhibere. Cicero 2. de Diuinatione, 156.
 Minus obscuritatis et erroris habent hæc. Cicero Cecin. libro 6. 6. 16.
 Inuoluta naturæ obscuritate causa latet. Cicero 1. de Diuinatione, 65.
 Reiecit te à libris obscuritas. Cic. in Topic. 2.
 Vitare obscuritatem. Quint. lib. 4. cap. 2. 26.
 Obscuritas, Ignobilitas. Cic. 2. Offic. 63, Quorum autem prima etas propter humilitatem et obscuritatem in hominū ignorantia uersatur: hi simulac, &c.
 Obscuro, obscuras, penultima producta (ὀβσκαίω) obscurare, Obscurum reddere. Plautus Trinum. 10. 41,
 Obscurauit pectus tuum amor.
 Nitor solis obscuratur. Catull. de coma Berenycis, epigramma. 61. 1.
 Obscuratur et offunditur luce solis lucernæ lumen. Cic. 3. de Fin. 69.
 Tenebris obscurat omnia nox. Cic. 1. in Catil. 4.
 Volucres obscurant æthera pennis. Virg. 12. Aen.
 Obscurare, Non curare, suppressere, tegere, obumbrare, ut ait Budæus. Cicero pro Archia poeta, 19, Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest, sed præ nobis ferendum.
 Obscurari et obrui. Cic. 4. de Fin. 48.
 Obscurari nec apparere quædam, quia ualde parua sint. Cic. 4. de Fin. 47.
 Minora maioribus obscurantur. Cic. 5. de Fin. 103.
 Obscurat magnitudinem periculi lucramid est, regit, ita ut nō appareat. Cic. 5. Verr. 113.
 Obscuratur, obruitur, et interit splendore uirtutis et magnitudine, omnis ista rerum in corpore estimatio. Cicero 3. de Fin. 70.
 Diluere aut obscurare aliquid. Cic. in Partitionibus, 9.
 Obscurare aliquid dicendo. Cic. pro Cluent. 1.
 Allegorij obscurare aliqua. Cic. Att. lib. 2. 35. 3.
 Obscurare et Celebrare: contraria. Sallust. in Catil.
 Acta noua obscurant ueteres triumphos. Lucanus, libro 1. 25.
 Obscurans, pen. prod. Particip. (ὀβσκαίω) Hor. 2. Sermone Satyr. 7. 11,
 — prodixit ex iudice Damā Turpis, odoratum caput obscurante lacerna.
 Obscuratus, penultima producta (ὀβσκαίω) Aliud participium: ut, Vocabula diu obscurata populo. Horatius 2. epist. 2. 23.
 Sensim obscurata est et euauit eorum memoria. Cicero 2. de Orat. 53.
 Obscuraturus, penultima producta, Similiter participium (ὀβσκαίω) ut, Tuas laudes obscuratura nulla unquam est obliuio. Cicero pro Marcello, 18.
 Obscuratio, Verbale (ὀβσκαίω) ut, Obscuratio solis, pro Obscuritate. Plin. lib. 36. cap. 27. 2. Cic. 4. de Finibus, 49,
 Quibus autem in rebus obscuratio tanta non sit, fieri tamen non potest, &c.

QQ 2 Obscu

Obscuratio propter exiguitatem rerum consequitur. Cic. 4. de Fin. 48.

Obscuro] obsecras, pen. corr. (ἀναπέλω, ἀναπέλω) obsecrare, Ex obsecrum componitur: significat Per sacra rogare, uel, ut ait Festus, Opem à sacris petere. Donatus, Obsecrare, est Iratos orare. Terent. Eun. 1.1.4. Excluit, reuocat, redeam non si me obsecret.

Obsecrare, plus est quam Rogare. Cic. Post red. ad Quir. 14. Dentis ipse ad extremum pro mea uos salute non rogauit solum, uerum etiam obsecrauit.

Hortari & obsecrare. Cic. 2. de Orat. 4.7.

Obstari & obsecrare. Cic. Att. lib. 11.209.2.

Obsecrare precibus Marcell. ad Ciceronem, lib. 4. 11.2.

Cum multis lachrymis orare aliquem atq; obsecrare. Cicero 4. Verr. 29.

Obsecrare ueniam. Plin. epist. 206.

Obsecrare ab aliquo. Plaut. Bacchid. 20. 110. Nunc si me fas est obsecrare abs te pater, &c. Obsecro ne facias. Terent. Heaut. 5. 5.4.

Obsecro ut. Terent. Heaut. 4. 4.3. — quod si is nunc Me deceperit, sepe obsecras me ut ueniam, frustra ueniet.

Obsecro per. Terent. And. 2. 1.28. Nunc te per amicitiam & per amorem obsecro, Principis ut ne ducas. Cic. pro Quint. 65.

Obsecro & obsecror. Hor. 1. epist. 7. 1.9.

Obsecro, Aduerbialiter positum pro Cedo, estq; ueluti rogantis, cum interrogationis particula. Terent. Eunuch. 5. 5.21. — hem Obsecro an is est? id est, dic quæso. Idem Eunuch. 5. 9. 58. Obsecro te quid agimus? Cic. Att. lib. 12.2 41.8. Atticam saluere iube, & eam cura obsecro diligenter.

Obsecro tuam fidem. Plaut. Amph. 4. 2.219.

Obsecro, cum duobus accusatiuis. Cic. pro Quint. 66. Itaq; te hoc obsecrat C. Aquili, ut existimationem, &c.

Obsecro quam. Plaut. Amph. 4. 145. Obsecro hercle quantus & quam ualidus est.

Obsecrandus, Plin. iun. lib. 9. epist. 29. ad rusticum, Laus potius speranda, quam uenia obsecranda est.

Obsecratio, Verba (ἀναπέλω) Cic. pro Fonteio, 31. Cauter ne periculosum superbiumq; sit, eius uos obsecrationem repudiare, cuius preces si dii aspernantur, hæc salua esse non possit.

Prece & obsecratione humili ac supplici uti. Cicero 1. de Inuentione, 32.

Constituere obsecrationem. Cic. de Arusp. resp. 58.

Obsecratio, pro precatione, quam pontifex ipse præibat pop. subsequenti uerba præeuntis. Suetonius in Claud. Cæs. Vig. dira aut in Capitolio uisa obsecratio haberetur, eamq; ipse uice pontificis maximi pro uostris pop. præiret, summoq; operariorum seruorumq; turba.

Obsecundo] obsecundas (ἀναπέλω, ἀναπέλω) obsecundare, Omnia ad alterius nutum facere, uel in melius conuertere. Terent. Heaut. 4. 6.22. Quæ causa id fiat, obsecundato in loco. Cic. pro lege Manil. 34. Non modò ciues assenserunt, socij obtemperarunt, hostes obediunt, sed etiam uenit, tempestatesq; obsecundarunt.

Obsecundanter, Aduerbium, Obsequenter. Nigidius de Dijs, libro 1, Quum autem id quid sit querimus, obsecundanter nature uiuent. Ex Nonio.

Obsepio] obsepis, penultima producta, obsepini uel obsepij & obsepji, obsepium (ἀναπέλω) obsepire, Sepibus circum dare. Liuius 5. belli Pun. 219. Alij obsepiti itineribus super

uallum saluunt. Idem 2. ab Vrbe, 23. Postquam dolo uiam obsepam uidit, bellum aperte molendum ratus.

Obsepire iter ad honores, per translationem. Liuius 4. ab Vrbe, 108. Ibid. lib. 9. 174. Hæc plebi ad Curules magistratus iter obsepit.

Obsepire uiam adipiscendi aliquid. Cicero pro Muren. 45.

Obsequor] pen. corr. obsequeris, obsequutus sum (ἀναπέλω, ἀναπέλω) obsequi, Alterius uoluntati morem gerere, inferuire. Terent. Heaut. 3. 1.10. Nos quoq; senes est æquum senibus obsequi.

Obsequi & Repugnare, contraria. Cic. 5. Tusc. 85.

De te tibi obsequor. Cic. pro Cluent. 120.

Obsequi alicui in omnibus. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1.47.

Obsequi animo suo, pro Indulgere sibi, Genialem uitam agere. Plaut. Milite. 10. 82. Terent. Adel. 1. 1.18. Vxor, si cesses, aut te amare cogitat, Aut te amari, aut potare, aut animo obsequi.

Consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor. Cicero in Orator. 88.

Imperio obsequi. Iunen. Satyr. 10. 35.

Nature bonitatiq; alicuius obsequi. Cic. pro Quint. 61.

Pudori suo obsequi. Cic. ad Tironem, lib. 16. 9.7.

Studijs alicuius obsequi. Cic. 2. Tusc. 113.

Studijs suis etiam in asperis rebus obsequi. Cicero de Orator. 3.

Tempestati in nauigando obsequi, artis est. Cicero Lentul. libro 1. 9. 85.

Voluntati alicuius obsequi. Cic. 2. de Fin. 29.

Obsequor, cum accusatiuo. Gel. lib. 2. cap. 7. Sed ea tamen quæ obsequi non oportet. Idem lib. 1. cap. 13.

Obsequens, pen. corr. obsequentis, om. g. (ἀναπέλω) Obsequens. Terent. Heaut. 2. 3.18. Propter quam in summa infamia sum, & meo patri minus sum obsequens. Ibid. 1. 1.100.

Legiones nostra liberalitate nobis obsequentes. Plancus Senatus, lib. 10. 8.13.

Obsequens uoluptati homo. Terent. Hecyra, 3. 5.9.

Obsequentior, Comparat. Sallust. in Ciceronem, 1. Filia matris pellex, tibi incundior atque obsequentior quam parentis par est.

Obsequens quod libet flecti. Plin. lib. 16. cap. 36.8.

Obsequenter (ἀναπέλω) obsequentius, obsequentissime, Aduerbium. Plin. epist. 1.44. a. Vixit in contubernio uicæ delicate seuerissime, & tamen obsequentissime.

Obsequium, obsequij (ἀναπέλω, ἀναπέλω) Officium quo quis id sequitur & facit, quod alteri placitum nouit. Terent. And. 1. 1.41. Obsequium amicos, ueritas odium parit. Cic. de Amic. 75. Sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit.

Obsequium & indulgentia corporis. Cic. 1. de Leg. 89.

Obsequia fortune. Curt. lib. 8.

Obsequium uentris mihi perniciosus est cur? hoc est, Cur indulgentia uentri permissa, est mihi perniciosas? Horatius 2. Serm. Satyr. 7. 21.

Anceps obsequium. Pers. Satyr. 5. 16.

Plenus obsequium. Quint. in Proem. lib. 1. 3.

Omne meum obsequium in illum fuit cum multa seueritate. Cic. Att. lib. 10. 195.6.

Abuti obsequio alicuius ad omnes res. Planc. Ciceroni, libro 10. 15.3.

Obsequio & comitate adolescentis delectari. Cicero Attic. lib. 6. 117. 2.

Exuere obsequium. Tacit. lib. 3.

Reci

Feci omni obsequio, ut neutri illorum quisquam esset me chārior. Cic. Attic. lib. 7. 121.5.

Grande obsequium ferre. Ouid. epist. 6. 4.

Flectere aliquem obsequio. Propert. lib. 1. eleg. 8.8.

Flectitur obsequio curuatus ab arbore ramus. Ouidius 2. de Arte, 36.

Obsequio grassare: mone, si increbuit aura, Catus uti uelut charum caput. Horatius 2. Serm. Satyr. 5. 19.

Patientia & obsequio suo aliquem mitigare. Cic. in Pison. 3.

Obsequium animo sumere. Plaut. Bacchid. 21.8. id est, sibi indulgere, & animo obsequi.

Vincere aliquem obsequio. Ouid. 3. Amor. eleg. 4.3.

Obsequentia, obsequentia. Cæsar libro 7. belli Gall. Factum imprudentia Biturigum; & nimia obsequentia reuoluntorum.

Obsequela, huius obsequela. pen. prod. (ἀναπέλω) Morigeratio. Plaut. Asin. 3. 15.

Omnes parentes Litane liberis suis Qui mihi auscultabunt, facient obsequelam.

Obsequiosus, pen. prod. adiect. (ἀναπέλω) Qui facile obsequitur. Plaut. Capt. 7. 59. Mihi obsequiosus semper fuisti.

Obsequibilis, & hoc obsequibile, pen. corrept. (ἀναπέλω) Qui obsequitur. Gell. lib. 2. cap. 29. Cognatos, affinesq; nullos serme tam obsequibiles esse ait.

Obsero] obseris, pen. corr. obserui, obserum, pen. corr. (ἀναπέλω) obserere, Circumseminare significat, uel potius id quod simplex Sero. Cic. 2. de Legib. 99. Obductaq; terra erat, frugibus obserabatur. Idem 5. Verr. 38. Obseruitus campus.

Obserere, Circumplantare. Colum. libro 3. Agrum antequam uincis obseras, explorato qualis saporis sit. Varr. 1. de re Rust. cap. 14.1.

Obserere mores, per translationem, pro Imbuere. Plautus Trinum. 3. 99.

Obserere, Circumdare. Virg. 7. Aen. 158. — iam scitis obserita, iam bos.

Pugnos obserere. Plaut. Menech. 22. 22.

Obstitus, pen. corr. Partic. (ἀναπέλω) ut, Pudore obstitus. Senec. Agamem. 13.8.

Annis & pannis obstitusid est, male indutus & pannosus. Terent. Eunuch. 2. 2.5. Sic apud Liu. 2. ab Vrbe, 95. Obstita squalore uestis. Et apud Virg. 8. Aen. 62. — obstitus auro.

Frondibus obstita. Hor. 1. Carm. ode 18.3.

Niubus obstitum iter. Curtius lib. 5.

Aer obstitus pallore. Lucan. lib. 5. 126.

Setis obstita. Virg. 7. Aen. 158.

Tenebris loca obstita. Cic. 1. Tusc. 77.

Virgultis loca obstita. Liu. 8. bel. Pun. 5.

Rura obstita pomis. Ouid. 13. Metam. 155.

Obsero] obseras, pen. corr. (ἀναπέλω, ἀναπέλω) obserare, Occludere, ueluti sera imposita. Terentius Eunuch. 4. 5. 25. Tu abi, atq; ostium obsera intus. Liuius 5. ab Vrbe, 186.

Vbi eos plebis adificijs obseratis, patentibus atrijs principum, maior propè cunctatio tenebat aperta quam clausa inuadendi.

Obserat herbosos luridâ porta rogos. Propertius libro 4. ea leg. 12. 2.

Tabellam liminis obserare. Catull. ad ipsithillam, epigrammate 30.1.

Palatum obserare. Catull. in Camerium, epigram. 51. 5. Theclauri pars 2.

Obseratus, Adiectiuum, Obthuratus; clausus ut, Obseratæ aures. Hor. Epod. ode 17.

Obseruo] obseruas (ἀναπέλω, ἀναπέλω, ἀναπέλω, ἀναπέλω) obseruare, Est, inquit Valla lib. 4. idem quod Custodire aliquid oculis animoq; in modum speculatoris, ne nos silentio, tacitoq; prætereat. Seruius in 4. Georg. Obseruare, est Calidè aduertere. Terent. And. 1. 1. 142. — obserues filium.

Quid agat, quid cum illo consilij captet. Virgil. 4. Georg. 103. — quos durus arator Obseruans nido implumes detraxit.

Custodire & obseruare. Qu. Cic. de Petit. Consul. 36.

Insidiari & obseruare. Cic. in Orat. 122.

Vbi multi obseruandi sunt & multa seruanda, nihil est mali, canes tibi quam plurimos esse. Cic. pro Rosc. Amer. 54.

Ex inopinatio obseruare. Cic. 2. de Nat. deor. 183.

Restrictè non obseruat amicitia, ne plus reddat quam acciperit. Cic. de Amic. 52.

Obserua an Plaut. Asin. 13. 60. Tuus obseruet, Venerine eas det, an uiro.

Obseruare quemadmodum se inuisquisq; gerat. Cic. 2. Ver. 28.

Obseruatote quam blandè mulieri palpabitur. Plaut. Am. 6. 9.

Animaduersionem Censoriam ut rem iudicatam nunquam perinde obseruauerunt. Cic. pro Cluent. 92.

Consuetum obseruare qui alicui habitus esset. Cic. 4. Verr. 97.

Fœdus idem obseruare. Sil. lib. 17. 16.

Ianuam obseruare. Plaut. Asin. 7.7.

Leges obseruare. Cic. pro Domo sua, 56.

Nutum obseruare. Cicero 4. Tusculanar. 110. Ex Nauiio, Vir de Nuo.

Obseruationes alicuius diligenter obseruare. Cicero Seruio, lib. 14. 28.1.

Occupationem & tempus alicuius obseruare. Cicero pro Roscio Amer. 13.

Obseruari animaduertiq; res poterunt, etsi cause earum non reperientur. Cic. 2. de Diuin. 69.

Scripturam alicuius obseruare, iam obseruare. Terent. in Prologo Adolph. 2.

Inquirere in se, atq; sese obseruare. Cic. de clar. Orat. 155.

Signa aliqua obseruare. Cic. Cecinna, lib. 6. 6.16.

Tempus aliquod obseruare. Cic. Bruto, lib. 11. 16.1.

Tempus ulciscendi obseruare. Cic. 4. Tusc. 32.

Obseruare, etiam est, assidue cū aliquo esse honoris causa. Obseruare enim dicitur, qui aliquem officij honoris causa deducunt & reducant. Cic. lib. 1. ad Att. epist. 1. & in epist. ad Gallum, lib. 7.

Obseruare, Verbum augurum. Virg. 6. Aen. 40. Obseruans que signa ferant, quò tendere pergant, &c.

Vbi Seruius, Obseruare enim & de celo, & de aibus, uerbo augurum dicitur.

Obseruare, Venerari & admirari aliquem, tantum dignitatis uel uirtutis cultu. Virg. 4. Georg. 42. Præterea regem non sic Aegyptus, & ingens Lydia, nec populi Parthorum aut Medus Hydaspes Obseruant.

Obseruare, colere, diligere. Cic. ad Licinium, lib. 5. 13. Hoc magis sum Publio deditus, quòd me, quanquam à pueritia sua semper, tamen hoc tempore maxime, sicut alterum parentem & obseruat & diligit.

Colimus & obseruamus diligenter Cæcilium. Cic. ad Att. libro 2. 34.9.

Regem obseruant. Virg. 4. Georg. 43.

Officijs, non largitione aliquem obseruare. Cic. pro Planc. 32. Pera

QQ 3 Pera

Perofficiose & peramanter obseruare aliquem. Cicero Peto, libro 9. 20. 7.

Obseruatum, impersonaliter, pro Deprehensum & animaduersum. Plinius libro 16. cap. 22. 1. Obseruatumq; non ascescere nisi tenuia.

Habium ita & obseruatum est. Cic. Att. lib. 3. 65. 4.

Obseruatum & uetustum aliquid habere. Cicero 2. de Diuinatione, 69.

Obseruata Hippocrati: pro, ab Hippocrate. Plinius libro 7. capite 51.

¶ Obseruans, obseruantis (παρρησιάζω) Particip. siue Nomen ex participio. Cic. ad Attic. lib. 16. 341. 1. Ut mehercle paucos aequè obseruantes atq; amantes me habere existimem. Amantem se & obseruantem habere aliquem & sui cupidum. Cic. Planco, in Epist. ad Att. lib. 16. 341. 1.

Populus sit obseruantior aequi. Claud. 7. Paneg. 60.

Obseruans tui, Obseruantissimus mei: pro, Amans, uel amatissimus: hoc est, Qui nos amat, uel obseruat cum ueneratione quadam. Cic. pro Quintio, 21. Idem ad Quint. fratrem, libro 1. 2. 18.

Omniū officiorum obseruantissimus. Plin. epist. 150.

¶ Obseruatus, pen. prod. Partic. (παρρησιάζω) Note obseruata. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13. 2.

Sidera obseruata. Ouid. 3. Fast. 23.

Vestigia obseruata sequor. Virg. 2. Aen. 151.

¶ Obseruatus, huius obseruatus, penult. prod. (παρρησιάζω) Nomen, idem quod Obseruatio. Varr. 2. de re Rust. cap. 7. 3. Ex obseruatu dicunt eum equum habere annos sedecim.

¶ Obseruantia, obseruantia (δὲσπασία, ἀσπίς, οὐρανοῦ) ab Obseruo, pro Veneros & Admiror, significat Venerationem quandam, & honoris exhibitionem in aliquem. Lilius libro 1, Obsequio & obseruantia in regem cum omnibus, benigne erga alios cum rege ipso certasset. Cic. Att. lib. 11. 22. 5. 1. Deq; tua erga se obseruantia, beneuolentiaq; mihi plurima exponit.

Obseruantia est, per quam etate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur & colimus. Colere obseruantia aliquem. Cic. Cornific. lib. 12. 2. 6. 1.

Mea tibi obseruantia nunquam defuit. Cicero Licinio, libro 5. 8. 9.

Officia obseruantiamq; alicuius diligere. Cicero pro Corn. Balb. 51.

Magnum onus obseruantiae alicui imponere. Cicero Attic. libro 13. 268. 4.

Retinere obseruantia amicos, rem parsimonia. Cicero pro Quint. 40.

Obseruantia, pro Obseruatione uel consuetudine. Suet. in Augusto, cap. 7. 6. Ex hac obseruantia nonnunquam uel ante initium, uel post dimissum conuiuium solus cenitabat, quum pleno conuiuium nihil tangeret. Vlp. in l. 1. ff. de militari test. Si ad diligentiam legum & obseruantiam reuocentur.

¶ Obseruatio, obseruationis (παρρησιάζω) Verbale, quasi adnotatio quadam, & animaduersio. Plin. lib. 11. cap. 10. 5. Mira obseruatio operis.

Antiqui sermonis obseruatio. Suet. de clar. Grammat. 2. 4.

Absumpta obseruatio. Plin. lib. 11. cap. 37. 4. 2.

Difficilior obseruatio. Quint. lib. 1. cap. 5. 15.

Lubrica obseruatio. Quint. lib. 1. cap. 5. 4.

Perpetua obseruatione dignum. Quint. lib. 2. cap. 12. 7.

Summa & obseruatio in bello mouendo apud antiquos. Cic. 1. Offic. 55.

Obseruationi operam dare. Plaut. Mil. 9. 5.

Natura & casu, Ratione & obseruatione facere aliquid: contraria. Cic. de clar. Orat. 16.

Diuturna obseruatio notandis rebus facit artem. Cicero 2. de Diuinat. 215.

Habere aliquam obseruationem. Quint. lib. 6. cap. 3. 8.

Inueniri obseruatione scientia non potuit. Cicero 2. de Diuinatione, 218.

Prudentium obseruatione & aurium terminatione inuictus est uersus. Cic. in Orat. 103.

In obseruatione esse. Plin. lib. 17. cap. 21. 10.

Notitia sui corporis & obseruatione sustentatur ualetudo. Cic. 2. Offic. 127.

Obseruatio, idem aliquando quod Obseruantia: hoc est, Honor & reuerentia. Valerius Maximus lib. 1. cap. 1. Neq; sicut collegio Pontificum auctoritas amplissimi uiri, aut Marcello adiectio impense impedimento fuit, quo minus religionibus suis tenor suaq; obseruatio redderetur.

¶ Obseruabilis, & hoc obseruabile, pen. corr. (παρρησιάζω) Quod idoneum est ut obseruetur uel ueneretur. Cuius compositum est in obseruabilis. Plinius libro 2. capite 17. 6. In Martis sidere, cuius est maxime in obseruabilis cursus, nunquam id stationem facere. Quintilianus lib. 9. cap. 1. In armorum certamine & aduersus idus & rectas & simplices minus tum uidere, tum etiam cauere & propulsare facile est: auersa, tecteq; minus sunt obseruabiles. hoc est, quae cauere possunt.

¶ Obseruauerit, aduerbiū. Macrobius in Som. Scipion. libro 1. capite 1. Idem igitur obseruauerit sequutus est in illis praecipue uoluminibus, &c.

¶ Obseruato, obseruitas, penult. corr. obseruitati, obseruitate, frequentatiuum. Cic. 1. de Diu. neq; solum deorum uoces obseruauerunt Pythagorei, sed etiam hominum quae uocant omnia. Alia exemplaria habent, obseruauerunt.

Obses, Obsidis, Obsessio, Obsessor, Obsessus] Vide Obsideo.

Obsideo] Obsides, pen. corr. Obsedi, pen. prod. Obsessum (παρασπασίω) Obsidere, Circumfidere significat, Obsessum tenere, ac fossa & uallo septum retinere: in quo quies significatur, quasi obsistere. Cic. 7. Philipp. 22. 7. Qui Mutinam coloniam pop. Romani & consulem designatum obsederit. Idē pro Fonteio, 17. Ab his gentibus sanctis, & in testimonio religiosis, Obsessum Capitolium est.

Aditus armati obsident. Cic. 2. Philip. 92.

Cohors obsidet aedes. Iuuen. Satyr. 10. 2.

Obsidere alij telis angustia uitarum. Virg. 2. Aen. 67.

Campos obsedit milite. Virg. 3. Aen. 80.

Fores obsedere stricibus mucronibus. Virg. 2. Aen. 90.

Miles obsidet hostem. Lucan. lib. 6. 24.

Presidijs obsidere & occupare Italia. Cic. pro lege Agr. 7. 4.

Obsidere itinera. Curt. lib. 6.

Animis obsedit Senatum Antonius. Cic. 7. Philip. 22. 6.

Obsidere, oppugnare, & labefaciare aliquam urbem. Cic. de Arusp. resp. 5.

Vi, ferro, metu obsidere. Cic. Post. red. in Senatu, 2.

Obsidere, pro Occupare & detinere. Cic. 2. Verr. 4. Ut perspicuum cuius esse possit, hominem ab isto questum esse, non qui reum suum adduceret, sed qui meum tempus obsideret. hoc est, Qui accusando locū occuparet, ut ego istum accusare non possem. Budeus.

Vim regiae potestatis obsederat Dictatura. Cic. 1. Philip. 2.

Latus leuam obsidet Charybdis. Virg. 3. Aen. 84.

Obsidere, pro Circumstare. Seneca, Varia & incerta pericula humanam uitam obsident. Cic. pro Flacco, 4. 5. Quum speculatur atq; obsidet Rostra uindex temeritatis, atq; moderatrix officij Curia. Budeus.

Locus

Locus obsidetur corporibus. Cic. 1. de Nat. deor. 88.

Spacium uel locum obsidere, pro Obtinere. Celsus, Si totum id ramex obsederit, &c.

Stuprum obsidere, Insidiari stupro. Cic. 1. in Catil. 18.

Obsidere & teneri. Cic. in Orat. 122.

Obsidere, idem quod Sedere. Terent. Adalph. 4. 6. 6. — nunc uero domi Certum obsidere est usq; donec adierit.

Inter Obsidere et Oppugnare urbem, diffrentia hoc est, quod illud fit mora, hoc impetu. Liu. lib. 2. ab Vrbe, Consilij ab oppugnanda urbe ad obsidendam uersis.

¶ Obsido, obsidis, pen. prod. Obsedi (παρασπασίω) obsidere, Idem quod Obsideo significat: nisi quod motus quidam inest, ut quasi sit Obsistere. Sallustius, Praemittit illis homines militares, sine tumultu collocatis praesidijs, sicut praecipuum erat, occulte Pontē obsidunt. Alia exemplaria habent, Praemittit & obsident.

¶ Obsidere, pen. cor. ab Obsideo, obsidis: pro Occupato. Lucretius libro 4, Obsiditq; uias oculorum, ne simulacra Possint ullarum rerum coniecta moueri.

¶ Obsidior, obsidiaris (ὀβσίδιος) obsidiari, Circā insidias facere. Colum. lib. 9. cap. 14. 8. Sed inter Canticule & Arcturi exortum cauendum erit, ne apes intercipientur uiolenter trabronum, qui ante aluercia plerumq; obsidiantur prodeuntibus.

¶ Obsidens, Participium (παρασπασίω) Catull. Argon. epigram. 59. 69, Troicūq; obsidens longinquo moenia bello,

¶ Obsessus, Aliud Particip. (παρασπασίω) Caesar 1. bell. Ciuil. 318. Tandem omnibus rebus obsessi, quantum iam diē sine pabulo retentis uimentis, aquae, ligni & frumentii inopia, colloquium petunt.

Obsessi uis, commatu intercluso. Caesar. 3. bel. Gal. 4. 4. 6.

Bellis obsessus & unadis. Stat. 9. Theb. 98.

Obsessi & impares. Quint. lib. 3. cap. 8. 16.

Artus obsessos occupat mihi sudor. Ouid. 5. Metam. 12. 7.

Corpus obsessum glaciali frigore. Ouid. 9. Metam. 11. 7.

Fauces obsesse: id est, clausae. Virg. 3. Georg. 103. Seruius.

Legio uallis obsessa tenetur. Virg. 10. Aeneid. 2. 4.

Limen obsessum, acta testudine. Virg. 2. Aeneid. 89.

Pectora obsessa multis malis. Senec. Herc. fur. 12. 12.

¶ Obsidium, obsidij (ὀβσίδιον) Ipsa obsidio. Colum. lib. 9. cap. 7. 6. Intereit, quum licet uitare pestis obsidia per aliud uadentibus effugium.

Capessere obsidia. Tacit. lib. 11.

Facere obsidium. Gell. lib. 15. cap. 30.

Soluere obsidium. Tacit. libro 4, Primo sui inaccessu soluit obsidium.

Obsidium tuo tergo est, inquit Plaut. in Milite, 5. 64.

¶ Obsidio, obsidionis (ὀβσίδιον) Cicero, pro, Rabirio per duel. reo, 22, Quum innumerabiles hostiū copias in Italia fudisset, atq; obsidione Rempub. liberaisset.

Longe obsidionis dira egestas. Iuuen. Satyr. 15. 10.

Abstistere obsidione. Vide Abstisto.

Partim ui, partim obsidione capere urbes. Cicero pro Murena, 17.

Cingere urbem obsidione. Virg. 3. Aeneid. 11.

Claudere muros obsidione. Lucan. lib. 3. 69.

Eximere obsidione. Liuius, Ibi quoq; circumfessus, aduentu fratris obsidione eximitur. Vide Eximo.

Eximere ex obsidione sceneratores. Cic. Sestio, libro 5. 6. 6.

Leuari obsidione. Virg. 10. Aeneid. 6.

Periculis obsidionis liberare aliquem. Cic. pro lege Manil. 13.

Ingenti obsidione premebat urbem. Virg. 8. Aeneid. 130.

Solutus obsidione. Claud. 2. Paneg. 45.

Castra tenentur obsidione. Virg. 10. Aeneid. 22.

Trahere in longius obsidionem. Quint. lib. 1. cap. 10. 35.

¶ Obsessio, obsessio, idem (ὀβσίδιον) Cic. pro Corn. Balbo, 4. Hunc enim in ea ciuitate, in qua sit natus, homines in mo loco natum esse concedis, &c. nullius laboris, nullius obsessio, nullius praesij expertem fuisse.

Obsessio templorum, occupatio fori. Cic. pro Domo sua, 3.

¶ Obsessor, obsessoris (ὀβσιστής) Qui obsidet. Liu. 9. ab Vrbe, 7. 4. Papyrio quoq; qui obsessor Lucretia resisterat.

Obsessor fori. Plaut. Pseud. 13. 18. Cicero pro Domo sua, 11, Obsessor curiae.

Obsessor aquarum. Ouid. 2. Fast. 52.

¶ Obsidite, obsidiarum, dicitur sicut & Insidite (ὀβσίδιος) Colum. lib. 8. cap. 2. 5. Dum tamen anus sedula uel puer adhibeatur custos: uagantium: ne obsidijs hominum aut insidiosis forum animalium diripiantur.

¶ Obsidionalis, et hoc obsidionale, pen. prod. (ὀβσίδιον) Ab obsidione deriuatur. Vnde Corona obsidionalis, quae deditur ei qui obsessos ab hostibus liberaisset. Fiebatur autem gramme uiridi, ex eo loco decerpto in quo erat inclusi. Plin. de Viris illust. 17. Quare à Minutio & eius exercitū, obsidionali corona donatus est. Liu. 7. ab Vrbe, 17. 6. Secundum Consulibus donationem legiones grammeam coronam obsidionalem, clamore donum approbantes, Decio pōnunt. Vide Plinium lib. 22. cap. 4. 5.

¶ Obses, obsidis, pen. corr. com. g. (ὀβσισ) Qui traditur in periculo alicuius ea conditione, ut si dator obsidis à fide recedat, recipienti sit potestas in corpus & uitam eius seuendi qui datus est obses. Hic quoniam obsidionis causa dari consueuit, inde nomen assumpsit: quamuis Festus ex ob & fides compositum uelit, per mutationem literae, quod sit ob fidem datus. Caesar. 1. bell. Gall. 10. 5. Eo postquam Caesar peruenit, obsides seruos, qui ad eos profugissent, poposcit. Cic. 1. Verr. 39. A nobis multos obsides habet pop. Rom.

Coniugij sponsor & obses. Ouid. 2. epist. 7.

Accipere obsides. Cic. Catoni, lib. 15. 4. 31. Accipio.

Fidei obsides accipere. Seneca Thyeste, 6. 6.

Cauere obsidibus. Vide Caueo.

Dare obsides. Cic. 5. Verr. 10. 5.

Imperare obsides. Cic. pro lege Manilia, 2. 5.

Mittere obsides. Vide Mitto.

Obses, per translationem. Cic. 4. in Catil. 81. Habemus enim à Cesare, sicut ipsius dignitas & maiorum eius amplitudo postulabat, sententiam tanquam obsidem perpetuae in Rempub. uoluntatis.

Dammationem aliquam obsidem dare. Cic. pro Cluentio, 67.

Libertatem animi obsidem relinquere. Cicero Antequam iret in exilium, 18.

¶ Obsidianus, pen. prod. Adiect. (ὀβσιδιον) Obsidianum uitarum, de quo Plin. lib. 36. cap. 26. 7. In genere uitri & obsidiana numerantur, ad similitudinem lapidis, quem in Aethiopia inuenit Obsidius, nigerrimi coloris, aliquando & transalacidi, crassiore uisu, atq; in speculis parietum pro imagine umbras reddente. Gemmas multi ex eo faciunt, uidemusq; et solidas imagines diui Augusti, capiti materia huius transalacidi: dicuntq; ipse pro miraculo in templo Concordiae obsidianos quatuor elephantes, &c. Fit & in tincturae genere obsidianum ad escaria uasa, totum rubens uitarum, atq; non translucens, hamatinum appellatum.

Obsigillo] obsigillas, obsigillauit, obsigillare. Abscondere. Senec. epist. 1. lib. 21. Nunc multa obsigillant, & aciem uestram uel splendore nitio repercutiunt, uel obscure retinunt.

QQ 4 nent.

corr. (ναρσφάτω) obstrere, Contra aliquem strepitum facere. Salust. Ad haec maledicta, alia quam adderet, obstrepare omnes, hostem atq; parricidam uocare. Cic. 3. de Orator. 28. Atque ut quodammodo ipsi sibi in dicendo obstrepare uideantur.

Portis obstrere. Liu. 2. ab Vrbe, 209.

Vociferari & obstrere. Liu. 1. ab Vrbe, 178.

Turba obstrepi. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 8.

Exercitus obstrepi pulsus armis. Stat. 11. Thebaid. 50.

Laudi alicuius obstrere. Senec. Herc. fur. 11. 28.

Literis alicui obstrere. Cic. Metello, li. 5. 4. 2.

Fontes obstrepi lymphis manantibus. Horat. Epod. 2. 6.

Clamore obstrepi. passiuè. Cic. pro Marcello, 5.

Obstrepiunt. pen. corrept. impersonale (ναρσφάτω) Liu. 3. ab Vrbe, 203. Eos concio audit, Decemuiro obstrepiunt.

Obstrepiens. pen. corr. Participium (ναρσφάτω) ut, Mare obstrepiens Baijs. Horat. 2. Carm. ode 18. 4.

Obstrepiens pluuia nihil sensere Pœni. Liu. 1. bel. Pun. 223.

Obstrigillo obstrigillas (ἀσπίγω) obstrigillare, Obstrere, repugnare, uel detrahere alicui. Antiquum. Varro lib. 4. de uita pop. Roman. Quod Curio, quum id fecisset, dicebat amicis ut illi renuncietur se obstrigillarum, ne triumphus decerneretur, aut ne iterum fieret Consul. Ennius Satyr. li. 2. Resistant, occurrunt, obstant, obstrigillant, uagitant. Varro de re Rustic. li. 1. capite 2. 20. Tu, inquit, inuides tanto scriptori, & obstrigillandi causa figulas reprehendis, quæ præclara quædam, ne laudes, prætermittas. Nonius.

Obstrigator, obstrigatoris, Verbale, reprehensor. Ductu a strigilibus, quibus quum uehementius stringimur, etiam plerumq; ledimur. Varro, Aemulum illius artis atq; obstrigilatorem.

Obstringo obstringis, obstrinxi, obstrictum (ναρσφάτω) obstringere, Deuincire, circumligare, & ualde stringere, ex etymo. Plautus Curcul. 15. 29.

Nihil agit, collum obstringe homini. Idem Liuus 10. bell. Punic. 33. Alij super alios cadentes obstricti moriebantur. Alia exemplaria habent, obstinati.

Obstringere sibi aliquem munere, beneficio, & c. Plinius epist. 10. 4. Cic. pro Domo sua, 91.

Obstringere & obligare aliquem officijs. Cicero Seruio, libro 13. 19. 7.

In perpetuum sibi aliquem obstringere. Cic. pro Cluentio, 160.

Aere alieno amicos suos obstringere. Bruius Cic. lib. 11. 10. 10.

Obstringere beneficijs, donis, spe. Cicero 2. Offic. 97. Et pro Cluentio, 150.

Fidem suam obstringere alteri. Plin. epist. 78. c. Sub ea tamen conditione, ne cui fidem meam obstringam.

Iureiurando obstringere aliquem. Ces. 1. bel. Gal. 121.

Legibus obstringi. Cic. 2. de Inuent. 120.

Memoria beneficij sempiterna obstringi alicui. Cicero pro Plancio, 1.

Religione uoti obstrictus. Cic. ad Atticum, lib. 12. 257. 2.

Religione obstringere. Cic. 2. Philipp. 88. Vide Religio.

Prædibus se obstringere. Cic. ad Atticum, lib. 6. 111. 16.

Voluptatibus obstringi. Cic. pro Celio, 36.

Offa *οἰσῖ*, Festus, Penitam offam Næuius appellat absque mentis cum coda. Antiqui enim offam uocant abscessum globi forma, ut manu glomeratam puluem. Iuuen. Satyr. 2. 4.
— & patruo similes effunderet offas.
— nigra in facie tumidis liuoribus offa. Iuuen. Satyr. 16. 2.

Offa, Cibarium ex frustis panis in iure pingui, caseo uctere, pipere & cinamomo conditis, quæ insulata & caseata dicitur. Sipontinus, Offa & pulcem significat, & quicquid est in pulvis modum redactum. Virg. 6. Aeneid. 84.
Melle sporatam & medicatis frugibus offam Obijcit.
Potest etiam fieri offa ex alijs rebus. Varro lib. 3. de Re rustica, cap. 5. 3. Cibari offas positas: hæc maxime glomerantur ex ficis & farre misto.

Offa, Massa. Plin. libro 9. cap. 48. de lepore marino, in nostris mari offa informis colore tantum lepori similis.

Conuolutum in offas. Vide Conuolutio.

Offa & massa promiscuè utitur Colum. lib. 12. cap. 38.

Offe quibus aues saginantur. Colum. lib. 8. cap. 7.

Obijcere offam. Cic. 1. de Diuin. 53.

Cadit offa ex ore pulli. Cic. 2. de Diuin. 110.

Pullis offa. Cic. 2. de Diuin. 111.

Offe panis. Colum. lib. 8. cap. 9. 2.

Offe ficorum. Colum. lib. 12. cap. 15. 3.

Carminis offe. Pers. Satyr. 5. 1.

Offella, ofelle, Diminutiuum, simplici scribendum esse docet Seruius, quia primam syllabam corripit, contra primam ut naturā. Frustulum carnis. Dicitur q; ofella porcum à porco quam in sartagine, craticula & pruilis coquimus. Vitus lina, à uitulo, quam ad ignē uerubus uerfantes, ad escam præparamus. Marcial. lib. 14. 2. 27.
Parua tibi curua craticula sudet ofella, Iuuenal. Satyr. 11. 153.

— at fide

at rudis omni Tēpore, & exigua frustis imbutus offēlā:
 ¶ Offula, offulā, pen. corr. Aliud diminit. Suet. in Claud. Cae-
 sare, Rogo uos quis potest sine offula uiuere?
 ¶ Offictor] offictoris, dicitur, auctore Festo, qui proprio co-
 lori nouum adijcit.
 ¶ Offendo] offendis, offendit, offensum (απονομιω) offendere,
 Compositum ex Ob & Fendo, quod non est in usu, Incurrere
 in aliquid, atq; incidere significat. Terent. Eunuc. 5. 9. 34.
 Si in platea hac te offendero post unquam, nihil quod
 dicas mihi. Alium querebam, iter hac habui: peristi.
 Scopulum offendere. Cicero pro Roscio Amerino, 48. Hic per
 translationem.
 Puppis offendit in scopulis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 5.
 Offendere ad. Quintil. lib. 6. capit. 3. 4. 6. An non plurima uerba
 in prologo dicuntur? quale refert Cicero de Memmio homo-
 mine prologo, Caput eum ad fornitem Fabij offendisse.
 Offendere ad stipitem. Collum. lib. 2. cap. 3. 22.
 Offendere ad Africam. Liu. 8. bel. Pun. 238.
 Offendere, Lesionem & offensionem accipere ex aliqua re in
 aliquam corporis partem. Colum. lib. 5. capit. 9. 10. Deinde
 arando ne coxam bos, aliamue partem corporis offēdat.
 Latus offendere. Cicero pro Cluentio, 139.
 Offendere (κατανομιω) inuenire, sed praeter opinionem. Te-
 rent. Heaut. 2. 3. 44.
 Textentem telam studiosē ipsam offendimus. Idem Hecyr.
 3. 1. 45. Quoniam modo Philumenam nunc te offendam
 affectam?
 Imperatum aliquem offendere. Cicero Curioni, lib. 2. 2. 4.
 Offendere, Peccare, errare, aut etiam ledere aliquem. Cicero ad
 Varronem, lib. 9. 2. 6. Quis est tam lyceus, qui in tantis te-
 nebris nihil offendat, usquam incurrat?
 Aliquem offendere (βλαπτεω, αμαρτανω) Suet. in Claud. Cesare, ca-
 pit. 26. Priorem, quod parentes eius Augustum offenderat,
 uirginem adhuc, repudiavit.
 Offendere apud iudices. Cicero Cluentio, 50. Postremo certe
 potius illum qui bis apud eos iudices offendisset, quam eum
 qui bis causam ipsi probauisset. id est, damnatus esset, contra-
 riam sententiam tulisset. Budaeus. Offendit apud iudices, de
 quo male iudicatur, id est, damnatur.
 Aciem oculorum offendere. Vide A c i e s.
 Amicum offendere in nugis. Horat. de Arte, 91.
 Offendere alicui animum. Cicero ad Attic. lib. 4. 84. 4. Veritas
 est pusilla, quae nunc laborat, ne animum Publio offenderet.
 Offendere animos bonorum in re aliqua. Cicero ad Qu. fratrem,
 libro 1. 7. 5.
 Animus meus multis rebus offenditur. Cicero Lentulo, lib. 1. 9. 13.
 Contumelia offendere aliquem. Cicero Att. lib. 6. 11. 4. 5.
 Existimationem alicuius offendere. Cicero ad Appi. lib. 3. 8. 28.
 Lumen extinctum offendit naves nidore. Lucret. lib. 6. 159.
 Peccata offenduntur factis aliquo. Ouid. 2. de Remē. amor. 7.
 Sensum aliquorum offendere. Cicero Lentulo, lib. 1. 9. 61.
 Vitio alicuius offendi. Cicero 2. de Inuent. 12. 4.
 In aliquo aliquem offendere. Cicero Appi. lib. 3. 8. 13.
 Offendere aliquid in re aliqua. Cicero 1. de Orat. 63. Nihil enim
 est tamen in signe, nec tam ad diuturnitatem memoria stabi-
 le, quam id in quo aliquid offenderis.
 Offendi. Cicero ad Caninium, lib. 2. 16. 14. Ille si omnibus est ma-
 leuolus, quod nunquam existimaui, minus offendor in me:
 sin autem a me est alienior, nihil tibi litera mea proderunt.
 Offendi in aliquo. Cicero ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 21. Sed si quis
 est in quo tam offenderis, de quo aliquid senseris, huic nihil
 credideris. id est, spe & existimatione, quam de eo concepe-
 ras, deceptus fueris.
 Offendere in arrogantiam. Cicero 2. de Inuent. 12. 5. id est, inci-

dere. Budaeus.
 Offendere aliquid in aliquo. Cicero pro Milone, 76. Quae si uos
 cepit obliuio, aut si in me aliquid offendistis. id est, si nos
 lesi uel fessilli.
 Offendit me loci celebritas. Cicero ad Terentiam, lib. 1. 4. 13.
 Offendit eos nos labor. Cicero 1. de Finib. 6.
 Offendere, pro infelicitate agere. Cicero 7. Ver. 102. Quum mul-
 ti uiri fortes in communi incertoq; periculo belli & terra
 & mari saepe offenderint.
 Offendebatur, cum infiniti, pro Grauiere ferebat. Sueton. in
 Octau. Augusto, cap. 89. Componi tamen aliquid de se, nisi
 & serio & a praesentissimis, offēdebatur.
 Offensum esse, impersonaliter dicitur, quum aliquid secus acci-
 dit quam sperabamus, ut ait Budaeus. Cicero Lentulo, libro 1. 7.
 16. Si cecidisset ut uolumus, ut optamus, omnes te & sapi-
 enter & fortiter: sin aliquid esset offensum, eosdem illos &
 cupide & temere fecisse dicturos. Idem 1. Verr. 40. Si tan-
 tum offensum, titubatumq; sit.
 ¶ Offensus, Participium (βλαπτεω) Qui offendit.
 Offensus, pro Offensus uidetur usurpatum a Gellio libro 9.
 capit. 15. Aderat nobiscum ibi Iuliani seclator, iuuenis pro-
 pius & proficiens, & offendens iam in eo, quod illa apud
 Iuliani aures in praecipiti stare, & subitaria dicti, ne peri-
 culum sui facere audebat.
 ¶ Offensus, Aliud Participium (βλαπτεω) Lesus. Liuus
 ab Urbe cond. Miles offēso scuto praebuit sonitum. Plinius
 lib. 7. cap. 53.
 Pede offēso procumbere. Ouid. 2. Fast. 144.
 Pergrauiere offensus. Vide Pergrauis.
 Vehementer a quibusdam offensus. Hirtius Ciceroni, in Epist.
 ad Atticum, lib. 15. 32. 5. 5.
 Damnis offensus. Horat. 1. epist. 7. 18.
 Vitij offensus. Ouid. 10. Metam. 49.
 Nolo offensus. Vide Nolo.
 Deos offēso mereri. Ouid. epist. 26. 10.
 Hominem sibi offensum subleuare. Plancus Cicero lib. 10. 18. 5.
 Alienatus & offensus animus. Cicero Attico, lib. 1. 12. 10.
 Offensa uoluntas populi. Cicero 5. Tusc. 19. 4.
 Offensus, Adiectiuum, nonnuquam actionē significat, nimirum
 q̄ offēdit, q̄ peccauit, ut, Offensa forma. Horat. Epod. ode 15.
 Nec semel offēsa eadet constantia formae, Si certus in-
 trarit dolor. Vide Lambium.
 Offensus alicui, Nomen, pro Inuiso. Suet. in Iulio Cesare, capit.
 19. Pompeium affectatus est, offensum Patribus quod Mi-
 thridate uictō, &c.
 Inuidiosus & offensus. Cicero pro Cluentio, 127.
 Inuidiosus & offensus ordo Senatorius: id est, odiosus & inui-
 sus, inquit Budaeus. Cicero 5. Verr. 123.
 In offēso esse. Lucret. lib. 3. 192.
 Offensus, pro Insenso & irato: propterea quod qui offēsi &
 laesi sunt, irasci solent. Planc. Cicero lib. 10. epist. Si hominem
 offensum mihi, coniunctum cum Repub. non subleuassē.
 ¶ Offensor, pro Irato. Cicero ad Atticum, lib. 1. 3. 2. Quod ad me
 scribis de sorore tua, testis erit tibi ipsa, quanta mihi cura
 fuerit, ut Qu. fratris animus esset is qui esse deberet: quem
 quum esse offensorem arbitrarer, eas literas ad eum misi,
 quibus & placarem ut fratrem, & monerem ut mitiorem,
 & obiurgarem ut errantem. Idem pro Cluentio, 137.
 ¶ Offensum, Substantiuum (βλαπτεω) Cicero 1. de Inuent.
 10. 5. Offensum, est quod eorum qui audiunt uoluntatem
 laedit.
 ¶ Offensa, offēse (αβλαπτεω) frē actiue sumitur: estq; eius qui
 offēdit, ut ait Valla. Quintil. libro 6. capit. 6. Idem quum
 offēsam uereretur, si obiurgaret populi segnitiam. id est,
 ne po-

ne populum Atheniensium offēderet.
 ¶ Offense. Tacit. lib. 19. Satis patuit ijs, qui principum offēsas
 acriter speculantur.
 ¶ Offense. Sueton. in Claudio Cesare, cap. 2. 6.
 ¶ Offensa, Gratia opponitur. Quintil. lib. 4. capit. 2. Verum hoc
 omittimus, ne minus gratia excipiendo recta, quam offēsa
 se reprehendendo praua mereamur.
 Periculosa potentium offēsa. Quintil. lib. 2. cap. 20. 7.
 Habere offēsam. Quintil. lib. 9. cap. 2.
 Mereri offēsam: id est, committere aliquid quo alius offēda-
 tur. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 1. 4.
 Ab, pudet offēsam non meruisse prius. Vide Mereo.
 Respuere offēsas, Oblitisci iniuriarum. Claud. 2. Paneg. 9.
 Esse in offēsa apud aliquem, pro Offēdere. Cicero ad Atticum,
 lib. 9. 17. 4.
 Sentire offēsam in cenā. Celsus lib. 1. cap. 6.
 Offēsam suscipere & subire. Plin. lib. 2. epist. 18.
 Vereri offēsam. Quintil. lib. 6. cap. 5. 6.
 Vindicare suas offēsas nece. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 8.
 Sine gultus offēsa. Colum. lib. 12. cap. 21.
 ¶ Offēso, offēsas (απονομιω) offēnsare, Frequentiuim ab
 Offensum, supino uerbi Offendo. Liu. 5. bel. Pun. 203. Flere
 omnes repente, & offēnsare capita.
 ¶ Offēnsando (απονομιω) Lucret. lib. 2. 211.
 — & ipsa. Sponte sua forte offēnsando semina rerum, &c.
 ¶ Offēnsans, offēnsantis, Participium (απονομιω) Quintil.
 lib. 10. cap. 7. de extemporali dictione loquens, Si non in-
 terstitentes offēnsantesq; breuia illa atq; concisa singulan-
 tium modo eiecturi sumus.
 ¶ Offēnsio] Verba (απονομιω, αμαρτανω)
 Pedis offēnsio. Cicero 2. de Diuina. 12. 6.
 Asperitas & offēnsio. Cicero de Vniuersit. 23.
 ¶ Offēnsio, est bene idem quod Inuidia (βλαπτεω) id est, Odium
 publicum & praua existimatio. Cicero 1. Verr. 13. Aperte ab
 iudicibus petit, ut tu mihi anteponere: & ait hoc se honeste,
 sine ulla inuidia, ac sine ulla offēnsione contendere.
 Offēnsio & Beneuolentia, contraria. Cicero pro Murena, 39.
 ¶ Offēnsio, & Gratia, contraria. Plin. lib. 19. cap. 1. 3.
 Periculosa offēnsio atq; fastidium. Cicero 4. Tusc. 35.
 Vitiosa offēnsio atq; fastidium. Cicero 4. Tusc. 35.
 Offēnsiones belli, Danae & pericula. Cicero pro lege M. millia, 19.
 Offēnsio hominum, Nocuumtum & impedimentum quo alijs
 nocemus, & alios offēndimus. Cicero 1. Verr. 23.
 Offēnsio totius ordinis, pro Offēnsa, actiue. Cicero 1. Verr. 5.
 Offēnsiones graues, Lesiones & dolores. Cicero ad Tironem,
 libro 16. 12. 1.
 ¶ Odiosa offēnsio. Cicero de Senect. 60.
 Accendere offēnsiones. Vide Accendo.
 Accipere offēnsionem. Vide Accipio.
 Accipere offēnsionem, & Depotere, contraria. Cicero At-
 tic. lib. 1. 12. 3.
 Afferre offēnsionem. Vide Afferro.
 Cadere in offēnsionem. Vide Cado.
 Concitare grauem offēnsionem, & magnum odium. Cicero 1.
 de Inuentione, 112.
 Coniectare uultu offēnsionem. Tacit. lib. 1.
 Effugere offēnsionem. Cicero Seruio, lib. 4. 4. 13.
 Excipere offēnsionem. Cicero 1. de Inuent. 4. 4.
 Habet offēnsionem hac res apud aliquos. Plinius libro 19.
 cap. 1. 3.
 Offēnsio fit: hoc est, molestia, Varro 1. de Re rust. cap. 17. 4.
 In odium & offēnsionem aliquorum incurere. Cicero 2.
 Verr. 22.
 Lenire offēnsionem. Cicero 1. de Inuent. 4. 4.

Offēnsione turpitudinis moueri: pro, Offēdi turpitudine. Cicero
 5. de Finib. 110.
 Obliterare offēnsionem. Vide Oblitero.
 Priuatam offēnsionem obliterare. Cicero. Post red. in Senatu, 18.
 Offēnsioni esse, Molestiam adferre. Cicero ad Attic. lib. 13. 28. 1. 3.
 Inuidia atq; offēnsione suscipere apud populi. Cicero 4. Ver. 95.
 Labores & molestias offēnsionum & repulsarum quasi quana-
 dam ignominiam timere & infamiam. Cicero 1. Off. 102.
 Offēnsionem negligentia uitare atq; effugere: hoc est, crimen
 & culpam. Cicero 3. Verr. 72.
 ¶ Offēnsiuacula, penul. corr. (βλαπτεω) Diminutiuum, Para-
 ua noxa. Cicero pro Plancio, 41. Vidit M. Pisonem in ista Ae-
 dilitate offēnsiuacula accepta, summos a populo Rom. esse
 honores adeptos.
 ¶ Offēnsus, huius offēnsus (απονομιω) Idem quod Offēnsa.
 Lucret. lib. 6. 67.
 Non igitur multis offēnsibus in temerando. Senec. epist.
 108. Per huiusmodi offēnsus emeticandum est: conrago sum
 hoc iter.
 ¶ Offēnsus, ἀπειρημα, Occursatio, quum inter se offēdunt
 atomi. Lucret. lib. 2.
 ¶ Offēnsuaculi, offēnsuaculi, pe. cor. Laetant de Opificio Dei, ca.
 1. Summa ergo prudētia est, pedetētim incedere, quoniā ad-
 uersarius nosster offēnsacula pedibus latenter opponit.
 ¶ Offēnsator, penul. prod. offēnsatoris (απονομιω) Qui
 offēnsacula incurere solitus est: ut, Offēnsator equus. Quin-
 til. lib. 10. cap. 3. de dictandi modo loquens. At idem ille qui ex-
 cipit, si tardior in scribēdo, aut inerior in legēdo uelut of-
 fēnsator fuerit, inhihetur cursus. Offēnsatorem appellat, quā-
 in legendo identidem resistit, aut potius qui perperam legit.
 ¶ Offēnsiculum, offēnsiculi, penul. cor. (απονομιω) In-
 pedimentum, obstaculum. Plin. epist. 188. Sunt enim in hac
 offēnsicula nonnulla circumfer oculos, & occurrunt.
 ¶ Offēnsimentum, idem quod Offēnsio. Festus.
 ¶ Offēnsio, offēnsio, penul. prod. Ligaturae noxae, quo apēte
 retinebatur. Festus, Offēnsioes ait esse Titius ligaturae no-
 xas, quibus apex retineatur & remittatur, at Veranius cho-
 riola existimat, quae sint in loris apicis, quibus apex retinea-
 tur & remittatur, quae ab offēnsando dicuntur. Nam quum
 ad mentum prouentum sit, offēnsio mentum.
 ¶ Offendo, Offensio, Antiquum. Afran. Vopisco, Quocūq; num
 offēnsio saepe procul nostra sit mala. Ex Nonio.
 Offercio] offercis, offeris, offerium (προσβω) offerre im-
 plere.
 ¶ Offerre, Participium (προσβω) Plenus. Plaut. Aflu. 7. 18.
 Maximas optunitates gaudioq; offerissimas pariet.
 Offerissimus, pro Pinguissimo, apud Plautum Capt. 13. 8.
 Sine sacris hereditatem sum adeptus offerissimam.
 ¶ Offero] penul. corr. offero, obtuli, oblatum (προσβω, προσβω, προσβω)
 offerre, Exhibere, sive quod a barbaris di-
 citur praesentare. Terent. Heaut.
 Opportune tibi mihi offero. Cicero ad Atticum, libro 2. 37. 13.
 Quod fors obtulerit, id acturus uideatur.
 Peropportune offerre. Vide Peropportunus.
 Alicui offerre quod ipse sibi optare deberet. Cicero pro
 Cluent. 136.
 Offerre aliquid in usum. Quintil. lib. 1. cap. 1. 20.
 Tellus obtulit accessus faciles puppibus. Lucan. lib. 3. 9.
 Aduentum offerre. Terent. Hecyr. 3. 10.
 Auxilium offerre. Iustinius, Cū et auxilium obtulisset. Cicero 6.
 Verr. 96.
 Beneficium offerre. Caesar 6. bel. Gal. 154.
 Obuius ipse caput obtulit letho. Lucret. lib. 3. 212.
 Caput offerendum fuit letho. Senec. Medea, 7. 2.

Caput uilitati & periculis offerre. Plaut. Capt. 5. 37. Cicero pro Sylla, 64.
 Crimen offerre, pro Criminari. Cic. de Amicit. 58.
 Incendium offerre. Cic. pro Domo sua ad Pontifices, 49.
 Iniuriam offerre. Terent. Hecyr. 4. 1. 13.
 Iusturandum offerre. Suet. de claris Rhet. 5. Quint. lib. 5. capit. 5. Iusturandum litigatores offerunt suum.
 Luctum offerre alicui. Catul. Argon. epig. 59. 50.
 Maiestatem suam contumelia offerre. Liu. 3. ab Vrbe, 48.
 Morti pro te toties me obtuli. Cic. pro Milone, 72.
 Mendacitatem offerre. Plaut. Rud. 13. 30.
 Mœrorem offerre. Plaut. Casin. 15. 50. Terent. Hecyr. 3. 1. 1.
 Nemini ego plura acerba esse credo ex amore homini unquam oblata.
 Metum offerre. Cic. ad Senatum, lib. 15. 1. 14.
 Moram offerre, Remorari. Plaut. Casin. 15. 50. Et Pseud. 5. 183.
 Quis est, qui moram occupato molestam obtulit?
 Occasionem offerre. Cic. pro lege Manil. 2. Occasionem sibi ad occupandam Asiam oblata esse arbitrat.
 Officium offerre alicui. Lucan. lib. 9. 13.
 Opem obtulit inuito. Ouid. ad Luuiam, 84.
 Operam ultrò offerre. Liu. 10. bel. Maced. 96.
 Optatum offerre. Terent. Adelph. 5. 9. 21.
 Os suum non modò ostendere, sed etiam offerre. Cic. pro Roscio Amerino, 53.
 Oscula offerre alicui. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 11.
 Religionè offerre, Inijcere scrupulū. Cic. ad Planc. lib. 10. 12. 8.
 Se offerre. Cic. pro lege Agrar. 27. Finem feci offerendi mei: ne forte mea sedulitas, aut seditiosa, aut impudens uideretur.
 Vltro se offerre & polliceri. Cic. pro Plancio, 19. 1.
 Proferri, offerre se, & polliceri. Cic. Quint. frat. lib. 1. 2. 25.
 Occurrere, offerre se, & non uocatum respondere. Cicero 3. de Orat. 105.
 Offerre se ad mortem pro patria. Cic. 1. Tusc. 51.
 Se alacrem offerre. Cic. ad Atticum, lib. 5. 100. 2.
 Offerre se alicui, pro In conspectum eius prodire. Cic. ad Atticum, lib. 3. 50. 3. Quem ego, & c. uitaui ne uiderè, ne aut illius luctum squaloremq; aspicerem: aut ne quem ille florentissimum reliquerat, perditum illi afflictumq; offerrem. de Quinto fratre. Budæus.
 Gratulationi se offerre. Cic. Attico, lib. 9. 173. 1.
 Ignotum se offerre uenientibus. Virg. 2. Aeneid. 12.
 Offerre se & salutem suam in discrimen pro statu ciuitatis. Cicero pro Sestio, 1.
 Se in societatem gloriæ alterius offerre. Cic. pro Marcello, 4.
 Se in uia offerre. Cic. ad Atticum, lib. 4. 72. 10.
 Inuidiæ periculisq; omnibus pro salute aliquorum se offerre. Cic. 3. in Catil. 71.
 Melioribus se offerre. Horat. 1. epist. 2. 14.
 Offerre se ultrò mortii. Caesar 7. bel. Gal. 309.
 Acriter se morti offert iur fortis. Cic. pro Milone, 71.
 Si nihil se offert quod sit probabilitati illi contrarium, & c. Cicero 4. Academ. 178.
 Se obtulim alicui offerre. Terent. Adelph. 3. 2. 24.
 Offerre se periculis sine causa. Cic. 1. Off. 116.
 Offerre se pro alio. Caesar 3. bel. Ciuil. 262.
 Pro omnium salute se offerre. Cic. in Pisonem, 15.
 Offerre se, pro Opponere. Cic. ad Brutum, 15. 8. Romam ut uentissimum me obtuli Antonij sceleri atq; dementia.
 Temeritatibus se offerre. Cic. pro Sestio, 52.
 Spem offerre, pro Dare spem. Caf. 6. bel. Gal. 120.
 Stuprū offerre, Stuprare. Cic. 3. Off. 49. Regime stuprū obtulit. Corretiora exēplaria legunt, intulit. Idem 2. Philip. 99.
 In discrimen uitam suam offerre. Cic. pro Sest. 52.

Vitam suam poenæ offerre. Cic. pro Rab. Posth. 13.
 Vitium uirgini offerre, pro Violare, & uim inferre. Terent. Adelph. 3. 1. 9.
 Vultus blandos offerre alicui. Tibul. lib. 1. eleg. 6. 1.
 Oblatus, penul. prod. Participium (αποβιβάζω) Caf. 1. bel. Ciuil. Sic oblatas terror à ducibus, crudelitas in supplicio, uana religio iurifuradi, spē presentis deditiois iustulit.
 Oblatam mihi causam gaudeo, in qua, & c. Cicero Attic. libro 16. 339. 2.
 Facultas oblata. Virg. 4. Georg. 88.
 Oblata facultate, se in castra receperunt. Caf. 1. bel. Ciuil. 267.
 Cic. pro Cluentio, 61. Oblatā sibi facultatem putauit, ut, etc.
 Fœdus oblatum. Virg. 12. Aeneid. 22.
 Fortuna, quæ cūq; oblata erit, uos cōplectar. Cic. pro Sest. 129.
 Oblata fortuna delendi exercituum. Liu. 5. bel. Maced. 21.
 Honorem oblatum respuit. Claud. 2. Paneg. 58.
 Munus oblatum. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 10.
 Præsentia illius oblata est. Ouid. 3. Trist. eleg. 9. 5.
 Stuprum per uim oblatum. Cic. 5. de Fin. 114.
 Oblatam uani fieri inuidiam. Liu. lib. 6. Decad. 1. item, Poenam oblata oculis deorum, dixit. Terentius Vitium oblatum, Stuprum oblatum: & Incendium oblatum, ac Mortem oblata Cicero quibus in locis Ob præpositio infausæ rei, impediuntiq; indicatrix est.
 Oblatum, Substantiue positum (αποβιβάζω) Liu. 5. Decadis lib. 4. 98. Tum Gallorum officiorum per Illyricum ingens oblatum auaritia dimissum est.
 Oblatio, in re nummaria quid sit. Vide Canon.
 Offermentum, Offermenti (αὐθιμα) oblationem ueteres dicebant quæ dijs offerrebat, authore Festo.
 Offermentis, per quandam translationem. Plautus dixit plagas, percussiones, & flagella, quod ea scapulis & tergo offerantur, quum quis fuisse cæditur. Rudent. 18. 45.
 Ni offermentis habebis plures in tergo tuo,
 Quam uilla nauis loga clauos, tū ego ero meudacissimus.
 Officina, Vide Officium.
 Officio, officij, pen. cor. officij, pen. prod. officium (ἀλλεω, εὐποδίζω, ἀπὸ τῆς ὀδῆς) officere, Contra facere, nocere, obesse, inquit Nonius. Datio iungitur & antiquè accusatiuo. Cic. 3. Off. 85. Iussissentq; Claudium Centimalum, qui ades in Cælio monte habebat, demoliri ea quorum altitudo officeret auspicijs.
 Obstare atq; officere. Cic. pro Roscio Amer. 4.
 Officere alicui. Quint. lib. 1. cap. 11.
 Apricanti Diogeni offerat Alexander. Cic. 5. Tusc. 132.
 Auspicijs officit altitudo domus. Cic. 3. Off. 85.
 Claritati oculorum lactuce officiant. Plin. lib. 20. cap. 7. 10.
 Officere & obstare commodis alicuius. Cic. pro Sex. Ros. 66.
 Decoru alicuius officere. Liu. 1. ab Vrbe, 230.
 Herbe officiant frugibus. Virg. 1. Georg. 14.
 Libertati officit. Liu. 2. ab Vrbe, 6.
 Luminibus officere. Cic. pro Rab. Posthumo, 27.
 Nomini alicuius officere. Liu. 1. ab Vrbe, in Præf. 3.
 Partitioni huic quæ officere uidebuntur, propulsabimus. Cicero 1. de Inuent. 89.
 Terræ umbra soli officiens. Cic. 2. de Nat. deor. 71.
 Officit quominus. Plin. epist. 11. 5. b. lib. 6.
 Officior, Passiuum, ex absoluto uerbo Officio. Cicero 1. de Orat. 87. Quod cuiusq; particulæ cæli officeretur, ita quamuis esset procul, mutata lumina putabat.
 Officiuntur extrâ, id est, obstando & officiendo impediuntur. Lucret. lib. 2. 32.
 Quapropter simul inter se turbantur: & extrâ Officiuntur, uti cogantur tardius ire.

¶ Officij

Officij, officij, officium, ut, Lumè officium, id est, Obditum, obstruatum, & per alicuius corporis interpositione exclusum. Lucret. lib. 5.
 Quomodo modo soleant offeato lumine obire. Sic restituit Lambinus, quum antea offeato & effeato legeretur.
 Officium, officij (αὐθιμα, ἀπὸ τῆς ὀδῆς) Donatus, Officium, ab efficiendo, ab eo quod queritur quid efficere in eo unum quencq; conueniat pro conditione personæ. Cicero 3. de Finibus, 89. Quod autem ratione actum est, id officij appellamus.
 Genus officij dulce. Ouid. epist. 13. 29.
 Multis officium longi est uia. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. 2.
 Officium & minus oculorum sine oculis extare non potest. possunt tamen oculi fungi suo munere. Cicero 1. de Diuinat. 122.
 Oratoris officium est, dicere ad persuadendum accommodatè. Cic. 1. de Orat. 68.
 Peregrini officium. Vide Peregrinus.
 Officium manusq; sapientie in hominis cultu est occupatum. Cicero 4. de Finibus, 58.
 Tegminis officium. Ouid. 12. Metam. 19.
 Antiquissimum officium. Vide Antiquus.
 Ciuita officia. Quint. lib. 2. cap. 4. 20.
 Grata alicui officia. Cic. Attico, lib. 13. 277. 1.
 Interlucana officia. Vide Interlucanus.
 Iustum, pium, & debitum officium. Cic. Torquato, lib. 6. 1. 10.
 Pium officium. Ouid. 6. Metam. 50.
 Publicum officium. Quint. lib. 3. cap. 7. 2.
 Suprema officia. Tacit. lib. 5. Quod supremis in matrem officijs defuisset. hoc est funeri, sine exequijs.
 Tenia officia rerum. Pers. Satyr. 5. 10.
 Triste officium, Quod præstat in funere. Ouid. 12. Metam. 1.
 Virile officium. Horat. de Arte, 40.
 Virilibus officijs aptus. Ouid. 3. Fast. 34.
 Debitor officio. Cic. 1. Amor. eleg. 10. 10.
 Non manet officio debitor ille tuo.
 Nonus in officio, & prælatus munere sortis. Ouid. 13. Met. 56.
 Contra officium. Vide Contra.
 Officium, pro Obsequio, uel honoris exhibitione. Liu. ab Vrbe cond. Quæ officij causa ab domo profecuta fuerant. Ibidem, Scipionem officij causa conueniant.
 Officia mutua, pro Beneficijs amicorum, quæ alter alteri exhibet. Cicero Thermo, lib. 13. 56. 6. peto abs te pro nostra coniunctissima necessitudine, plurimūq; officijs paribus ac mutuis, ut uoluntate, autoritate, studio tuo perficias, ut, etc. Cicero de Amicitia, 62. Odiosum sanè genus hominum, officia exprobrantium.
 Necessitudinis officium. Cic. pro Muræna, 67.
 Internisio officij. Cic. de Amic. 8.
 Studia & officia. Cic. Antonio, lib. 5. 5. 2.
 Singularem in Remp. officio & fide uir. Cic. pro Sylla, 43.
 Summo officio præditus homo, pro Officiosissimo, uel integrè uite, uel qui omnino id quod decet, strenue facit. Cic. in Verrem, 3. 95. Eirem ad uirum primarium, summo officio ac uirtute præditum. M. Marcellum, & c.
 Humanitatis, officij, diligentia plena literæ. Cicero Appio, libro 3. 9. 1.
 Nullum est officium tam sanctum atq; solenne, quod non auidia committere atq; uolare soleat. Cic. pro Quintio, 13.
 Abduci ab officio aliquo. Cic. de Amic. 8.
 Adhibere officium. Vide Adhibeo.
 Augere officia. Cic. Attico, lib. 13. 277. 1.
 Celebrare suprema officia: hoc est, exequias, seu iusta mortuijs perfoluere. Curtius lib. 3.

Theauri pars 2.

Certare officijs. Vide Certo.
 Claudicare in officio. Vide Claudio.
 Colere officium. Vide Colo.
 Colere officium, & Negligere, contraria. Cic. 1. Off. 86.
 Commemorare officia. Vide Commemoro.
 Commonere aliquem officium suum. Plaut. Pseud. 4. 16.
 Comparere officia. Vide Comparo.
 Conferre officia. Vide Confero.
 Conficere legationis officium. Vide Conficio.
 Conferre multa & magna officia in aliquem. Cic. pro Flac. 41.
 Conseruare officium erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine coniunctos, monet pietas. Cic. 2. de Inuent. 170.
 Constant in me tua officia. Vide Consto.
 Copulata officio. Quint. in Proem. lib. 1. 10.
 Cumulare aliquem officijs. Vide Cumulo.
 Curare officium suum. Vide Curo.
 Decedere officio, uel de officio. Vide Decedo.
 Decedere ab officio. Liu. 10. Decad. 4.
 A religione officij declinare. Cic. 5. Verr. 2.
 Delegatum alicui officium. Quint. in Proem. lib. 6. 1.
 Deferere officium. Cic. 1. Off. 41.
 Deseri ab officijs amicorum. Cic. F. Metello, lib. 5. 2. 28.
 Deesse officio. Cic. Mario, lib. 7. 3. 3.
 Amoris, studij, pietatis, nullum officium à me defuit. Cicero pro Milone, 76.
 Desiderare officia ab aliquo. Cic. Antonio, lib. 5. 5. 3.
 Detestare sua officia. Quintil. lib. 2. cap. 1. 5.
 Discedere ab officio. Cic. 1. Off. 48. Vide Discedo.
 Officij duxit. Absolutè, pro, Putauit officium suum esse. Sweton. in Tib. Cesare, cap. 11.
 Ductus officio uel cognitionis, uel amicitie. Quintilianus, libro 4. capite 1. 5.
 Regis officia & munera exequi. Cic. de Senect. 30.
 Munus officij exequi ac tueri. Cic. de Senect. 65.
 Exequi officia & studia. Cic. ad Atticum, lib. 3. 55. 6.
 Expectare officia ab aliquo. Cic. Lent. lib. 1. 6. 4.
 Officium suum facere. Terent. Adelph. 4. 3. 2. Idem Eun. 4. 5. 3.
 Postquam surrexi, neque pes, neque mens satis suum officium facit.
 Seruilia officia facere. Propert. lib. 4. eleg. 10. 10.
 Onus officij nullum cuiquam reliquum facere. Cicero Appio, libro 3. 13. 2.
 Fungi officio. Cic. Appio, lib. 3. 8. 10.
 Fungi officio pedagogorum. Quint. lib. 1. cap. 2. 8.
 Fungi officijs uermaliter. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 22.
 Fungi supremo in aliquem officio. Curtius lib. 3.
 Fungi officium. Terent. Heaut. 3. 3. 19.
 Hominis frugi & temperantis fundus officium. Idem Phorm. 2. 1. 52.
 Implere officium suum. Vide Impleo.
 Intendere officia. Vide Intendo.
 Intermittere officium. Cic. de Amic. 8.
 Intermorturum existimare officium. Vide Intermortor.
 Labi in officio. Vide Labor, laboris.
 Languent officia. Lucret. lib. 4. 226.
 Mandare officium aliquod alteri. Vide Mando, mandas.
 Manere in officio. Vide Maneo.
 Meminit officium suum. Plaut. Milit. 2. 1. 1. pro Officij, antiquè.
 Meminisse officia debet is in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. Cic. de Amicit. 62.
 Migrat officium. Vide Migro.
 Misso officio. Vide Mitto.
 Molliri officijs parentum. Lucret. lib. 2. 122.
 Sol negat officium mundo. Ouid. 2. Metam. 77.

T F Officia

Officia obire liberaliter & dextrè. Vide Obeo.
 Parere officio. Cic. Attico, lib. 13. 280. 3.
 Persolvere officium receptum alicui. Cic. 7. Verr. 1. 4. 3.
 Pertinere ad officium. Vide Pertineo.
 Polliceri & deserre alicui studium, officium, operam, laborem suum. Cic. Cecinna, lib. 6. 6. 31.
 Honestum officium postponere scorto. Horat. 1. epist. 19. 7.
 Prestare officium. Servius Ciceroni, lib. 4. 5. 3.
 Prestare officium patri. Ouid. 7. Metam. 68.
 Prestare officia urbana alicui. Balbus Ciceroni in Epist. ad Atticum, lib. 9. 178. 3.
 Promereri officium. Cic. Anteq. iret in exil. 2.
 Recusare prima officia operis sui. Quintilianus libro 2. capite 1. 6. De Rhetore.
 Interruptum varietate temporum officium cumulatè reddere. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 3.
 Redire ab officijs. Horat. 1. epist. 7. 10.
 Relictis omnibus officijs agere aliud. Horat. 2. epist. 2. 1. 4.
 Frustrum & premium officij ab aliquo repetere. Cic. Antequam iret in exilium, 2.
 Repudiare officium necessitudinis. Vide Necessè.
 Officijs mutue respondere. Cic. F. Pompeio, lib. 5. 7. 4.
 Retinere officia. Cic. pro Cluentio, 10. 5.
 Retinere aliquos in officio. Cic. pro Rosc. Amer. 4. 2.
 Reverti ad officium suum. Lentulus Senatui, lib. 12. 15. 21.
 Satisfacere officio. Cic. 1. Verr. 2. 5.
 Omni officio ac potius pietate erga ceteris satisfacio omnibus. Cic. Lentulo, lib. 1. 1. 1.
 Servare officium, & Prætermittere, contraria. Cicero Sestio, libro 5. 17. 6.
 Speiare officium. Quint. lib. 1. cap. 2. 12.
 Spondere officium alicui. Ouid. 10. Metam. 84.
 Officium tuum est, has bene ut asimules nuptias. Tuæ partes, tuum munus. Terent. And. 1. 1. 14. 1.
 In officio esse, pro Officium prestare, officio fungi. Cic. ad Terentiam, lib. 1. 4. 11. Tantum scribo, si erunt in officio amici, pecunia non deerit.
 In officio est Riccanor, & à me liberaliter tractatur. Cicero Attico, lib. 5. 108. 13.
 Partes officij istius non sunt filij mei. Cic. Attico, lib. 6. 113. 3.
 Singulari officio esse in aliquem. Cic. Antonio, lib. 5. 5. 5.
 Suscipere aliquod officium. Quint. lib. 1. cap. 1. 17.
 Officia & partes imperatoris suscipere. Cic. Appio, lib. 3. 10. 5.
 Tribuere officium & cultum alicui. Cic. 2. de Invent. 2. 4. 1.
 Tuere officia. Cic. Appio, lib. 3. 9. 4.
 Vincere officijs suis cogitationes alterius. Cicero Appio, libro 3. 10. 5.
 Officium aliquod usurpare. Cic. de Amicit. 8.
 Officium, pro Beneficio, quod vulgò dicitur placium. Colum. lib. 2. cap. 15. 4. Licet silicem sine iniuria vicini, etiam cum officio decidere.
 Officium, pro magistratu videtur accipi apud Aurelium in l. 1. D. de off. præs. pret. Credit. n. ait, Princeps eos, qui ob singularem industriam, ad huius officij magnitudinem adhiberentur, non aliter iudicatos esse, pro sapientia ac luce dignitatis sue, quòd ipse foret iudicaturus. Plin. iunior libro 1. epist. 10. Distingor officio ut maximo, sic molestissimo. Idem in Panegyrico, non admodum procul à fine, Non dum biennium compleveramus in officio laboriosissimo & maximo, cum tu nobis Consulatum obtulisti. Vtrobique Præfecturam ararij intelligit.
 Officium, Apparitor, Officier. Hermogenianus in l. si plus vel minus. D. de euidione, & dupla stipulatione, si iussu iudicis rei iudicatis pignus captum per officium distrahatur.

Officium, pro Actis. Paulus in l. eum. ff. de in ius uocando, Et pro quo quis apud officium cauit, exhibere cogitur. Itè qui apud acta adhibiturum se esse quem promissit, est officio nò cauet, ad exhibendum tamen cogitur. Vlpianus in l. si fideiusor. ff. qui satisfare cogantur. Si satisfidatum pro re mobilè non sit, & persona suspecta sit, ex qua dato desideratur: apud officium deponi debet (si hoc iudici fuerit) donec uel satisfidetur, uel his finem accipiat.
 Officiosus, pen. prod. Adiectiuum (ἐπιεικής) Qui libenter & ex animo, officium seu beneficium alicui exhibet. Cicero Octauius, lib. 13. 22. 6. Hominem prudentem & officiosum cognosces.
 Officiosus in aliquem. Cic. 3. Verr. 4. 2.
 Diligens & officiosus homo. Cic. Attico, lib. 13. 293. 3.
 Humanus, officiosus, & liberalis homo. Cic. pro Rosc. Com. 10.
 Amicitia officiosa. Cic. pro Plancio, 37.
 Dextera officiosa in paucos uerfus. Ouid. 4. Trist. eleg. 6. 1.
 Officiosus dolor. à Cic. lib. 3. Tusc. 1. 18. dicitur, qui ex iusta causa suscipitur, & cuius probabilis ratio reddi potest.
 Labores officiosi. Cic. pro Milone, 9.
 Sedulitas officiosa. Horat. 1. epist. 7. 2.
 Voluntas officiosa. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 7.
 Officiosior, officiosissimus. Cic. Attico, lib. 13. 203. 3. Equidè si ex omnibus esset eligendum, nec diligentior, nec officiosior facile delegissem Vestorio.
 Ratio candidatorum officiosissima. Cic. in Pisonem, 4. 2.
 Officiosè, Aduerbium (ἐπιεικῶς) officiosus, officiosissime. Diligenter, bono animo. Cic. de Amicit. 62. Eoq; magis si aliquid habere se putant quod officiose, amice, & cum labore aliquo suo factum queant dicere.
 Officiosè parere. Cic. ad Atticum, lib. 13. 280. 3. Quaedam exemplaria legunt officio, non officiosè.
 Officiosè scribere. Cicero ad Atticum, lib. 1. 15. 2. Quæ de re quum ad me ita suauiter, diligenter, officiosè, humiliter scripsit.
 Officiosè ire salutatum. Martialis, lib. 1. 66.
 Officialis, & hoc officiale, pen. prod. Quod ad officium pertinet, uel quod de officio tractat.
 Officialis, etiam minister magistratus dicitur. Apul. Sed iusta sit potestas officialem suum magna severitudine coerceri.
 Officina, officina, pen. prod. (ἐργαστήριον) Locus ubi aliquid fit: hoc est, in quo operarij opera sua faciunt. Cic. 7. Philipp. 22. 4. Armorum officina in urbe uidebitis.
 Graues officina. Horat. 1. Carm. ode 4. 2.
 Officina, de fabrica dictum. Plin. lib. 33. cap. 11. 5. Seruus eius Drusillanus nomine Rotundus, & c. quingentariam lancenam habuit, cui fabricandæ officina prius exadificata fuerat.
 Aeraria officina. Vide Aes, aeris.
 Chartaria officina. Vide Charta.
 Ex eadem officina. Cic. in Præs. Parad. 6. Non enim est tale, ut in arce poni possit, quasi Minerva illa Phidias: sed tamen ut ex eadem officina exisse uideatur.
 Officinas promercalium uestium exercere. Suetonius de claris Grammat. 23.
 Instituit officinam Syracusis Verres. Cic. 6. Verr. 4. 8.
 Questuosissima falsorum commentariorum & chirographorum officina. Cic. 2. Philipp. 55. Sic uocat domum Antonij, ubi falsa testamenta scribebantur.
 Officina uitiorum, & similia, per translationem. Columell. in Præs. 5.
 Officina nequitie, & diuersorium flagitiorum. Cicero pro Rosc. Amer. 79.
 Officina dicendi. Cic. de claris Orator. 16.
 Clarissima rhetoris officina. Cic. 2. de Orat. 31.

Instruere

Instruerant quasi officinas sapientie philosophi. Cicero 1. de Legibus, 53.
 Officina, ipsa (ut ita dicam) factio, operatio, uel fabricatio. Plinius lib. 11. cap. 2. 1. In magnis siquidem corporibus, aut certe maioribus, facilius officina sequaci materia fuit. In his tam paruis, & c. De infectis.
 Officinam, gallinariam uocat. Colum. lib. 8. cap. 3. 1. Totius autem officinae (id est ornithonis) tres continuè extruuntur celle. Et paulo post 6. Hæc erit officinae cohortalis distrofitio.
 Officinatio (ἐπιεικία) pro fabro posuit Vitruuius lib. 6. cap. ult. Quum subtiliter officinatoris probabitur exactio. Budæus.
 Offigio, offigis, penult. prod. offixi, offixum (ἐπιείκειν) offigere. Plaut. Mostel. 6. 13.
 Sed ea lege, ut offigantur bis pedes, bis brachia.
 Offirmo, offirmas, offirmare. Vide Obfirmo.
 Offlecto, offlectis, offlexi, offlectum (ἐπιείκειν) offlectere, Circum uel contra flectere. Plaut. Rud. 23. 73.
 At ego hinc offlectam nauem.
 Offoco, offocas, pen. prod. offocare, Præficare. Florus lib. 2. cap. 11. Quum catenas moribus & ore tentassent, quum offocandas inuicem fauces præbuisissent.
 Offringo, offringis, offregi, penult. prod. offractum (ναρῶν) offringere, Quod fractum est, contrario frangere. Festus, Offringi terra dicitur, quando iterum transuerso sulco aratur. Varro lib. 1. de re Rust. cap. 29. 1. Rursum terram quum primum arant, profcindere appellant, quum iterum; offringere dicunt, quod prima aratione glebæ grandes solent excitari: quum iterum, offringere uocant.
 Offucia, officie: Pluraliter, officia, officiarum (ἐπιεικῶν) A' fisco, fallacie dicuntur. Plaut. Mostel. 4. 106.
 Neq; cerusam, neq; melinum, neq; aliam illam officiam. Gellius libro 14. cap. 1. Sed id præfigiarum atque officiarum genus, & c.
 Offucio, offucas, offucare, Festus explicat aquam in fauces ad bibendum dare: Et hinc quidam putant infucare esse apud Plautum, uinum aqua diluere, quum etiam aqua eius color infucetur: uerum Turnehus infucare libentius retinet. Vide Offula. Vide Offa. (suo loco.)
 Offundio, offundis, offudi, penult. prod. offusum (ἐπιείκειν) offundere, Circumfundere. Plautus Trinum. 1. 4. 82.
 Visne aquam tibi potami? res quum iam animam agebat, Tum esse offusam oportuit.
 Offundere caliginem oculis. Lin. 6. bel. Pun. 2. 33.
 Aer crassus nobis offunditur. Cic. 4. Acad. 1. 4. 4.
 Obscurare & offundere. Cic. 3. de Finibus, 69.
 Noctem offundere rebus. Cic. 1. de Natur. deor. 10.
 Errorem alicui offundere. Liu. 4. bel. Maced. 2. 7.
 Tenebras offundere, Obtenebrare. Cic. 3. Tusc. 13. 9.
 Offusus, pen. prod. Participium (ἐπιείκειν) ut, Pâuore offusus. Tacit. lib. 11.
 Offusa animis caligo. Cic. 5. Tusc. 9.
 Offusa Reip. sempiterna nox. Cic. pro Rosc. Amer. 55.
 Offusa religio oculis & animis sacerdotum. Liuius 2. ab Vrb. 168.
 Tenebræ offusæ. Cic. pro Domo sua, 106.
 Offusus terror oculis auribusq;. Liu. 8. bel. Pun. 156.
 Offuscio, offuscas (ἐπιείκειν) offuscare, Obumbrare, obscurare, denigrare, & quasi fuscum reddere.

Ogdoas, ogdoadis, Græcè: Latine, numerus octonarius.
 Ogdolapis, Fluius nauigabilis, ex Alpihus fluens, ad Vrb. Theiauri pais 2.

hem irrumpit. Vide Strabonem lib. 4.
 Ogdous, Aegypti rex, Vchoreus cognominatus, qui Memphim condidit, à nomine filiae dictam: ut auctor est Diodorus Siculus, lib. 2. cap. 1.
 Oggannio, Oggannis, ogganire. Vide Oggannio.
 Oggero, oggeris, pen. corr. oggeßi, oggestum, oggerere, Intendere, seu iniicere. Antiquum. Plaut. Trucul. 4. 8.
 Vnus eorum aliquis oculum amicæ oggerit, dū illi agat.
 Ogyges, pen. corr. (ὄγυγες) rex fuit Thebanorum, sub quo primum omnium diluuium fuisse dixit Varro in Prologo libri tertij de re Rust. Estq; (inquit) uetustissimum oppidum Græcum Bæotie Thebæ, quod rex Ogyges adificauit, peractis iam duobus millibus annorum & centum. Sed ut diuus Augustinus de ciuitate Dei lib. 18. retulit, tempore quo regnabat Ogyges, diluuium magnum factum est: non illud maximum, quo nulli homines euaserunt, nisi qui in arca sicauerunt: sed tamen maius, quàm quod postea tempore Deucalonis fuit.
 Ogygius, Adiectiuum (ὄγυγιος) unde Ogygia moenia, Thebana dicta sunt.
 Deus Ogygius, Bacchus. Ouid. epist. 10. 10.
 Lyæus Ogygius. Lucan. lib. 1. 134.
 Ogygia, ὄγυγία, insula est, ut quidam ferunt, Phœnicij & Syrii maris: sic quoq; ab Ogygio rege in ea regnante cognominata. De qua Homerus in primo Odyssæ.
 Ogylus, ὄγυλος, insula est inter Peloponnesum & Cretam. Stephanus.
 Ogyris, pen. corr. Arabie foelicis insula. De qua Plin. lib. 6. sic scribit, insula in alto obtinet Ogyris, clara Erythro rege ibi sepulto. Meminit insula huius perpulchre lib. 9. Curtius.

Oh, Interiectio, qua utimur ubi ex interuallo notos uidemus; ut ait Donatus: estq; præsertim in usu apud Comicos. Terent. Adelph. 5. 6. 3.
 — sed ecce cum Demeam saluos fies.
 O. Oh, qui uocaret? G. Geta.
 Oh, Admirantis, cum contemptu quodam. Terent. And. 3. 5. 12.
 — imò melius spero. P. Oh, tibi ego ut credam succiferi.
 Oh, Affirmantis, cum certitudine quadam. Terentius Eunius, chæ. 1. 2. 49.
 Ne hoc quidem tacebit Parmeno. P. Oh, dubiumne id est?
 Idem Adelph. 3. 3. 48.
 Oh, Dolentis & reprehendentis. Terent. Heaut. 5. 3. 8.
 Oh, iniquus es, qui me tacere de re tanta postules.
 Oh, Dolentis & reprehendentis. Plaut. Casin. 6. 21.
 — unde hic amabo unguenta olenti? s. Oh, perij;
 Manifesto miser teneor.
 Oh, Exultantis ob rem bene gestam. Plaut. Mostel. 4. 85.
 Ut uideas eam medullitis me amare, Oh, probus huiusmo sum,
 Qui pro me causam diceret, patronum liberati.
 Oh oh, Exultantis. Plaut. Mostel. 5. 9.
 Oh oh ocellus es meus.
 Oh oh oh oh, Eulantis more comico. Plaut. Capt. 5. 6.
 Oh, Interiectio satietatem usque ad fastidium designans. Terent. Phorm. 2. 3. 30.
 Quis homo est? ehem. D. tace. G. absentis tibi
 Te indignas, seq; dignas contumelias
 Nunquam cessauit dicere hodie. D. ohe desine. Idem
 Heaut. 5. 1. 6.
 Ohe, iam desine deos uxor gratulando obtundere,
 Tuam esse inuentam gnatam.
 Oh, Interiectio admirantis aliquid repente fieri. Plautus
 Penul. 4. 41.

TT 2 — eam

— eamus soror mea.
 Ad. Oho amabo, quid illuc nunc properas?
 Oho, Agnoscentis cum gaudio particula. Plaut. Pseud. 15. 30.
 Accipe & cognosce signum. B. A. L. oho Polymachero
 placides Furus putus ipsus. Budeus.
 O I
 Oicles] Filius fuit Antiphatis filij Melampi, Homero lib. 15.
 Odysee. Idem fuit pater Amphiarai, Argiui uatis.
 Oileus] dicitur, trium syllabarum, pen. prod. fuit Locrorum
 rex, & pater Aiacis Oilei, teste Virg. 1. Aeneid. 9.
 Oïlides, pen. prod. (ὠϊλίδης) Patronymicum mascul. Pro-
 pert. lib. 4. eleg. 1. 24.
 Victor Oïlide rape nunc & dilige natem. Intelligit Asia-
 cem Oilei filium.
 O L
 Olbia] Ciuitas (ὠλβία) Ptolemaeo lib. 5. cap. 5. Vrbs Gal-
 lie Narbonensis. Vulgo Eres. Fuit & Pamphylie oppidū,
 iuxta Cataracten fluuium teste Plin. lib. 2. cap. 27. Fuit &
 Olbia Bithynie urbs, in extremo Afcenij sinus sita, que po-
 sta Nicaea appellata fuit. Est & alia in Sarinaria Europa,
 ad Borythenem amnem, que & Borysthenis appellatur à
 Ptolemaeo, tabula octaua Europa, cuius etiam Plinius me-
 nimit lib. 4. cap. 11.
 Olcachites] pen. prod. (ὠλκαχίτης) Ptolemaeo lib. 4. cap. 11.
 Zeugitane regionis sinus, hodie Alcon ciuitas.
 Olea] olea (ὠλεα) Nota arbor. Virg. 2. Georg. 13.
 Sed truncis olea melius propagine uites
 Respondent. Plin. lib. 15. cap. 32.
 Mimerua inuentrix olea. Virg. 1. Georg. 4.
 Rami olea. Stat. 12. Thebaid. 94.
 Mares olea. Ouid. 4. Fast. 150.
 Nigra olea. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 10.
 Pacales olea. Ouid. 6. Metam. 21.
 Attondere oleas. Vide Attondeo.
 Florent olea. Ouid. 5. Fast. 53.
 Aestus mordet oleam. Horat. 1. epist. 8. 1.
 Sempiternam oleam in arce tenere potuerunt Athenae. Cicero
 1. de Legibus, 3.
 Florem olea quum agricola uidet, baccam quoque se usurum
 putat. Cic. 2. de Diuin. 24.
 Olea, etiam fructus dicitur. Vnde Olea conditanea Varroni di-
 citur, que ad condituram afferuatur. Colum. libro 11. capi-
 te 2. Tum & olea distringenda est, ex qua uelis uiride ole-
 um efficere.
 Distingere oleas. Ouid. de Nuce, 27.
 Inspere oleam sale. Vide Insperego.
 Oleaceus, Adiectiuum (ὠλεαίος) Olei uel olea simile. Plinius
 lib. 3. cap. 15. 6. Gignitur & pingue, liquorisq; oleacei, in
 Sicilia. Idem lib. 21. cap. 4. 5. Folia oleacea.
 Oleaginus, pen. corr. Adiectiuum (ὠλεαίνος) Quod ex o-
 lea arbore est, siue coloris olei. Virg. 2. Georg. 7.
 Traditur è sicco radix oleagina ligno. Plinius lib. 37.
 capite 5. 15. Post eos autem cerini, deinde oleagini, hoc est
 colore olei.
 Oleagineus, Aliud adiectiuum, idem (ὠλεαίνος) Varro li-
 bro 1. de re Rust. cap. 40. 4. Demum in oleagineis semini-
 bus arbores uidentur, &c.
 Oleagineis coronis ministri triumphantium utebantur, quod
 Mimerua, dea belli esse putabatur. Hec Festus. Gellius lib. 5.
 capite 6. Est uem oleaginea postrema, qua uti solent qui in
 prelio non fuerunt, sed triumphum procurant.
 Olearis, & hoc oleare, penult. prod. Quod ad oleum perti-
 net. Plin. lib. 34. cap. 14. 8. Quippe quum in exacuendo, o-
 leares cotes & aquarise eque differant, oleo delicatior fiat

acies id est, que oleo aspergantur.
 Olearis sale. Colum. lib. 11. cap. 2. 31.
 Olearius, Adiectiuum, idem. Colum. lib. 2. In uasis olearijs
 falsamentarijsq; idem lib. 1. cap. 6. 5. Olearia cella. Et Cicer.
 in Topic. 8. Item, Varro 3. de re Rust. capite 2. 7. Olea-
 ria serie.
 Olearius, olearij (ὠλεαρίος) Qui oleum facit uel uendit. Co-
 lum. lib. ult. Peritissimi olearij uix patiuntur ad unam lucer-
 nam opus fieri. Idem lib. 12. cap. 5. 0. 11.
 Oleaster, oleastri (ὠλεαστήριος) Olea syluestris. Virgilius 2.
 Georg. 37.
 Indicio est tractus surgens oleaster eodem.
 Ingens oleaster. Virg. 4. Georg. 4.
 Infelix superat folijs oleaster amaris. Virg. 2. Georg. 63.
 Sacer oleaster. Virg. 12. Aeneid.
 Suspendi hominem in oleastro iussit Verres. Cic. 5. Verr. 47.
 Oleastellus, oleastelli (ὠλεαστέλλος) Diminut. ab Oleaster,
 apud Colum. lib. 12. cap. 4. 9. 3. Verumtamen habetur pre-
 cipua in hos usus olea Calabrica, quam quidam propter si-
 militudinem oleastellum uocant.
 Oleastrense, Nigri plumbi genus. Plin. lib. 33. cap. 17.
 Oleastrinum, Dicitur oleum quod ex oleastro fit, quo mobi-
 les dentes confirmantur, teste Dioscoride lib. 1.
 Oleitis, penult. corr. oleitatis (ὠλεϊτις) Tempus legen-
 darum olearum, & fructus olea. Cato de re Rust. cap. 68.
 Vbi uindemia & oleitis facta erit, prela extollito. Idem
 cap. 14. 4. 1.
 Oleofus, pen. prod. Adiectiuum (ὠλεοφύς) Quod est plenum
 oleo. Plin. lib. 2. 7. cap. 12. 3. Semen oleofum, quod & fit ex
 eo. Medetur oris ulceribus perunctis.
 Oleofum butyrum: hoc est, pingue. Plinius libro 28. ca-
 pite 9. 11.
 Oletum, oleti, pen. prod. (ὠλετόν) Locus oleis confitus. Ca-
 to de re Rustic. capite 1. 3. Secundo loco hortus irriguus,
 tertio salitum, quarto oletum, quinto pratium. Vide et-
 iam Oleo.
 Oleum, olei (ὠλεόν) Quod ex olea expressum est.
 Balaninum. Vide Balanus.
 Carynum. Vide Caryon.
 Cibarium. Vide Cibus.
 Cicinum. Vide Cicinia.
 Citreum. Vide Citrus.
 Omphacinum. Vide Omphacium.
 Narcissinum. Vide Narcissus.
 Pingue. Virg. 6. Aeneid. 51.
 Vngere caules oleo bono. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 2. 5.
 Largo oleo unctum cadauer. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 18.
 Iuuentus olea humeros persusa nitescit. Virg. 5. Aeneid. 27.
 Instillare oleum lumini. Cic. de Senect. 32.
 Oleum scintillat. Virg. 1. Georg. 79.
 Oleum addere camino. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 6. 5. id est, Malo
 fomentum ac uelut alimoniam suppeditare, quo magis ac
 magis augetur.
 Plus temporis, atq; olei plus. Iuuen. Satyr. 7. 10.
 Oleum & operam perdidit. Plaut. Pœnul. 4. 10. 9. id est, quia
 quid insumpsi seu rei seu laboris. Metaphora ducta est à
 gladiatorum ac palæstritarum certaminibus, in quibus cer-
 tatur, unguentis quibusdam olearijs perungebantur. Cicer.
 Mario, lib. 7. 1. 11. Nam quid ego te athletas putem deside-
 rare, qui gladiatores contempseris, in quibus ipse Pompeius
 confuteur se & operam & oleum perdidisset. Quamquam
 potest & ad lucubrantium lucernas referri, sicuti Cicero se-
 cisse uidetur, scribens ad Atticum, lib. 13. 290. 1. Ante lucem
 quum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo & opera
 exaravi

exaravi nescio quid ad te, & ante lucem dedi. id est, quasi
 obiter, & eadem commentatione. Eidem, lib. 2. 32. 2. Non
 desleamus, ne opera & oleum philologie nostra perierit,
 sed confirmamus tranquillo animo. Ergo hic oleum pro sum-
 ptu positum est. Erasimus.
 Oleo tranquillior. Hyperbole prouerbialis in homines minime
 iracundos, leniq; ingenio præditos. A liquoris natura sum-
 ptus, quo nihil magis tactum, madisq; leno. Plaut. Pœnul. 18.
 64. Vide Erasimum.
 Oleum, pro simulacro pugnae, & pro exercitatione, non pro
 uno certamine. Cic. 1. de Orat. 40. Nitidum quoddam genus
 uerborum, & letum: sed palestre magis & olei, quam hu-
 ius ciuilijs turbæ & forti id est, accommodatum concionibus
 & iudicijs. Budeus.
 Oleamen, pen. prod. oleaminis, neutri generis. Scribon. Lar-
 gus, Post dies triginta cõiunguntur macerata: deinde oleum
 purum excipitur, quod reponitur fictili uaso: cuius olea-
 minis uiris ad omnem contractionem neruorum tantæ sunt,
 ut sit uix credibile.
 Oleamentum, oleamenti. Scribonius Largus, Quum primum
 hec leuia patuerint, cum oleamenti ex uno adipem lique-
 factum cum rose pondi quadrante miscere in unum o-
 portet.
 Olearos] penult. corr. (ὠλεαρός) Insula una ex Cycladibus.
 Plin. lib. 4. cap. 12. 18. Ouid. 7. Metam. 94.
 At non Olearos, Didymeq; & Tenos, & Andros.
 Oleatrum] dicitur, Hispania urbs, Ptolemaeo auctore li-
 bro 2. cap. 4. alio nomine Oleatro dicta. Meminit Plinius
 lib. 3. cap. 1. 15.
 Olenos] penult. corr. (ὠλενος) urbs est Aetolia, dicente Ser-
 uio, Diomedes habuit socios de tribus ciuitatibus quas ha-
 bet Aetolia, Pleuron, Olenon, Calydonia. Hactenus ille. Fuit
 & Olenos urbs Bœotia, sic dicta ab Oleno Vulcani filio.
 Strabo lib. 8.
 Olenus] Oleni, pen. corr. (ὠλενος) uir fuit qui Lethæam du-
 xit uxorem eximia pulchritudine, adeo superbam, ut se dea-
 bus præferret. Ceterum dea irata quum de Lethæa suppli-
 cium sumere uellent, Olenus in se culpam uxoris transferre
 ausus, una cum illa in lapidem fuit conuersus. Ouidius 10.
 Metamorph. 14.
 Olenius (ὠλενός) Possessiuum est ab Oleno. Ouidius 5.
 Fast. 23.
